


44

T. a. B



9



7 500 40  MADE IN SPAIN



de la corte de los de granada 188

# EXPLICATIONIS ARTICVLORVM VENE-

R. 5245

RANDAE FACVLTATIS SACRAE THEOLO-  
GIAE GENERALIS STVDII LOVANIENSIS,  
circa dogmata Ecclesiastica ab annis triginta  
quatuor controuersa, vna cum re-  
sponzione ad argumenta  
aduersariorum,

TOMVS PRIMVS.

*Authore eruditissimo viro sacrae paginae professore D. Ruardo Tapper ab  
Enchusia, Ecclesiae collegiatæ S. Petri Louaniensis Decano,  
nec non eiusdem florentissimæ Academiae  
Cancellario.*




*Por comission de los S. M.  
Inquiridos corrigi y fe  
lobo con el megal ex  
suparº de 1640.  
Drego de Rubera  
Nihil de novo inventum  
est comparandum de hoc  
volumine con nouissimas  
quædam cum antea*

LOVANI,

Apud Martinum Verhasselt in Pingui Gallin

ANNO M. D. LXV.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



# SERENISSIMO AC PIEN-

TISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. PHI-

LIPPO REGI ANGLIAE, FRANCIAE, HIBER-  
niae, Neapolis, Hierusalem, &c. Duci Mediolanensi:

Principi Histerharum, Domino ac  
Principi nostro.



ON abs re admirari poteris Serenissime Rex, quòd quum inclitæ Maieftati tuæ non modò facie, sed & nomine ignotus sum, ausus fuerim sub eius protectionem in lucem edere nouum hunc meum fœrum Declarationis Articulorum, quos Theologica facultas nostræ almæ Academiæ Louanienfis ex iussu Clementissimi Domini nostri Imperatoris Caroli V. Serenissimæ Maieftatis tuæ genitoris collegerat, veluti symbolum quoddam circa dogmata ecclesiastica, nostro hoc seculo ab annis triginta quatuor cœpta à quibusdam in quæstionem vocari. Sed mihi ausum hunc præbuerunt quidam hic præclari, tuæq; Maieftatis studiosissimi viri: inter quos præcipuus fuit prudentissimus ille vtriusq; Iuris Doctor D. Viglius Zuichemus Phrysius Secreti Consilij eiusdem patris tui Præses. Iudicabat enim omnino decere, vt liber in hoc conscriptus, quò Ecclesiæ fides à multis iam annis in plurimorum animis veluti lacera, suæ integritati restitueretur, sub eius quoq; patrociniū prodiret, qui eodem quo parens studio, Catholicæ religionis tutelam se suscipere cunctis ostendit: Rerum enim còcentus omnibus in rebus semper est gratissimus. Si enim ab vnguibus (vt in Prouerbiis est) leonem cognoscimus, quis vnquam regum tam exiguo sui principatus tempore adeò se se impendit Christi fidei pristino suo nitori restituendæ? deinde Christianis principibus in hoc mutuo conciliandis, vt vno animo toti vacare possent religioni ac fidei Christianæ reparandæ ac propagandæ? Agnoscimus enim ipsius tuæ Maieft. ministerio Christum Dominum peregrisse, quod primum per Serenissimam & nunquam satis laudatam Reginam Mariam tuam coniugem inchoauerat, vt inclitum Angliæ regnum ad sui corporis & sanctæ Ecclesiæ vnitatem, ac sacrosanctæ sedis Apostolicæ obedientiam reuocaret. Et quoniam qui cœpit in vobis opus bonum (Apostolus Paulus loquitur) perficiet in diem Christi Iesu: certissimam possumus spem concipere de eadem Maieftate tua, quòd vbi gubernacula susceperis amplissimorum ac plurimorum aliorum regnorū, quorum hæreditario iure successor fore cognosceris, eodem quo cœpisti duce Deo, vniuersas in illis omnibus funditus extirpabis hæreses. Cuius quidem certum indicium etiam hinc colligimus, quòd commodissimum ad hoc instrumentum, dico sacre Theologiæ studium, exemplo Clementis. Imperatoris patris tui, iamdudum amplificare cœpisti: plurimos in his studiis passim sustentans, variisq; accersens doctissimos viros, qui in huius Anglici tui regni florentibus Academiis gnaniter eadem hæc studia promoueat, quiq; sacram literarum recondita sensa ex communi patrum consensu petere doceant ac tradant. Quod quantum momenti habeat ad veram fidem catholicam reparandam, ac deinceps propagandam, modò Deus suum adiungat auxilium, docet frequens vsus & experientia patrum ac Conciliorum. Ad quod, cū Deo propitio sperem non nihil fructus & commoditatis allaturos hos meos labores, non est quòd quis miretur cur sub tanti Principis protectione, adhortan-

Socrates eccl.  
hystor. li. 5.  
cap. 10. et tri  
part. hyst. lib.  
6. cap. 19.

tibus (vt dixi) amicis, quorum consilium respicere non potui, in publicum eos prodire iusserim: quo (si forte me iam prouectæ ætatis senem, ex hac vita breui discedere contingat) poterit ille sua autoritate à calumniatoribus quibusq; tueri. Quòd si Deus tribuat vt hoc tuo tempore œcumenicum redintegretur Concilium, placueritq; principibus ac concilii patribus in eo procedere, modo quo religiosissimus quondam imperator Theodosius ab episcopo Nestario persuasus processit, dum Arrianis in varias hæreses dissectis mundus plurimum tumultuaretur, vt est in Annalibus. Considerans enim Imperator ille, quòd disputationibus acriores redderetur hæreses potius quàm sopiantur: dum pertinacissima hæresis, nec ferro, nec igni, nec rationibus, nec scripturis, nec veterum autoritatibus vnquam cedit, dum omnia hæc ad suum sensum detorquet: congregatos vndique hæresiarchas rogat, num in precio habeant illos ecclesiæ doctores, qui ipsorum tempora præcesserant: vt si illos reprobarent, aut anathemate dånare auderent, protinus à populi multitudine plossigarentur. Dum igitur se facerentur illos vt præceptores in honore habere, rogat rursum Imperator, num ergo ipsos vt fide dignos Christianorum dogmata testes amplecti velint: vt hoc ab eis concessio, quod omnino consequens esse debuerat, non aliud restaret catholicæ fidei propugnatoribus, quàm veterum libros proferre, quorum testimoniis vera dogmata statuebantur & confirmabantur. Sed hoc audito ortum est inter illos multiplex dissidium: aliis quidem assentientibus, aliis verò negantibus, quòd viderent scopo ipsorum id non conducere. Atque ita non modo se Æta à se Æta dissentiebat: sed nec illi mutuo concordēs erant, qui antea in vnam conuenerant hæresim. Quorum responso aduertit Imperator eos in sola cauillosa disputatione, non autem veritate aut veterum autoritate seu expositione confidere. Si hoc, inquam, modo in œcumenico concilio placuerit procedere, poterunt hæ nostræ lucubrationes non paruo esse adiumento, dum minimo negotio circa singulos articulos cōtrouersos hinc statim inuenire licebit, quid de illis patres & concilia senserint ac statuerint, quibusq; ex scripturis. Qui modus si initio harum se Ætarum, quibus nunc Ecclesia affligitur, Clementissimo Imperatori tuæ Maiestatis parenti suggestus fuisset, & ille vt omnes eum modum sequerentur curasset, iam olim extinctas putarem omnes hæreses, sopitaq; vniuersa schismata. Imò & nunc eo modo, si nostris iniquitatibus non pergamus à nobis repellere Domini auxilium, poterit tandem, abiectis errorum & hæresum tenebris, fidei splendor & claritas toti orbi illucescere. Accipe igitur Serenissime Princeps, qua soles humanitate, nostrum hoc opus: non quale decet tuam inclitam Maiestatem, sed quale nobis exhibere conceditur per ætatem, innumerasq; occupationes, quibus hinc inde quotidie emergentibus, tantū non obruimur. Speramus tamen ipsas fore non inutiles: sed per eas id tandem

nos assecuturos, vt omnes vnum vno ritu Deum colamus, qui inclitam ac serenissimam tuam maiestatem suo obsequio, & Ecclesiæ suæ catholicæ vtilitati, plurimis annis seruet in omnibus prosperam atque incolumem.

Louanij Calendis Augusti, anno 1555.  
Tuæ Sereniss. Maiestatì addictissimus Ruardus  
Tapper ab Enchusa.

# INDEX SENTENTIARVM

IN HOC PRIMO TOMO CONTENTARVM.

Numerus paginam indicat: a priorē, b verò posteriorem paginam partem.

## A

**A**bsolutionem à muliere impensam dicunt heretici tantum valere, quàm si à sacerdote impendatur: & quæ à sacerdote lucente tantum, quantum à seruo proferente, modo alter se credat absolutum. 9.  
Absolutio ab omnibus censuris & peccatis tempore necessitatis à quolibet sacerdote impendi potest. 10.  
ad Absoluendum dicit Duran. non requiri iure diuino iurisdictionē, sed tantum ordinem. 100. a & sequent.  
Absolutio à censuris & peccatis an tempore necessitatis ab heretico accipi possit & debeat. ibidem.  
Actus imperatus cuiusque potentie rationi subiecta naturaliter sequitur imperium voluntatis, etiam in operibus gratie. 230. a  
Angelis etiam necesse fuit renasci denuò. 33. b  
Apologia Augustinæ obiectiones aduersus confessionem, & earum solutiones. 143. b. & sequent. & 153.  
Appetitio vel resolutio libera est vel determinata, secundum quòd præcedens iudicium est tale. 209.  
Arbor bona & mala quæ sint, & quæ harum radices vel fructus. 287.  
Articulorum qui hoc libro tractantur, ordo, ac methodus. 1. a  
Atritus interdum verum suscipit sacramentum sine eius effectu, interdum & cū effectu. 127.  
Auxilium Dei sufficiens an omnibus paratum sit, nisi propria culpa impediatur. 235. & 247. b  
dicentes Auxiliū Dei cuiuslibet adulo adesse pro loco & tempore, vt se ad vltiora possit præparare, non sentiunt cum Pelagio. 250.  
Auxilium Dei sufficiens an omnibus aliquando adsit, non pari modo loquuntur doctores. 152 & sequent.

## B

**B**aptismus & eius efficacia vbi tradatur. 2. a  
Baptizandos paruulos negant Anabaptistæ, quia credere nequeunt: quod alij heretici deuitare cupientes, asserunt infantes credere & intelligere. 9. b  
Baptismi necessitas non est tantum præcepti, sed potissimum propter eius effectum. 31. & seq.  
Baptismi præceptū quando cecept obligare. 32. b  
Baptismi defectum supplet martyriū, & plena cordis conuersio. 34.  
Baptismus saluat infantes. 63. a  
Baptismo tollitur omnis culpa & pœna. 37. b & sequent.  
in Baptizatis non solum non imputatur, sed nec est peccatum. 39.  
Baptizati sunt verè, licet non plene iustitiam partem inuisi, vt vult Lutherus. 52. a  
Baptizati patiuntur in se bellū ciuile, & hinc nunc caro dicuntur, nunc spiritus. 53. b. & seq.  
Baptizati sunt filij Dei. 55. a

Baptismi fructus varij, quo etiam futura peccata quodam sensu tolluntur. 55. b. & seq.  
Baptismus iterari nequit. 57. b  
Baptismi sacramentum non à Ioanne, sed à Christo institutum: & horum baptismata malè distinguunt heretici. 66. a  
Baptisma multiplex in scripturis. 67. b. & seq.  
Baptismus quomodo sit interrogatio bonæ conscientie. 69. b  
ante Baptismum potest catechumenus consequi remissionem peccatorum. 175.  
Boni & simul mali sunt quidam, sed ab eo quod præualeat nomen accipiunt. 53. a  
Bonorum à malis discretio, & meliorum à minus bonis partim à deo est, partim à libero arbitrio, & ideo nunc huic, nunc illi tribuitur: discretionem hanc Augustinus sæpius ad Deum refert, tanquam ad causam primariam & originalem, interdum etiam ad liberū arbitriū. 237. b. & seq.  
Bullingero, Caluino, & Zuinglio paruuli non nascuntur filij iræ. 60. b

## C

**C**alvini argumenta contra Sacramentum penitentie. 106. b. & sequent.  
Caluinus frustra gloriatur se sequi D. Augustinum de libero arbitrio, cum æque illi contradicat ac cæteris. 274.  
Caluinus omnem tollit voluntatis adiuuitatem in operibus salutis. 275.  
Casuum reservationem quidam dicunt non respicere propriè peccata, sed tantum excommunicationem. 100. a  
Casuum reservationes factæ sine magna ecclesiæ vtilitate an sint validæ. 101. & sequent.  
in Casuum reservationibus magni contingunt in ecclesia abusus. 102.  
Causa libera & naturalis quæ dicantur. 207. a  
Causa proxima qua vnus est alio sanctior, est conatus hominis in vsu gratiæ Dei. 223. b  
Causa 2. quo sensu dicatur Dei instrumentum in agendo. 228. b  
Causa 2. potest necessario moueri à prima, & simul non necessario mouere. ibidem.  
Cæremoniis sacramentorum, licet non ipsis per se iustificamur. 13. b  
Christi solius virtute Sacramenta sunt efficacia, & ab eo instituta, licet per alios institui potuissent. 3. a  
Christi gloria nõ tollitur sed augetur, ex eo quod nos possimus satis facere. 174. b. & seq.  
Christi mediatoris officium quo ad passionis mysterium. 177. a. & 178.  
Communio actiua vel passiuua malorum & excommunicatorum duobus tantum casibus vitanda. 6. b  
Communicare, quis dicatur aliorum peccatis. 7. a  
Conciliorum de penitentie Sacramento definitiones. 106. b  
Concu-

Concupiscentia in nondum regeneratis proprie esse peccatum difficile est intelligere. 41. b  
 Concupiscentia in regeneratis Luthero est peccatum imputabile. 42. b. Item Caluino 71. a. & sequent.  
 Confessio an sit necessaria pars Sacramenti poenitentiae. 111.  
 Confessionis Augustanae & Apologiae Melancthonis errores, circa poenitentiae Sacramentum. 124.  
 Confessio peccatorum varia. 138.  
 Confessio specialis omnium peccatorum est necessaria. 139. b. & sequent. non tamen simpliciter omnium. 150. a  
 Confessio specialis singulorum ideo requiritur, quia contritio specialis requiritur, & etiam propter iudicij naturam. 140. b  
 Confessio iure diuino praecipitur. 145. a  
 Confessionem non esse perceptam quo sensu dixerit Hugo de S. Victore. 144. b  
 Confessa peccata publicandi mos tollitur. 139. b  
 Confessio an ex necessitate debeat fieri secreta. 147. b  
 Confessurus quam diligentiam adhibere debeat, ut omnia peccata confiteatur. 148. b  
 Confessarius iuuare tenetur infirmitatem consistentis. 149. a  
 Confessionis solus sacerdos est minister. 150.  
 Confessionis Augustanae, Melancthonis & Caluini errores circa confessionem. 153. & sequent.  
 Confessionis praecipuum semper inclusum est in praecipuo communicandi: & vno concessio alterum conceditur. 156. a  
 Confessionis praecipuum quam sit antiquum. 156. b  
 Confessionem non abstulit Nestarius, sed aliquid aliud. 157. b. & 160. b  
 Confessionem esse necessariam non negat Chrysostomus. 161. a  
 Confirmatio & eius efficacia vbi tradatur. 2. a  
 Contritio quibus modis ab attritione differat. 125. b. & sequent.  
 Contritio sine qua peccatum non remittitur, quam sit. 126. a  
 Contritio, quae pars est Sacramenti poenitentiae, necessario respicit reliquas eius partes. 131. a  
 Contritio specialis de singulis peccatis est, & semper fuit necessaria. 189. b. & sequent.  
 Cor nouum creare, cor carneum ex lapideo facere, & supplere quod deest infirmam voluntati, loquere differunt. 276. b. & haec a solo Deo sunt, praevia hominis praeparatione.

D

DEI fermo multiplex. 25. a  
 Dei offensa cum in contritione dicitur ratio dupliciter peccati, quid contineat. 130. b  
 Deus neminem punire ut iram exerceat vel dissipet. 185. b  
 Deus frequenter conqueritur, quod quidam nec beneficiis, nec castigacionibus emendentur. ibi.  
 Dei maior est gratia & nobis maior gloria, quod non nota poena statim cum culpa remittatur, sed in hoc dignetur nos habere cooperatores. 205. b  
 Deus multas ob causas immittit flagella. 206. b  
 Deus solus potest efficaciter mouere voluntatem quocumque voluerit, sic tamen ut ipsa libere coagat. 217. b. & sequent.  
 Deus an prius natura causet quam causa secundus, nam in operibus gratiae quam naturae. 218. a

an Deus quosdam in totum deserat, sic quod nunquam osium cordis eorum pulset. 236. a  
 Deus quod in se est omnibus gratiam impartiri, sed quosdam ponere obstaculum, scripturis conformes est: sed an hoc semper faciat, sunt opinioniones. 239. b. & sequent.  
 Deus secundum merita praesentia vel futura suam dare gratiam, praedestinare vel reprobare sonat plurimam scripturae ac patrum auctoritates. 241. & quatuor paginis sequentibus.  
 Deus nunc vni generi hominum loquitur in scripturis, nunc alij: & eiusdem generis nunc vni parti, nunc alteri. 245. a  
 Deum autorem esse cuiusvis peccati primum dixit Melancthon. 258. b. sed postea reuocauit. 259. b. & sequent.  
 ut Deus nos adiuet nos cooperari debemus, non solis votis apud eum agere. 176. b  
 a Deo accepimus animam viuentem, a quo accipimus & spiritum viuificantem: per quae ad diuersa opera ei cooperamur. 276. b  
 Dei inspiratio aliud est ab eius doctrina: quae sapientius miscet Caluinus.  
 Deus sic mouere potest intellectum aut affectum, ut non possint non sequi. 222.  
 Dilectionis praecipuum quo modo in hac vita impleri possit, & quo modo non. 77. & quatuor sequentibus.  
 Dilectionem Dei sufficientem ad salutem multi implent, sed non ea quae scopus noster est. 104. a  
 Dispensationes sine necessitate vel communi utilitate factae reprehenduntur. 101. b. & sequent.  
 in Disputationem reuocanda non sunt quae semel recte sunt iudicata. 4. b  
 Dolor peccati ut contritionis est, non sumitur ex consideratione opposita virtutis. 127. a. & sequentibus.

E

ECCLESIAE vox nusquam securius auditur quam in Concilio oecumenico. 4. b  
 Ecclesiae a Christo probate factum est sufficientes in singulis argumentum. 37. & sequent.  
 Electio est proprius actus libertatis: & est tam intellectus quam voluntatis. 209. b  
 Ethnicorum multa bona opera, licet non sint pietatis agnoscit inter alios & Augustinus, & esse Dei dona. 214. b  
 Euangelici verbi vsus quis sit. 10. a  
 Euangelium, praeter efficaciam quam habet ex ipso auditu & intellectu, potest tale habere, qualem sanctorum reliquiae vel alia sacra. 10. b  
 Eucharistiae efficacia vbi tradatur. 2. a  
 Excommunicatorum & malorum communionem duobus tantum casibus vitare debemus. 7. a  
 Exemptiones sine magna ecclesiae utilitate factae, an sint validae. 101. a. & sequent.

F

Facere quod in se est, non est facere quantum potest ex his quae a se habet. 248. b. & ad quid istud secundum conducatur. 251. a  
 Facienti quod in se est, Deum adesse in necessariis ad salutem, intelligit B. Thomas de praenoto diuina motione. ibidem.  
 Fidem iustificare non infert Sacramenta non iustificare. 19. & sequent.  
 Fidem qua in Sacramentis iustificamur Melancthon tandem agnoscens, intelligit fiduciam. 21. a  
 Fides

Fides qualis requiratur, ut susceptum sacramentum sit efficax. ibidem.  
 de Fide necessaria in Sacramentorum susceptione dissident a Luthero Melancthon, Zuinglius & Bucerus. 23. b  
 Fides propria vel aliena, aut alia quaevis benedictio an sine baptismo iustificet. 35. b. & sequent.  
 Fidem suscipientes metu gehennae vel desiderio beatitudinis sunt vere Christiani & saluandi. 97. b  
 Fidelis cum vult potest se in operibus fidei & charitatis aut pietatis exercere, sine alia speciali diuina motione, quam horum habituum conseruatione. 231. a  
 Attramen ut his habitibus uti velit, debet praecedere diuina motio. 232. a  
 in Fide instructus, si antea sit ei immixtus a Deo pius affectus, potest sine alio Dei auxilio se determinare ad credendum, relicta infidelitate. 231. a  
 Finis virtutis necessariò an liberè ametur. 210. & sequent.

G

GRATIA ad quodlibet opus pietatis agendum requisita quae sit, & quae naturam sanans, & sic ad merendum eleuans. 215. b. & sequent.  
 sine Gratia potest homo multa bona agere, sed non talia quae sint pietatis. 213. & sequent.  
 Gratia habitualis & virtutes in fuisse, licet conductant, non sunt tamen simpliciter necessariae ad illa opera pietatis praestanda. ibidem.  
 ad Gratiae mouentis vsum, an alia specialis gratia requiratur. 227. & sequent.  
 Gratia vel adiutorium Dei speciale quid sit. 223. a  
 Gratia sicut non destruit naturam, ita non impedit eius casualitatem. 229. b  
 Gratia dans posse credere & resistere peccato, peccata, bene operari vel perseuerare, non semper dat haec operari. 231. b  
 Gratia vel inspiratio ad aliquod opus data, semper sufficit ad hoc faciendum, vel saltem ad impetrandum per orationem id quod ad illud sufficit. ibidem.  
 Gratiam sufficientem, etiam si dicatur Deus paratus omnibus dare, non potest dici equalem omnibus dare. 235. b  
 sine Gratia Dei nemo potest petere, quaerere aut pulsare. 245. a  
 Gratiae Dei non derogat, quod ex se possit homo facere aliquid, cuius intuitu Deus det illi fidem & vltiora auxilia. 249. b  
 Gratiae initium non est ex nolentibus fieri volentes, nec ipsa Dei electio. 285. b

H

HAERETICI docent Sacramenta tantum esse signa Dei erga nos ad excitandam fidem: nec magis efficacia esse nouae legis sacramenta quam veteris. 8. b  
 Homo dupliciter Deo debitor efficitur. 180. a  
 Homo facultatem habet acceptandi ac refusandi ea quae per intellectum proponuntur. 209. a. & sequentibus. Cuius facultatis radix est indeterminatio intellectus. ibidem.

I

IMPOTENTIA credendi vel se conuertendi, si nullo modo sit volita propria voluntate, semper excusat. 233. b

ex Ignorantia vel impotentia agere, differt ab eo quod est agere ignorantem vel impotentem. 235. a  
 Impotentia vel ex peccato Adae contrahitur, vel propriam sequitur voluntatem: prima non imputatur, nec eius effectus, sine propria voluntate. ibidem.  
 Intellectus indeterminatio radix est eligendi. 209. b  
 Intellectus plerumque in iudicando subest affectui voluntatis. ibidem.  
 idem intellectus est principium omnium cognitionum, etiam earum quae diuina reuelatione habentur. 219. b  
 Iudicio sacramentali proprium est quod sit de omnino occultis, quia vice Dei exercetur. 149. b  
 Iudicii diuini duo genera, vindictae & castigacionis, quae sola ratione differunt. 182. b. & sequent.  
 Iudicia Dei inscrutabilia in diuersitate salutis aut damnationis hominum. 226. a  
 Iurisdictionis potestas an iure diuino soli papae, an omni sacerdoti competat. 135. b  
 Iustitia quadruplex. 80. b. & sequenti.  
 in Iustis eadem est potentia propinqua operandi, quae fuit in Adam ante peccatum, sed non eadem potentia perseuerandi. 231. a  
 Iustus duobus similitur a Deo adiutus, fieri potest, ut vnus perseueret & non alius. 232. a

L

LEX Dei est charitas, cui prudetia carnis subici nequit. 177. b  
 Liberum arbitrium quid sit, & quod sit in homine. 207. & sequentibus.  
 Liberum arbitrium a Deo necessitari potest, non cogit communitur tamen ab eo mouetur iuxta naturam suam, id est contingenter. ibidem.  
 Liberum arbitrium comprehendit intellectum quasi radicem, & voluntatem ut subiectum, ac principium immediatum liberae actionis. 209. b  
 Libertas ad velle & non velle, naturaliter sequitur omnem naturam intellectiuam. 211. a  
 Libertas arbitrii in quo per se consistat. 211. b  
 Liberi arbitrii quatuor status in homine. ibid.  
 super libertate a necessitate inuitabilis inclinacionis, est & semper fuit nobis altercatio cum hereticis. 212. b. & sequent.  
 Liberum arbitrium efficitur se habet ad opera iustitiae. 217. a  
 post Liberi arbitrium velle sic in ipso agit Deus, ut illud etiam liberè coagat: quod vix potest intelligi. 218. a  
 Liberum arbitrium nihil potest agere, nisi Deo primum mouente & sequente. 219. a  
 Liberum arbitrium potest homo a Deo illuminatus poenitere. 220. a  
 Liberi arbitrii quae sunt partes. 220. b  
 Liberum est iusto non acquiescere tentacioni, similiter peccatori preiudicio Dei vocatione. 221. b  
 Libertatem arbitrii concernentes variae propositiones ponuntur. 222. b. & sequentibus.  
 Libertate sola arbitrii vnus non credit, cum eadem gratiae suasionem alius credat. 222. & 223. & sequentibus.  
 Liberum non est arbitrium circa ea in quibus nullo modo determinatum tantum potest esse iudicium. 232. b  
 Liberum arbitrium in triplicibus rebus operatur in homine. 248. b

**Liberum arbitrium** improbat Lutherus. 257. Melanchthon 258. & sequentibus. Caluinus 264. & sequentibus.  
**pro Libero arbitrio** postea scripsit Melanchthon, contra ea quae prius scripserat. 259. & sequenti.  
**Liberè gratiam** recipimus, sed nõ nisi à Deo. 278. a. & saepius antea: & item postea contra Caluinum.  
**Liberò soli arb.** tribuitur bonum præ malo eligere, quãvis libera & sancta electio sit à Deo. 278.  
**Libertatem arbitrii** non statim cõcedit quisquis spontaneitatem admittit. 212. a.  
**Libertatem** quam per gratiam haberi dicit Augustinus vocat facultatem iustè viuendi & perfeuerandi. 286. a.  
**Lutheri obiectiones** contra numerum sacramentorum. 14. b. contra contritionem. 133. & sequentibus.

M

**Alii ministri** etiam notorii non minuunt efficaciam sacramentorum. 6. 7.  
**Martyrium** requirere formale peccatorum displicentiam probabile est. 130.  
**Matrimonii Sacramentum** vbi tradatur. 2. b  
**Melanchthon** damnat omnem vitam austeritatem spontè assumptam, quod tamen est contra scripturam. 198. & sequentibus.  
**Melanchthon retractat** quæ scripserat aduersus liberum arbitrium. 259. & sequentibus. 3. paginis.  
**Motus primi à concupiscentia** causati non sunt peccata. 40. a. & sequentibus. & huius ratio 232. b.

N

**Naturali lumine** potest homo bona opera facere, licet non talia quæ sint pietatis. 213. a. & sequentibus.  
**Naturæ ductu** potuerunt ethnici non solum Deum cognoscere, sed & glorificare. 214. b  
**Naturaliter** habent quidam diuinum munus ingenio, quo faciliè moueantur ad fidem. 221. a  
**Necessitas inferri** non potest ex inseparabilitate aut indeclinabilitate, vt patet in Deo. 281.  
**Nocturni factum** circa confessionem sacramentalem. 157. & sequentibus.  
**Novatiani damnati**, quod sacramentum poenitentia negarent. 95.  
**Novatus** quid circa poenitentiam reliquerit, & quid damnauerit. 159. b. & sequent.

O

**Opera supererogationis** Deo grata sunt, contra Melanchthonem. 198. a. & sequentibus. 203. & sequentibus.  
**Opera pietatis** vt opera, vel vt libera, sunt à libero arbitrio, vt autem pietatis opera, sunt à gratia. 228. b  
**Opus salutis totum est à Deo**, & totum à libero arbitrio. contra Caluinum. 277.  
**Opera pro gratia** vel auxilio nemo potest sine gratia. 245. & 251. a  
**Ordo quo hoc libro tractantur articuli**. 1. b  
**Ordo sacramentum & eius efficacia** vbi tradatur. 2. a  
**Ordo in conuersione peccatoris**. 130.  
**ad Originalis** deletionem semper necessariũ fuit aliquod sacramentum. 33. & seq.

**Originale malum** Zuinglio morbus est non peccatum, Pelagio vero natura est. 42. a.  
**Originalis peccati** acceptiones apud catholicos 43. a. & sequentibus.  
**Originale peccatum** Gulielmo Parisiensi duobus modis dicitur. 53. a  
**Originalis peccati** materiale & formale iuxta Thomam. 45. b  
**Originale peccatum** minus est minimo veniale. 46. a  
**Originale peccatum** quo modo sit proprii nominis peccatum. 52. b. rursum quod non sit propriè peccatum. 51.  
**Originali peccato** sumus peccatores, non qualis erat Adam transgrediendo, sed qualis permanet post peractam transgressionem, & quo modo. 50. b. & sequent.  
**Originale peccatum** propriè non est concupiscentia, sed auersio mentis à Deo cum inordinata conuersione. 49. a. 51. b

P

**Paruuli** quo modo dicantur prauericatores legis, & dispasse testamentum Dei. 48. a  
**in Paruulis** quomodo dicit Augustinus esse poenæ meritum. 49. b. 97. a  
**Paruuli saluari** nequeunt, sine baptismo contra Caluinum, Zuinglium, Bulingerum, & Bucerum. 57. a  
**Vide Originale, Concupiscentia, & Baptismus.**  
**Paruuli sine baptismo** decedentes nulla fide, voto vel benedictione parentum saluari possunt. 62. a. & sequent.  
**Paruulis** quam fidem tribuit Lutherus cum suis, vt in sacramento iustificentur. 63. b. & sequentibus.  
**Pasionis Christi** efficaciam, tam in baptismo, quàm in poenitentia, quisque suscipit secundum suam dispositionem & poenitentiam. 191. b.  
**Peccata non sunt primi motus** causati à concupiscentia. 40. a. & sequent.  
**Peccata omnia & eorum reatus** plenè tolluntur in baptismo. ibidem.  
**Vide baptismus & Originale.**  
**Peccatum esse eadem res** nunc dicitur, nunc non peccatum, quod Caluinus non aduertit. 76. b. & sequentibus.  
**Peccatum sapius non contritione**, sed absolute delectur. 96. b. & sequent.  
**Peccata retinere non propriè** pertinet ad Sacramentum, sed tantum remittere. ibidem.  
**Peccati imperfecta displicentia** variis modis contringit. 226. b  
**Peccatum vnum non potest sine alio** retineri vel remitti, & ideo singula sunt confitenda. 151. b  
**Peccata non est necesse** scribere ne obliuiscamur, ad confitendum. 149. a  
**Peccatorum recogitatio** magis requiritur ad conterendum quàm ad confitendum. 149. b  
**Peccati præteriti** nõquam debemus obliuisci exemplo David. 168. b  
**Peccato variæ poenæ** diuersimodè respondent. 178. b  
**Peccatorum remissio** fit gratis ad quam tamen aliquid conferre debemus. 189.  
**Peccatorum remissio** aliud est quàm reconciliatio, quæ solius Christi merito assequimur. 191. a  
**Peccati**

**Peccati remissi** quomodo dicitur Dominus non recordari, & quomodo recordari, & sic de similibus locutionibus. 193. b. & sequent.  
**Peccatorum** debet esse acerba punitio, etiam vltro, & horum dantur exempla. 195. a  
**Peccato nemo** viuuit, bene tamen sine crimine.  
**Peccatum non est, nec virtus**, quod ex necessitate fit. 208. a  
**Peccata etiam** quæ non commissimus deputat Augustinus gratia Dei. 234. b  
**Peccatum non est non conuerti**, quando non potest quis habere gratiam qua conuertatur: sicut non credere cum non potest, quia non habet à quo audiat euangelium. 233. a  
**Peccandi necessitas** quæ est ex nostra infirmitate opponitur inexcusabilitati quo ad vniuersa, nõ quo ad singula. 233. b  
**ad Peccatum** imputari non potest quod non est ex propria voluntate, vel in propria potestate. 234. & sequentibus.  
**ad Peccatum** quid non sufficiat, & quid requiratur. 273. b  
**ad Perseuerandum**, non ad operandum, eger homo alio auxilio Dei quàm præuia immisione pij affectus ad bonum. 231. a. & sequent.  
**Philippus Melanchthon** damnat dicentes sacramenta ex opere operato gratia conferre. 12. a  
**Pighij & Catharini** error de peccato originali excusatur. 50. b  
**Poenæ variæ** manent hic & in futuro seculo, remisso peccato. 166. & sequent.  
**Poenæ in futuro seculo** debita differ ab ea quam Deus in presenti ob peccatum infligit. 172. a  
**Poenam dimissa culpa** nunc remitti, nunc remanere. 173. a  
**Poenæ post remissam culpam** qualis maneat. 178. & sequentibus.  
**Poenæ variæ** respondent peccato. 178. b. & sequentibus.  
**Poenæ diuinitas & acerbitas** cui respondeant. ibidem.  
**Poenæ futura** commutatur in presentem per sacerdotem, virtute clauium. ibidem.  
**Poenæ non à sacerdote** impostæ, sed vltro assumptæ sunt propriè satisfactio, sed compensatio vel redemptio. 179.  
**Poenæ nostræ** an possint esse satisfactoriæ pro culpa & poenæ æterna. 170. b. & sequent.  
**Poenam** semper remittere sine supplicio crudelitas est. 200.  
**Poenitentia sacramentum & eius efficacia**. 2. a. & vbi sit à Christo institutum. 114.  
**Poenitentia** quid sit, & quod donum Dei est. 94. a. b. & quod dicitur respiscentia. 94. b  
**Poenitentia an distinguatur** à fide & amore Dei, vel à conuersione ad Deum. 97. & seq.  
**Poenitentia propriè** est sacramentum. 95. a  
**Poenitentia sacramentum**, & item ordinis, quo ad secundarium eius actum iisdem Christi verbis institutum. 95. & sequent.  
**Poenitentia sacramentum** vere remittuntur, non annunciantur remitti peccata. 97. b  
**Poenitentia & baptisimi** idem est aliquis effectus. ibidem.  
**Poenitentia sacramentum** an verè fuerit in veteri lege. 96. a  
**Poenitentia interdum** nec Deum nec creaturam, vt vltimum finem diligit. 96. in fine.

**Poenitentia sacramenti** necessitas colligitur ex verbis Christi. 99. a  
**Poenitentia magis necessaria est** quàm poenitentia sacramentum. 102. b. & sequent.  
**Poenitentia sacramentum** necessarium est, non tantum necessitate finis, sed & præcepti. 103. b  
**Poenitentia sacramentum** per modum iudicij exercetur, ideo partes habet similes iudicio. ibidem.  
**Poenitentia partes** quales sint, & quàm necessaria. ibidem.  
**Poenitentia partes** sumuntur ex fine, qui est recõciliatio. 104. b  
**Poenitentia partes** sunt quodam modo iuris naturalis. 105. a. & sequent.  
**Poenitentia sacramentum** in quibus consistat. 103. b. & seq. 110. a. & sequent.  
**Poenitentia** cur secunda dicitur tabula post naufragium. 107. a  
**Poenitentia tres actiones** iuxta Augustinum. 108. b  
**Poenitentia** sacramento peculiare est quod promittitur datio spiritus sancti, priusquam potestas detur illud exercendi. 114. b  
**Poenitentia** ab hæreticis dicitur sequi remissionem peccatorum sine apprehensam.  
**Poenitentia partes** quas ponunt hæretici. 117. & sequentibus.  
**Poenitentia pars aliqua**, quomodo potest non esse sensibilis. 127. a  
**Poenitentia etiam futurum respicit**. 136. b  
**Poenitentia actus** duo complectitur. 137. b  
**Poenitentiam** veram agere est difficile. 137. in fine.  
**in Poenitentia foro** inueniuntur quæ omni iudicio competunt. 143.  
**Poenitentia quæ sit digni fructus**. 168. 169.  
**Poenitentia opera** multiplicia. 179. b. & seq.  
**Poenitentia varij fructus** præcepti, & non præcepti. 199. b. & sequent.  
**Poenitentiam à sacerdote** impostam nolle acceptare, an sit peccatum, & quale. 201. b  
**Possimus multa bona** facere quæ non facimus. 248.  
**ex Potestate** consecrandi corpus Christi proficiuntur alia potestate alia sacramenta administrandi, aut sunt eadem potestas. 151.  
**Præceptum primum** de Dei dilectione quo pacto præcipitur, & impleri potest in hac vita. 78. & quinque sequentibus.  
**Præceptum idem est** de confessione, de eius integritate, & de examine conscientia. 149. a  
**ex Præceptis** scripturæ sacrae doctores concludunt voluntatis libertatem. 229. a  
**Prædestinatio** quid sit. 229. a  
**de Prædestinatione & reprobatione** videtur aliter loqui Augustinus, quàm alij doctores, quia diuersimodè ista accipiunt. 246. b  
**Præscium esse Deum futurorum** negauit Cicero, ne homini adimere cogeret liberum arbitrium. 208. b  
**Præuilegium** quo possit quis eligere quemvis sacerdotem in suum confessarium improbat. 150. b

R

**Ratus** quis sit, quem idem dicit esse Augustinus quod peccatum. 51. b  
**Redemptio** Christi magis illustratur ex eo quod etiam nos possumus satisfacere. Sacer-

## S

- S**acerdos actu absolouendo frequenter remittit peccata. 129.  
 Sacerdotes quo ritu consecrentur. 151.a  
 contra Sacerdotes & episcopos à magistratu institutos, & quòd non omnes Christiani sint æqualiter sacerdotes. 151.b. & sequen.  
 Sacramentorum in genere numerus, author, & ministri. 1.a  
 Sacramenta quid sint, & quòd eis transeuntibus maneat ipsorum effectus. 1.b  
 Sacramenti uocabulum quare assumpserit Ecclesia, & quàm sacrum sit habitum, licet Zuinglio inuisum. 1.b  
 Sacramentorum singulorum efficacia ubi tradatur. 2.a  
 Sacramentorum institutio ab eo est, à quo ipsorum efficacia. 3.a  
 Sacramentorum institutionem, quo ad significationem & efficaciam, potuit Christus conferre ministris, sed non fecit. 3.  
 Sacramentorum institutionem, quò ad materiam & formam, an Christus aliis cõtulerit, & an ipsa sacramenta per alios instituerit. 3.  
 Sacramenta singula in quibus consistant. 3.b. 4.a  
 Sacramenta characterem imprimentia & irreteabilia. 3.b  
 Sacramentorum numerus unde habeatur. 4.a  
 Sacramentorum certitudo, & de singulis comprobatio. 4.b. 5.b  
 Sacramenta quare in externis rebus ac uerbis instituta. 5.a  
 Sacramenta gratiam ex opere operato conferre quid sit. 5.b. & 12. & sequen.  
 Sacramento nihil accedit aut decedit ex ministris uita, quàm diu ab Ecclesia toleratur. 7. a. & sequen. & 17. ac sequen.  
 Sacramenta suscipiens à malis ministris quando dicitur ponere obicem. 7.a  
 de Sacramentis duodecim Canonis Concilii Tridentini. 7.b. & sequen.  
 Sacramentorum usus non est, ut signa sint uoluntatis Dei erga nos ad excitandam fidem, sed ut operentur & significant salutare effectus. 8.b  
 Sacramenti ratio ac definitio secundum hæreticos. ibid. b. 14. a & sequen.  
 Sacramentorum & Euangelii eundem ponunt usum hæretici contra Paulum. 10.a  
 Sacramenta non opus est ministrari uulgari idiomate, cum habeant effectum etiam in non intelligentibus. 10. b. & sequen.  
 Sacramentorum diuersorum sicut uarii sunt effectus, ita diuersè ad ea debent esse preparatioes. 11.a  
 Sacramentum tam Baptismi, quàm pœnitentiæ Ecclesia tribuit interdum non intelligentibus. 11. b.  
 Sacramentorum numerus ac uarii modi accipiuntur apud hæreticos. 16. & sequen.  
 Sacramentorum usus & finis iuxta hæreticos. 16.  
 Sacramentorum exhibitio requirit intentionem in ministro, contra Caluinum. 18. a  
 Sacramenta iustificanc, similiter & fides. 19. b. & sequentibus.  
 Sacramentorum efficax significatio quomodo accipienda. 25. a  
 Sacramentorum efficaciam & necessitatem improbat Zuinglius. 27.

- Sacramentorum numerus & efficacia rursus aliter improbat. 28. & sequen.  
 Sacramentorum formas, & discrimen inter noua & uetera, improbant hæretici. 28. b. & sequen.  
 Sacramenta nouæ legis alias habent promissiones quàm ueteris, contra Caluinum. 30. a  
 Sacramentum aliquod semper fuit necessarium ad peccati originalis deletionem. 33. b. & sequen.  
 Sacramentum baptismi uel pœnitentiæ in uoto, item fides aliena seu quiduis aliud post instituta hæc sacramenta an iustificet. 35. & sequen.  
 in Sacramentorum formis quia effectiue sunt, significatur effectus sequi quantum est ex parte Sacramenti. 69. a  
 Sanctificationis uaria genera traduntur propter locum. 1. Cor. 7. 58. a  
 Satisfactio ante absolutionem solet imponi & peragi. 170. a  
 Satisfacere ac deprecari possumus pœnas remissis peccato resistentes. 171. & sequen.  
 de Satisfactione articulus loquitur proprie de ea quæ sacerdotis arbitrio imposta est. 173. a. 179. b  
 Satisfactionis nostræ necessitas non tollit plenitudinem redemptionis & satisfactionis Christi. 174. & sequen.  
 Satisfactionis Christi plenitudo ex eo magis illustratur, quod nos fecerit potentes satisfacere. 175. a  
 Satisfecit Christus pro omnibus etiam impiis sufficienter & causaliter, non effectiue. ibid. & seq.  
 Satisfacere possumus pro temporali pœna & hic & in futuro, sine applicatione satisfactionis Christi, licet hanc uirtutem ab eius passione habeamus. 174. b. 176. a. & sequen.  
 Satisfactio tantum quo ad sufficientiam non est proprie satisfactio. 177.  
 Satisfactionem, ac remanere peccato remisso pœnam, improbant hæretici. 182. & sequen.  
 Satisfactionibus nostris redimimus pœnas purgatorii. 197.  
 Satisfactionem etiam pro pœna temporali, fieri non posse in peccato mortali probabilis est. ibid.  
 Satisfactio an fieri possit per opera alias debita. 198. a. & sequentibus.  
 Satisfactio pœnæ resstantis, si à sacerdote non iungatur, an sit in præcepto pro hac uita. 201. a  
 Satisfactionem à sacerdote impostam an liceat recusare. ibidem.  
 Satisfactio nostra dupliciter considerari potest. 202. b  
 Satisfactio sit per opera supererogationis, nã illa Deo grata sunt. 203. b. & sequen.  
 Scholasticorum sententia dicentium, Deum semper adesse facienti quod in se est, uide sumpta sit. 244. b  
 Securitas mater est negligentia. 125. a.  
 Spiritus sanctus datur ad uaria munera.  
 Spiritus Christi aliter adiuuat non inhabitans quàm habitans. 219. b  
 Spiritus sancti motus non semper est efficax, quia multi ei resistunt. 284. b  
 Supererogationis opera sunt Deo grata contra Melancthonem. 198. & sequen. 203. & sequen.

## T

- T**empus huius uitæ non est retributionis, sed futuræ. 167. in fine. Testamen-

- Testamentum nouum & uetus substantia idè esse docet Caluinus. 30. b  
 Timor præparat ad ueram pœnitentiam & charitatem.  
 Timor, potissimum gehennæ, conuertit à caducis ad Deum. 181. b

## V

- V**elle & perficere opus boni diuersimodè in nobis operatur Deus. 230.  
 Venialium non est necessaria ad salutem confessio, contritio, nec propositum abstinendi. 149. b  
 Verbum de quo ait Dominus, iam uos mundi estis propter uerbum & c. quod sit. 26. a. & sequen.  
 Verbum Dei quare semini assimilatur.  
 Veritas triplex qua dicit Gerson dimitti peccata sine Sacramentorum perceptione. 124. b  
 Virtutum uel iustitiæ fructus, ut tales, non dicuntur fructus pœnitentiæ. 168. b. 197. b. & seq.  
 Vitam æternam mereamur nõ ex applicatione meriti Christi, sed ex dignitate accepta ex morte eius. 177. a  
 Vitæ austeritatem spontè assumptam damnat Melancthon contra scripturæ testimonia. 202. & sequentibus.  
 Vitiõ extrema & eius efficacia ubi tradatur. 2. b

- Vocati ad nuptias qui non uenerunt, in libera erant uoluntate ut uenerent. 236. b  
 Vocationem Dei multi sequi possent, qui non sequuntur. 236. b  
 Voluntas an interdum necessitetur à passione. 210. b.  
 Voluntatis & intellectus primi actus, licet ab eis effectiue procedant, hoc tamen est naturaliter, & à Deo auctore naturæ & gratiæ. 217.  
 Voluntas & intellectus nihil agere possunt nisi Deo mouente. 285.  
 à Voluntate aliter procedit uelle quam operari, similiter hæc à Deo dissimiliter procedunt. 230. a  
 ex Voluntate est quòd multi maneat in massa damnata, uel semel liberati ad eam relabantur. ibidem.  
 Voluntate aliquid esse uel fieri dupliciter intelligitur. 273.  
 Voluntatem à Deo excitari non idem est quòd infirmam ex se adiuuari. 276.  
 Voluntas bona à Deo est, sed bonus eius usus etiã à nobis est. 278. b  
 Voluntatem moueri ut obsequatur si libeat, aliud est quàm formari ut bona sit, aliud etiam est moueri, ut libeat & uelit. 281. a  
 Voluntatem in homine esse aliud est quam eum habere liberam boni ac mali electionem. 284. a

## FINIS INDICIS.

## Articuli hoc primo Tomo

contenti & explicati.

### Primus.

Credendum est septem esse Ecclesie sacramenta à Christo instituta, quæ sunt, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium. Per quæ quamuis externa & corporalia signa, Deus inuisibiliter (sive per bonos, sive per malos ministros) nostram salutem operatur.

### Secundus.

Baptismus ad salutem omnibus est necessarius, etiam infantibus: per quem peccata plene tolluntur, & sunt filij Dei ac hæredes vitæ æternæ, nec unquam est iterandus.

### Tertius.

Pœnitentiæ Sacramentum (quod post Baptismum omnibus relapsis est ad salutem necessarium) completitur Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem.

### Quartus.

Contritio est dolor de peccatis propter Dei offensam susceptus, cum proposito confitendi & satisfaciendi: non autem (ut quidam hoc seculo perniciosè docent) terror conscientie, propter apprehensum gehennæ supplicium peccatis debitum. Preparat tamen hic terror, & gehennæ metus, ad veram animi contritionem.

### Quintus.

Confessus diligentiam legitimam adhibere debet, quò sacerdoti Iudici suo manifestet omnia peccata sua mortalia, etiam occulta cordis, ut ab eis per illum absoluat: cuius absolutionis minister est solus sacerdos, secundum Ecclesie ritum consecratus.

### Sextus.

Satisfactio est per solutio pœnæ plarumque adhuc debite, remissa iam culpa. Nam omnem pœnam peccato debitam semper condonari culpa remissa, erroneum est, & scripturis sacris aduersatur.

### Septimus.

Certa fide tenendum est hominem habere liberum arbitrium, quo potest malè, & cum gratia Dei bene agere, & post mortale peccatum admissum, Deo adiuuante pœnitere, ac peccatorum remissionem consequi.

## Articulus Primus.

Credendum est septem esse Ecclesie sacramenta à Christo instituta, quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, & Matrimonium, per quæ quamuis externa & corporalia signa, Deus inuisibiliter (sive per bonos, sive per malos ministros) nostram salutem operatur.



Articulus primus proponit numerum, authorem, usum, & ministros Sacramentorum, eaq; sequentes ordine prosequuntur, & post Sacramenta perpetuitatè & vnitatem Ecclesie catholicæ, & præpositi eius ex Christi institutione, naturam & efficaciam cõstitutionum Ecclesiasticarum: deinde de Sanctis qui cum Christo regnant inuocandis, de statu animarum in futuro seculo, libertate Christiana, & alijs quæ nunc controuertuntur, & hæc omnia simplicissimè proponunt: in hoc enim collecti sunt, ut populus Christianus doceatur, quid sequi debeat in dogmatibus Fidei, quæ ab annis triginta sunt controuersa. Hæc autem cum magna ex parte contingant Sacramenta Ecclesie, & initio in libro conclusionum & in captiuitate Babylonica cepta sit per Martinum Lutherum Fides Ecclesie circa Sacramenta (in quibus periculosissimum apud plebem erratur) corrumpi, & postea progressus sit ad reliquam eius doctrinam, quam ferè vniuersam temeravit, ideo ab illis exordiri conueniebat, & ordine prosequi, quid de vnoquoque credit & creditur semper Ecclesia Christi catholica: & deinde, quid de alijs nunc controuersis, quæ apud maiores nostros nunquam in dubium sunt vocata. Porro hunc ordinem circa singulos articulos sequuntur sumus: Primo veritatem articuli ostendemus per sacrarum Scripturarum testimonia, per Conciliorum generalium definitiones, & per concordem Patrum doctrinam: Deinde explicabimus, in quo aduersarij à nobis dissideant, & rursum in quo nobiscum contineant: Tertio, argumentis, Scripturis, & rationibus quæ opponuntur, respondebimus.

Sunt autem Sacramenta, maiorum traditione & usu & Ecclesie catholicæ, externa & sensibilia gratiæ signa efficacia, hoc est, per quæ sua pietate misericos Deus certò & infallibiliter salutare gratiæ effectus, in eo cui adhibentur, modo præparatus sit, operatur, illosq; fieri significat: permanent autè hi effectus, Sacramento transeunte, nec in actu tantum consistunt: nam per Baptismum confertur naturæ diuinæ consortium, iuxta sententiam B. Petri, ad quod consequitur ex regeneratione adoptio, filiatio & ius ad hereditatem æternam, quæ post Baptismum manent, & per Pœnitentiam reparantur & restituntur, & in alijs Sacramentis idem fieri ostenditur. Cum enim huiusmodi signa sacrum Christi Euangelium nobis tradat, conueniebat nomen aliquod esse, quo propriè significarentur: & quia Latino desituebamur, eò quòd res Latinæ linguæ Magistris fuerat incognita, oportebat nomen aliquod illis accommodare, nec vilius est commodius quàm Sacramentum, ut Sacramentum ad instar similitum nominum dicatur, per quod sanctificamur, quodq; ad effectum sanctificationis adhibetur, sicut ornamentum quo ornatur, & vestimentum quo vestimur. Nam Latinis authoribus sacramentum est iustificandum, & quod iurifuradi sacratione interposita geritur, aut natum est. Maiores itaq; nostri Sacramentum appellauerunt, quod est signum & modo quodam causa sanctificationis, similitq; necessitate Dominus noster Iesus & Apostoli nominibus, Fidei, Fidelis, Spiritus sancti, & alijs multis per accommodationem vsi sunt in alia significatione quàm habebat eorum proprietates, & propter Arrianos appropriata sunt nomina Persona & Hypostasis, ne desent nobis quæ eis responderemus quærentibus, quas tres res confitemur, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, tres scilicet Personas aut Hypostases in essentia simplici, & omnibus modis vna subsistentes. Necessarium enim erat, quòd nostræ religionis noua mysteria sua haberet vocabula, quibus propriè tradi & explicari possent. Et tam sacrum hoc nomen habitum est semper, ut Germanicum idioma ipsum seruaerit illibatam, sacratiusq; habitum sit, quàm ut in aliam linguam verteretur, sicut B. Augustinus docet lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 11. de nominibus Amè & Alléluya: quorum, inquit, propter sanctiorem auctoritatem, quamuis interpretari potuissent, seruaata est in scripturis antiquitas: Et ideo, ut scribit D. Ioannes Eckius homilia. 1. de Sacramentis, Vlricus Zuinglius omnium Sacramentorum exterminator & euerfor, etiam no-



men hoc odit, cupitq; Germanis vocem hanc nunquam fuisse receptam. Cum enim hac vocem, inquit, Sacramentum, audiunt, aliquid magnum sanctumq; intelligunt, quod videlicet suam conscientiam à peccato liberet.

Baptismus. Ioan. 3. Mar. ultimo.

Uisumodi autem signorum res & efficaciam nobis tradit sanctum Christi Etange lium, dum docet nos renasci ex aqua & Spiritu sancto. Et Marci ultimo: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Nam infantes nulla adhibita operatione propria, per aquam Baptismi, ex filiis iræ sunt filij Dei & heredes vitæ æternæ. Docet & saluatorem dixisse de Sacramento Pœnitentiæ Apostolis: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Nam Baptismus ante Christi institutionem & priusquam sacramentum esset, mera lotio erat & actio humana, nullumq; gratiæ effectum operabatur. Ex Christi autem institutione mundat à peccatorum sordibus, hocq; fieri significat. Quæ, inquit venerabilis Doctor Augustinus, tanta est vis aquæ, vt corpus tangat & cor abluit, tractatu 8.

Augustinus. Chrysoſt.

super Ioannem: Et B. Chryſostomus homil. 24. in Euangelium Ioannis: Si quæris, inquit, quomodo aqua potest generare, interrogabo & ego, quomodo semen & ipsam aquosum existens, potest in hominem transformari? sicut igitur in semine corporali est totum gratiæ diuinæ, ita in Baptismate aqua subdita est, & Spiritus omnia operatur, & inuocatio per preces, imò Dei præsentia. Et de Confirmatione testatur B. Lucas in Actibus, cap. 8. Quod cum Petrus & Ioannes venissent Samariam, & orassent pro baptizatis, in nomine Domini iesu, imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Et idem de Paulo narrat Act. 19. Quod acceperunt spiritum sanctum, quibus manus imponebat. De sacra Eucharistia Dominus Saluator: Qui manducati cariem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. De Ordine scribit Apostolus Paulus ad Timotheum à se ordinatum. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri: & in epist. ad eundem 2. Admoneo te vt resuscites gratiam Dei quæ in te est per impositionem manuum mearum. Docet idem & Saluator Ioan. 20. cap. quâdo insufflauit & dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: quæ explicans B. August. lib. 4. veteris & noui testameti, cap. 93. Inspiratio hæc gratia quædam est, quæ per traditionem infunditur Ordinatis, per quam commendatioris habeantur. Vnde Apostolus dicit ad Timot. Noli negligere gratiã quæ in te est, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri: semel ergo fieri oportuit, vt de cætero traditio ista non sine dono spiritus sancti esse credatur. Sicut enim in Saluatore forma data est visibiliter, vt post baptismum spiritus sanctus credentibus de cætero inuisibiliter dari non ambigeretur, ita & in supradicta causa forma data est in principio, vt ex eo traditioni Ecclesiasticæ spiritus sanctus infusus credatur. Sacramentum autem extremæ Vnctionis clarè docet Iacobus: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & erent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio Fidei saluabit infirmum, & aleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Et Matrimonium esse Sacramentum nouæ legis ostendit Apostolus Paulus ad Ephes. 5. non tam ex nomine Sacramenti, quàm ex deductionis serie, in qua docet Matrimonium fidelium in gratiutorum & gratiarum ordinem sublimatum. Viri, inquit, diligite vxores vestras: non vt vxores aut carnè vestram tantum, sed sicut Christus Ecclesiam suã, vt in vxore, maritus Ecclesiam spectet Christi spõsam: & vxor viri, quasi Christi typum, De quibus plenius circa articulos peculiariter singula sacrameta prosequentes, vbi etiam euacuabuntur responsiones aduersariorũ ad scripturas citatas: Et in hac significatione rectè definitur Sacramentũ à Magistro in Sententiis, quod est inuisibilis gratiæ visibilis forma, hoc est, sensibile signũ, cuius imaginè gerit & causa existit: Causa autè saltè ex virtute Dei assisete.

Confirmatio. Aduum 8.

Aduum 10. Eucharistia Ioan. 6. Ordo. uad Tim. 4.

1. ad Timo. 1. Ioan. 20. c.

Augustinus.

Extrema vnctio. Iacobi vlt.

Matrimonium.

Ephes. 3.

Sacramentũ quid.

Augustinus.

Ex qua nominis Sacramenti ratione & citatis scripturis, sequitur, quod à Christo, vt habet articulus, sunt instituta. Quod enim nostrã salutè operantur, & ea fieri significant, naturalem rerũ ex quibus constant, virtutè excedit: nec earũ tantum, sed & omnis creaturæ etiam Angelicæ: gratiã enim & gloriam dabit Dominus, & is solus. Ab eo autè est sacramentorum institutio, à quo est eorum efficacia, visq; operatoria & significatio: sicut legis institutio ab eo, à quo est virtus subditos obligandi: detrahe (inquit Aug.) verbũ (etiã institutionis & ordinationis sacrameti, quo disposuit in Baptismo, mudare conscientia) quid est aqua nisi aqua? nec enim salutè significat, nec efficit, Christi autè & res & verba, in quibus sacrameta consistunt, elegit, & dedit eis significationem, mortisq; ac passionis suæ merito fecit ea efficacia: & ideo ab eo, vt hominum & Dei mediatore, sunt instituta, vt nostræ infirmitati de eis quasi pharacis prouideret, quibus semper assisteret operado effectus

effectus quos significant, quando id suscipiente non esset impedimentum: qui tamen vt Dei filius vnã cum Patre & spiritu sancto primarius est eorum author & largitor.

Protulisse tamen Christum communicale & commississe Sacramentorum institutionem, quo ad significationem & efficaciam, ministris, vt in nomine ministri conferrentur, & eorum etiam virtute & merito essent efficacia, docet beatus Augustinus tractatu 5. in Euangelium secundum Ioannẽ, sicut eis communicauit potestatem miracula faciendi, sed quia non conueniebat vnitati & saluti fidelium, non fecit. Ministerium (inquit) dedit Christus non, sed potestatem sibi retinuit, quam si veller, poterat seruis dare, vt seruis daret baptismum suum tanquam vice sua, & potestatem suam constituere poterat in aliquo vel aliquibus seruis, vt tanta vis esset in Baptismo serui, quanta est in Baptismo Domini, sed noluit, ne seruis in seruum spem poneret, & tot essent Baptismi, quot serui, vt sicut dictus est Baptismus Ioannis, sic diceretur Baptismus Petri, vel Pauli, quod ne fieret, retinuit sibi potestatem Baptismi Dominus, seruis autem dedit ministerium. Et beati Augustini sententiam sequuntur Magister in Sententijs 5. Distinct. 4. Sententiarum: & beatus Tomas in 3. parte, q. 64. Quod tamen alijs non contulerit ministerium Sacramenta instituendi, quoad significationem & determinationem materiæ & forme in quibus consistunt, & eorundem alterationem & mutationem, quando Fidelium salutè expedire videretur, non satis ex scripturis constat. Et ideo quidam doctores catholici probabiliter docent, ab Apostolis quædam sacramenta, ex Christi commissione & suggestione spiritus eius, esse instituta & alterata in forma & materia. Quod verò solius Christi virtute & meritis sacramenta sunt efficacia, & ab eo instituta immediatè, vel saltem aliorum ministerio ex eius commissione, certa fide tenendum est, Scripturis hoc manifestè docentibus: & verifimilius est, quod sicut leges institui possunt, & publicari ex regis mandato per ministros quos populo præposuit: Ita & Christus per suos possit sacramenta instituere, sicut & mortuos suscitauit, & per Iosue imperauit Soli & Lunæ ne mouerentur, vt docet beatus Augustinus: vnde baptizauerunt Apostoli in nomine Christi: Et in sacramento Confirmationis & Ordinationis, magna est facta mutatio in forma & materia, salua tamen & integra manente significatione, imò explicatiore: facta ex obscura & confusa. Potest enim esse, quod Apostoli quasi per aqutatem & rationem ex spiritu Christi interpretati sint mutationem, alterationem, vel signorum determinationem esse faciendam ad tempus, vel semper, magis sequendo mentem Christi, quàm verba: sive quod docti ac illuminati à spiritu didicerunt Christum velle signa certa institui, vel alterari. Et si hæc potestas fuerit apud Apostolos, an fuerit solum Apostolica, an in Ecclesia manserit apud eorum successores, inquiri posset, sed nihil horum requirit articulus, qui solum habet, quod omnia sacramenta sunt à Christo instituta: non autem quod ab eo sunt instituta immediatè.

August. tract. 5. in Euangelij Ioannis.

Sacrameta à quibus instituta.

Vnt autem hæc septem sacramenta, Baptismus, hoc est, ablutio in aqua, passiuæ magis, qua baptizandus abluatur, quàm actiuæ: Vnctio frontis cum Chrismate ab Episcopo: Eucharistia, hoc est, species sensibiles panis & vini, sub quibus post consecrationem corpus & sanguis Christi continentur: Absolutio sacerdotis audita Confessione pœnitentis: Et Vnctio qua infirmus sacro oleo ungitur à sacerdote: Ordinatio & cæremonialis actio Episcopi, quando sacrum Ordinem confert, qua scilicet, dum sacerdotem ordinat, præscriptis verbis porrigit ei calicem & patinam cum pane & vino aqua mixto: Matrimonium, hoc est, verba quibus mutuum corporum potestatem in se inuicem transferunt vir & mulier, hæc scilicet, accipio te in meam vxorem, & accipio te in meum maritum. Hæc sunt septem sacramenta Ecclesiæ quando ad sunt minister & materia debita ad verba Euangelica: in quibus sunt à Christo instituta: Omnia enim sacramenta nouæ legis perficiuntur, vt docet Concilium Florentinum, videlicet Rebus tanquam materia, Verbis tanquam Forma, & Persona ministri conferentis sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia: quom si aliquid desit, non perficitur sacramentum, & addit quodd inter ea tria sunt, Baptismus, Confirmatio & Ordo, quæ characterem, id est, spirituale quoddam signum à cæteris distinctiuum imprimunt in anima indelebile, vnde in eadem persona non iterantur: reliqua verò sacramenta characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt. Habentque hæc omnia testimonia, vt diximus, in scripturis Euangelicis & Apostolicis, in quibus singula tradunt.

Concil. Flor.

Characterem nõ omnia sacramenta imprimunt.

**N**Vmerus tamen hic Sacramentorum, non clarè scripturis sacris exprimitur, quæ ne nomine quidem in hac significatione videntur, sicut nec numerus librorum Moyſi vel Euangeliorum: nec quòd nouem ſunt chori Angelorum, & tres Hierarchiæ, ſed vt à maioribus ex Apoſtolorum traditione horum numerum accepimus: ita ſeptem eſſe Eccleſiæ catholicæ Sacramenta à Chriſto inſtituta. Ex ſcripturis tamen Sacramentorum hic numerus deduci & colligi poteſt, cum ſeptem, & non plura ſigna gratiæ efficaciæ in eis tradantur, & ideo ſeptenarius hic numerus Sacramentorum ab Eccleſia catholica comprobatus eſt in ſacroſancta Conſtantiſi Synodo, ſeſſione 15. vbi inter cæteros articulos Ioannis Huſ condemnatos ſic habet vnus: Vt filii infideles ſentiunt infideliter de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ, de Clauibus, & Ordinibus. Et in concilio vniuerſali Florentino, præſidente Eugenio 4. S. Petri in Cathedra Chriſti ſucceſſiore celebrato, poſt multas diſputationes, colloquutiones, tractatus, poſtque non mediocrem teſtimoniorum inſpectionem, quæ ex ſanctis Eccleſiæ Patribus & Doctõribus deducta ſunt, omnibuſque exactè diſcuſis, (vt habent acta Concilij) & Episcopis Græcis & Armenis Oratoribus auditis, pronunciatum eſt ſeptem eſſe Eccleſiæ Sacramenta, quæ gratiam continent, & eam dignè ſuſcipientibus conferunt. Vetera verò Sacramenta ſolùm figurallè per paſſionem Chriſti eam eſſe dandam. Et eadem numerantur quæ in articulo & ſingulorum explicatur vſus: horum enim quinque, prima (ait ſacroſancta hæc Synodus) ad ſpiritualem vniuſcuuſque hominis in ſeipſo perfectionem: duo vltima ad totius Eccleſiæ regimen multiplicationemque ordinata ſunt: per Baptiſmũ enim ſpiritualliter renaſcimur: per Confirmationem augetur in gratia, & roboramur in Fide: Renati autem & roborati nutrimur diuina Eucharitiæ alimonia. Quòd ſi per peccatum ægri tudinem incurrimus, per Pœnitentiam ſpiritualliter ſanamur, ſpiritualliter etiam & corporaliter, prout animæ expedit, per extremã Vnctionem: per Ordinem verò Eccleſia gubernatur & multiplicatur ſpiritualliter: per Matrimonium corporaliter augetur, quæ late explicat B. Thomas in 3. parte, q. 63. in articulo primo. Quam Concilij definitionem libenter amplexi ſunt Græci viri doctiſſimi, qui magno numero cum ſuo Imperatore Ioanne Paleologo aderant, pariter & Armeni, ſententijs, quas priùs ſecuti fuerant, relictis: Concilium hoc quàm ſuit celebre & numeroſum frequentia doctiſſimorum virorum, hiſtorici & præcipuè Blondus qui intererat, in ſuis hiſtorijs teſtantur. Ve re hic licet adducere ſententiam religioſi Imperatoris Marriani, in edicto quò mandat ſeruari definitiones Concilij Calcedonenſis: Impius & ſacrilegus eſt, qui poſt Eccleſiæ & tot ſacerdotum ſententiam, ſuæ opinioni aliquid tractandum relinquit. Quid enim ſtabile & conſtans in noſtra erit religione, ſi ſemel iudicata & rectè diſpoſita reuolui & publicè diſputari permittantur? ne ſimus paruuli, qui circumferamur omni vento doctri næ in nequitia & aſtutia hominum, ad circumuentionem erroris, dedit Chriſtus ſuę Eccleſiæ paſtores & Doctõres ad conſummationem Sanctorũ in opus miniſterij, & voluit tanquam Ethnicum & publicanũ haberi, qui Eccleſiam non audiret. Cuius certè vocem nuſquam ſecurius & certius audire poſſumus, quàm in Cõcilio Oecumени co, ex toto orbe Chriſtiano conuocato. Habet enim Eccleſia catholica ſenſum & ſpiritu m ſponſi ſui, quo diſcernere nouit ſcripturas diuinas à prophanis, vt docet & ipſe Martinus in captiuitate Babylonica: nouit & ſponſi ſui inſtituta ſeparare ab inuentionibus & inſtitutis hominum. Promiſſiones quas fecit ſuæ ſponſæ Eccleſiæ catholicæ, & amor quo eſt erga eam immenſus, non patiuntur quòd à temporibus Apoſtolorum reliquerit eam quali proſtitui ſigmentis hominum, eiſque illudi, videlicet quòd ſuæ ſalutis antidota ſub inanibus & egenis elementis, quaſi ſub inſtitutis & Sacramentis Dei ſalutaribus, & ad vitam ſpiritus efficacibus quæreret & amplecteretur. Non minus ab ſurdum eſt in his diſcernendis falli Eccleſiam, quàm in ſcripturis diſcernendis. Et Ca non, Ad abolendam, vinculo perpetui anathematis ligat vniuerſos, qui de Sacrametõ corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de Baptiſmate, de peccatorũ Confeſſione, Matrimonio, vel reliquis Eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentire & docere non metuunt, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat & obſeruat: & Innocentius primus in epiſt. ad Decentium Eugubinum ante annos mille & centum: & Innocentius tertius in Canone, Cum veniſſet, de ſacra Vnctione, clarè tradunt, Confirmationem per manuum impoſitionem, & extremam Vnctionem eſſe Sacramenta, in quibus gratia conferitur. Et de eisdem & ſacro Ordine teſtatur B. Auguſt. quòd ſunt Sacramenta Eccleſiæ, in libro 2. contra epiſtolam Permeniani cap. 13. & lib. 1. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 1. Nulla inquit cauſa oſtenditur, cur ille qui ipſum Baptiſmum amittere non

Conc. Conſtant. ſeſſ. 15. Conc. Flor.

Blondus, Epiſt. Marriani Imperatoris. Ad Epiſt. 4.

Nuſquam ſecurius audiuntur Eccleſiæ quam in concilio Oecumениco.

Ad Galat. 4.

Innoc. 1. Innoc. 3.

Auguſt. lib. 2. contra epiſt. Permeniani. lib. 1. de Baptiſmo contra

non poteſt, ius dandi poſſit amittere: vtrumque enim Sacramentum eſt, & quadam conſecratione vtrumque homini datur: illud cum Baptizamus: iuſtus cum Ordinamus: ideoque in catholica Eccleſia vtrumque non licet iterari: Et de Confirmatione lib. 2. contra epiſtolam Petilian. cap. 10. 4. Sacramentum Chriſtmatis in genere viſibile ſignaculorum ſacroſanctum eſt, ſicut Baptiſmus: & lib. 3. contra Donatiſtas, de Baptiſmo cap. 16. Et de extrema Vnctione libro 2. de viſitatione infirmorum, cap. 4. Fuſius hæc circa articulos, qui peculiariter de ſeptem Sacramentis loquuntur, dicuntur. Et hæc de Sacramentis doctrinam Eccleſia ſequuta eſt ſemper, & poſteritati tradidit. Non enim Maiores noſtri, Concilia & ſacri Canones aliud tradiderunt de Sacramentis, quam priùs in ſchola Eccleſiæ catholicæ, quam Apoſtolus docet eſſe columnam & firmamentum veritatis, didicerant.

Donatiſtas. Auguſt. li. 2. contra epiſt. lam Petilia.

Auguſt. li. 3. contra Dona. uſt.

**P**ER hæc, quamuis externa & corporalia ſigna, noſtram ſalutem operatur Deus. (Hic enim verus & proprius eſt Sacramentorum vſus) pœnitentiam agite, inquit B. Apoſt. Petrus, & baptizetur vnulquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſio nem peccatorum, & accipietis donum ſpiritus ſancti. Et Paulus Apoſtolus ſcribit Epihe ſijs, quòd Chriſtus Eccleſiam ſuam mundat lauacro aquæ in verbo vitæ, quod de ſeptem Sacramentis ex ſcripturis & definitione Eccleſiæ catholicæ ſuperius eſt monſtratum. Quibus autem rationibus viſum eſt ſapientę Dei Patris, non ſolum in verbis, ſed & in rebus externis & corporalibus hæc animarum noſtrarum antidota inſtituere, & per ea noſtram operari ſalutem, doctè & piè proſequitur venerabilis doctõr Hugo de ſancto Victore lib. 1. de Sacramentis, parte 9. cap. 3. Dona (inquit) gratiæ ſpiritualia quaſi quædam inuiſibilia antidota ſunt, quæ dum in Sacramentis viſibilibus, quaſi quibusdã vaſculis homini porriguntur, quid aliud virtutem ex patenti ſpecie virtus occulta oſtenditur? æger enim medicamentum videre non poteſt, ſed vaſ in quo medicamentum datur videre poteſt, & propterea in ipſa vaſis ſpecie virtus exprimitur medicinæ, vt agno ſcat quid accepit, & per ipſam agnitionem proficiat ad dilectionem. Et paulò ſuperius: Nemo ſiquidem eſt, qui neſciat hominem rationalem mutis & inſenſibilibus elementis ſuperiorem exiſtere, & tamen cum idem in his ſalutem quærere iuberetur ad experien dam obedientia ipſius virtutem, quid aliquid quàm ſuo inferiori ſuperior ſubiicitur? Et hoc eſt propter quod inſidelium oculi, qui viſibilia ſolum vident, Sacramenta ſalutis venerari deſpiciunt, quia in eis tantum quod foris eſt contemptibile in ſpecie viſibili cer nentes, inuiſibilem virtutem intus, & fructum obedientiæ non agnoſcunt. Non enim ſciunt, quod fideles ſalutem ex iſtis elementis non quærunt, etiamſi in iſtis quærunt: ſed ex illo & ab illo quærunt in iſtis, à quo iubentur quærere, & credunt ſe percipere in iſtis: non enim iſta tribuunt quod tribuitur per iſta, ſed ille per iſta ſalutem præbet, quĩ in iſtis ſalutem quærere iubet: Ad noſtram igitur eruditionem, exercitationem & humi liationem, in externis & corporalibus rebus inſtituta ſunt Sacramenta: & quia per hæc ſigna corporalia lotionem ſcilicet in aqua, & alia, Deus dignatur remittere peccata, & effectus ſalutares operari ex Chriſti Filij ſui ordinatione, ex opere operato dicuntur ſalutem & iuſtitia nobis conferre, hoc eſt, non ob noſtram aut miniſtri fidem vel deuotionem, ſed propter ſolam Filij ſui vltimam, de quo late poſtea dicemus. Quòd æque malorũ & bonorum miniſterio Deus noſtram ſalutem ſub Sacrametis operatur, docet Apoſtolus Paulus 1. & 3. cap. primæ epiſtolæ ad Corinth. Neque qui plantat eſt aliquid neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus, & ex ſuperioribus etiam ſequitur: Nam cum efficacia ſunt Sacramenta ex merito mortis Chriſti, nec vitæ bonitas ſit ratio ea miniſtrandi, nihil eorum virtuti & efficaciæ decedit aut accedit, ſive malus fuerit miniſter ſive bonus: ſicut non refert, æger ſit medicus an ſanus, modò peritus ſit & expertus, vt morbuſ ſanet: nec quòd argentea ſit vel plumbea fiſtula, per quã tranſit aqua ad terrã fertile, de quo venerabilis Doctõr Auguſt. tract. 5. in Euangelium Iohan. Non exhorreat columba miniſterium malorum, ſed reſpiciat poteſtatem Domini. Quid tibi facit miniſter malus, vbi bonus eſt Dominus? quid te impedit malitiouſus præco, vbi bene uolus eſt Iudex? Sed miniſtros (inquiunt) tanti Iudicis, iuſtos eſſe oportet, per quos baptizant. Et ego (inquit) dico & omnes dicimus, quòd iuſtos eſſe oportet (per quos baptizant) tanti Iudicis miniſtros: Sint miniſtri iuſti ſi volunt: ſi autem noluerint eſſe iuſti qui in cathedra Moyſi ſedent, ſecurum me facit Magiſter meus, de quo Spiritus eius dixit, Hic eſt qui baptizat: Si fuerit miniſter iuſtus, computo illum cum Paulo, computo illum cum Petro, cum iuſtis computo iuſtos miniſtros, qui gloriam ſuam non quærunt: miniſtri

Art. 2.

Epiſt. 9.

Miniſtri nul la habentur.

Auguſt. ſumma.



ministri enim sunt, pro iudicibus haberi nolunt, spem in se poni exhorrescunt? Ego ergo cum Paulo computo ministrum iustum: Quid autem dicit Paulus? Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit: neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Cum vero fuerit superbus minister, cum diabolo computatur, sed non contaminat donum Christi. Quod per illum fluit, purum est: quod per illum transit, liquidum: venit ad fertilem terram, per lapideum canalem transit aqua ad areolas. In canali lapideo nihil generat, sed hortus plurimum fructum adfert. Et paucis interpositis: Post Ioannem baptizatum est, post hæreticos non baptizatur, quia hæretici baptismum Christi dederunt, quod baptismum non dedit Ioannes. Sic ergo quos baptizavit Iudas, quos ebriosus, aut adulter, si baptismum Christi erat, Christus baptizavit. Non igitur timeo adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo, pro qua mihi dicitur. Hic est qui baptizat: Et Talis est baptismus, qualis ille in cuius potestate datur: non qualis ille, per cuius datur ministerium, & idem August. lib. 3. cap. 8

Augustinus.

contra Cresconium Grammaticum: Si inter bonos ministros non est melior Baptismus, qui per meliorem datur: nullo modo malus est, qui per malum datur, quia idem Baptismus datur. Et ideo per ministros dispares, Dei munus est æquale: quia non illorum, sed eius est. Et lib. 4. contra Donatist. cap. 4. Dicitur mihi, Ergo hæreticos dimittit peccata? Sic & ego vrgeo, Ergo qui cœlestia mandata non seruat, auarus, raptor, fenerator, invidus, verbis non factis seculo renunciens, dimittit peccata? Si per vim Sacramenti Dei, sicut & isti, ita & ille: Si per vitam meritum, nec ille, nec isti. Et damnatus est articulus quarrus Ioannis VVyclef in Concilio Constantiens. Si episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, nō ordinat, nō cōsecrat, nō cōficit, non baptizat, & beatus Bernardus sermone lx. super cantica, iudicat eos hæreticos, qui dicit: peccatores sunt episcopi & presbyteri, & per hoc nec ad dandū, nec accipiendū Sacramentū sunt idonei.

**N** Ec tantum malorum ministerio, quamdiu occulti sunt, Deus nostram in sacramentis salutem operatur, ut quosdam nunc docere non pudet: sed quamdiu ab Ecclesia tolerantur. Nam beatus August. in superioribus, de sceleratis qui manifesti sunt, loquitur, citans verba Cypriani ex Epistola 4. lib. 4. cuius frequenter meminisse scribens contra Danatistas. Hi enim arbitrabantur ex merito sanctimoniam ministri sacramenta esse salutaria, ut lib. 3. contra epistolam Perme. cap. 2. & epistola 23. quæ est ad Bonifacium, & in plerisque locis lib. 2. contra epistolam Permeniani, cap. 10. Quidam inquit ineptissime & imprudentissime dicere solent, tunc posse à malo baptizari quemquam, si lateat malitia baptizantis, & quæ superius ex scripturis in probationem eius, quod efficacia sunt sacramenta à malo ministro, disputata æqualiter conuincunt de vniuersis malis etiam manifeste, quia Christus est qui baptizat in spiritu, quamdiu minister toleratur, & secum dum Apostolum non nominatur malus, de quo idem Augustinus in homilia 50. ad Corinth. 5. eam nominationem intelligi voluit, quæ fit quum in quenquam sententia, ordine iudiciario atque integritate profertur. Et paulò superius: Nos communionem prohibere quenquam non possumus, nisi aut spontè confessum, aut in aliquo siue seculari, siue Ecclesiastico iudicio nominatum atque cōuictum. & August. cap. 2. de Fide & operibus exponit Nominantur, hoc est, noti, famosiq; sunt, hos vitare oportet, non quia peccatores sunt, sed quia per Ecclesie sententiam prohibita est communio. Et sunt anni ferè septingenti, quod Nicolaus Papa à Bulgaris consultus, Augustini & Patrum secutus doctrinam sciscitantibus, si à sacerdote, qui fuerat comprehensus in adulterio, siue de hoc sola fama resperitus esset, deberent cōmunionem recipere, nec ne: Respondemus (inquit) non potest aliquis quantumcunque pollutus sit Sacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt. Qualiscunq; enim sacerdos sit, quæ sancta sunt coinquinari non possunt, idcirco ab eo, quousque iudicio episcoporum reproberet, communio percipienda est, quoniam mali bona administrando, se tantum laedunt: sax accensa sibi detrimentum præstat, aliis verò lumen in tenebris administrat, & vnde aliis commodum exhibet, inde sibi detrimentum præbet. Et Lucius 3. in cap. Vestra, de cohabitatione clericorum, concordans Decretalem istam Nicolai & aliam eiusdem, & Alexandri secundi, quæ mandat, quod nullus audiat missam sacerdotis, quem scit indubitanter concubinam habere: dicit has nouissimas loqui de sacerdote, notorie per sententiam vel facti euentiam habente concubinam. Et illam Nicolai in c. Sciscitantibus, de eo qui toleratur. Vnde dicit: Sine dubitatione teneatis, quod à clericis & presbyteris, quamquam fornicariis, quam diu tolerantur, & non habent operis euentiam, licet diuina mysteria audiantur, & alia recipiantur sacramenta Ecclesiastica: & beatus

D. Bernardus

Nicolaus. P.

Zacchus. P.

& beatus Augustinus lib. 2. cap. 4. de Baptismo contra Donatistas dicit, quod plenario Concilio Ecclesie definitum est, quod Baptismus Christi sic dari potest ab iis qui foras exierunt, quemadmodum amitti non poterat cum foras exirent. in Concilio autem Constantien. misericorditer indultum est, quod nemo deinceps à communionem alicuius in sacramentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscunq; diuinis ritibus & extrâ, prætextu cuiuscunq; sententia, aut censura Ecclesiasticæ, à iure vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abstinere vel quemcunq; vitare, nisi in quem sententia vel censura huiusmodi fuerit à iudice publicata vel promulgata specialiter & expresse. &c. excepto casu iniectionis manuum in clericum adeo notorie, ut nulla possit tergiversatione celari, &c. Per malos igitur manifestos & notorios, quamdiu tollerantur, Deus sub Sacramentis salutem operatur, quando suscipientes, per peccatum non ponunt salutaris effectui obicem & impedimentum: imò & per Ethnicos & Iudeos à Christi cognitione alienos in sacramento baptismi. Nam à Iudeis & paganis docent sacri Canones verum Baptisma ministrari, ut Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in cap. à quodam Iudæo, de consecr. distinct. 4. & cap. Romanus, dicitq; Romanus Pontifex, non hominem iudicat qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat: & quamvis B. Augustinus lib. 2. contra epistolam Perme. cap. 13. super isto dubitare videatur. Vtrum inquit, & ab his qui nunquam fuerunt Christiani, possit baptismus dari? nihil temere affirmandum sit sine auctoritate tanti concilii, quantum tantæ rei sufficit: in lib. tamen 7. contra Donat. cap. 53. propensior est in eam partem quod efficax & salutaris huiusmodi sit baptismus: aduertit enim sententiam Dei qui eum miserat baptizare locum habere. Hic est qui baptizat, super quæ videtur Spiritum descendentem. Et nunc per concilium generale Florentinum hoc definitum est. Nam ministri infidelitas, Fidem Christi non euacuat. Ipse semper verax in sua dispositione manet. Ponunt autem obicem, qui consentiunt aut fauent malorum peccatis, vel contra Ecclesie prohibitionem communicant, ut docet Augustinus lib. 3. contra epistolam Permeniani, & epistola 166. contra Donatistas: Peccatis eorum non communicamus nisi consentiendo & fauendo. Apud quos tamē sacramenta nō minus sunt efficacia & operatoria, sed ipse effectus & sacramentorum efficacia per indispotionem suscipientis impeditur: sicut ignis, quamvis est semper calefactiuus, non calefacit tamē, quando deest subiectum caloris capax.

Cōc. Constant.

Non Christiani baptismum ei ministerant.

Augustinus.

Augustinus.

**E**X his quæ dicta sunt, satis constat, quod totus articulus certa fide credendus est. Nā ex verbo Dei, & definitione Ecclesie catholice in Conciliis generalibus, & Maiorum traditione certum habet testimonium. Et in sacris Canonibus velut hæretici excommunicantur, qui de Sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, vel de Baptismo, seu peccatorum Confessione, Matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis sacramentis aliter sentire aut docere non metuunt, quàm sacrosancta Rom. Ecclesia prædicat & obseruat. Hanc autē docere & semper docuisse de numero & efficacia sacramentorum & toto articulo, quod postea definitum est in Conciliis, & sequitur articulus, omnibus manifestum est qui epistolas decretales legerunt. Et totum articulum confirmant Canones Concilii Oecumenici sub Paulo & Iulio tertiis sui nominis pontificibus celebrati, quorum

Primus est.

Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora quàm septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vñtionem, Ordinem & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse verè & propriè Sacramentum, anathema sit.

Secundus.

Si quis dixerit ea ipsa nouæ legis sacramenta à sacramētis antiquæ legis non differre, nisi quia caremonia sunt alia & alij ritus externi, anathema sit.

Tertius.

Si quis dixerit hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit.

Quartus.

Si quis dixerit sacramenta nouæ legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eis aut eorum voto per solam Fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, anathema sit.

Quintus.

Si quis dixerit omnia hæc sacramenta propter solam Fidem nutriendam instituta fuisse, anathema sit.

Sextus.

Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non continere gratiam quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantum externa sint accepta per Fidem gratiæ vel iustitiæ, & notæ quadam Christianæ professionis, quibus apud homines discernuntur Fideles ab infidelibus, anathema sit.

Septimus.

Si quis dixerit non dari gratiam per huiusmodi sacramenta semper & omnibus quatum est ex parte Dei, etiam si ritè ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus, anathema sit.

Oktauus.

Si quis dixerit ipsa nouæ legis Sacramenta opere operato non conferre gratiam, sed solum Fidem diuinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.

Nonus.

Si quis dixerit in tribus Sacramentis Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, unde ea iterari non possunt, anathema sit.

Decimus.

Si quis dixerit Christianos omnes in verbo & in omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.

Vndecimus.

Si quis dixerit in ministris, dum sacramenta faciunt, & conferunt, non requiri intentionem, saltè faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit.

Duodecimus.

Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modò omnia essentialia quæ ad conficiendum aut conferendum pertinent seruauerit, non conficere aut conferre sacramentum, anathema sit.

Errorum qui cum primo articulo huiusmodi refutatio.

Confessio Augustiana refutata.

Declarata articuli veritate, per se manifesti sunt errores qui aduersantur, nec contra eos prolixius agere oportet. Nam ut scribit S. Dionysius Areopagita ad Policarpum Episcopum: dicit ferè quisq; numisima se habere regium, & habet ille fortasse quamdam particulam, fallacemque veritatis imaginem, ac si quidem illud confutauerit, alius rursus atque alius eadem de re pertinaci intentione contendet. Porro ipsa veritatis ratione comparata, & ritè firmiterq; constante, atq; ita vim suam præferente, vt à nullo proforsus hominum coargui possit, quicquid illud erat quod in aliquo dissideat, ipsum ex seipso insuperabili statui veritatis obiectum detegitur atque prosternitur: & quantumuis veritatem simulat, arguetur, aliudq; esse quam id quod verè est, deprehenditur. Manifestum est autem ex articulo & eius declaratione, quòd definitio seu ratio Sacramenti, quam habet articulus 13. Confessionis protestantium Augusti: Casari exhibitæ anno 1530. aperte scripturis sacris & Conciliorum generalium definitionibus aduersari, verumq; tollit sacramentorum usum, & ideo aduersarij in ratione nominis, quasi in primo principio, à catholica Ecclesia disidentes, in nullo ferè cum ea in doctrina Sacramentorum consentiunt: Docent quidem Baptismum sacram Eucharistiam & Pœnitentiam esse Sacramenta, sed sensu & ratione longè diuersis quam Ecclesia catholica, imò magna temeritate & arrogantia rationem Sacramenti & usum, quæ ex scripturis & sacrosanctis sinodis tradidimus, dicunt scripturis aduersari, & ita re vera nullum relinquunt in Ecclesia catholica Sacramentum, eamque spoliant vniuersis, suaque somnia & adinventiones, nouaque Sacramenta huc vsque Ecclesiæ ignota sine scripturis substituant: alia enim est significatio, alius & effectus Baptismi, vt ipsum Sacramentum esse docent, quam tradit doctrina Ecclesiastica, & ita aliud Sacramentum est Baptismus Confessionis & Apologiæ, quam Ecclesiasticus & Euangelicus, vel potius non est propria ratione Sacramentum, quamuis in lotionem aquæ consistat vtrumque: Sic enim habet confessio, articulo 13.

De usu Sacramentorum docetur, quòd Sacramenta instituta sunt, non modo vt signa professionis inter homines, sed magis vt sint signa & testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam & confirmandam Fidem in his qui veniunt, proposita: Fidem inquam, qua credunt se in gratiam recipi, & peccata remitti propter Christum, qui sua morte pro nobis satis fecit, vt habet articulus Confessionis quartus, eundemq; propterea esse usum Euangelij & Sacramentorum docet articulus quintus.

Manifestum est enim ex superioribus, quòd Sacramentorum usus est in operando salutares effectus, eosq; ne lateat nos gratia, quam in nobis Christus operatur, significare. Nam

Nam B. Petrus ait nos baptizari in remissionem peccatorum, & quòd similis formæ saluos fecit Baptisma: & B. Paulus, quòd Christus mundat Ecclesiam suam lauacro aque, & saluos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis: Et paruuli clamant adhuc infantes, alium esse Sacramentum usum, quam excitare & confirmare Fidem. Nam plenè fructum Baptismi accipiunt, quando per artem credere nequeunt, quibus & superuacaneè verba fierent, vel tacta adhiberentur ad excitandum & confirmandum in eis Fidem. Et valde mirandum est, quòd efficaciam Sacramentorum (vel tanquam causarum instrumentalium, quibus Deus, nostram salutem operando, vtur, vel tanquam signorum certorum & infallibilium ob virtutis diuinæ assistentiam, sicut infallibile est verbum institutionis eorum) quæ apertis Scripturis & à Maioribus nostris concorditer docetur, negat Confessio: & significationem, quæ magis ex traditione quam expressis scripturis doceatur, ita pertinaciter vrgeat, nec eam tamen quam re vera habent, sed aliam quam suo sensu & ingenio sine Scripturarum testimonio inueniunt. Sunt enim Sacramenta secundum eos signa remissionis peccatorum, ad quam tamen non conducunt, nisi significando, & illius Fidem excitando.

Ex qua nominis ratione docent primò aduersarij, non esse salubriorem & magis efficacem usum Sacramentorum nouæ legis quam veteris. Nam in significando conueniunt, & idem secundum eos significant, contra definitionem generalis Concilij Floren. & doctrinam Apost. Pauli ad Rom. 6. & ad Hebr. 7. cap. & sequentibus, & ad Galat. 4. ad Ephes. 5. & ad Titum 3. Et B. Augustinus in expositione tituli Psalmi septuagesimi tertij, hæc Sacramenta comparans, Præcepta, inquit, veteris & noui testamenti sunt eadem, Sacramenta nõ sunt eadem: quia alia sunt Sacramenta dantia salutem, alia promittentia Saluatorem: Sacramenta noui testamenti dant salutem, Sacramenta veteris legis promiserunt Saluatorem.

- 2. Docent etiam ex eadem eundem esse usum ac fructum Baptismi Ioannis, imò & purificationis Isaacorum, ac cineris vitule aspersi & Baptismi, quòd ex Christi institutione in nomine Trinitatis cõferatur. Docent enim eis commune esse bonam Dei voluntatem, eiusq; in Christo promissiones significare, vt proxime Martinus Bucerus docet in Comment. epistolæ ad Romanos cap. 3. Docent tertio tantundem valere absolutionem impensam à muliere, quantum si à sacerdote conferatur: idem enim verba significant, eandemq; habent vim significandi, excitandi & confirmandi Fidem in his qui ea intelligunt. Hinc & aliud paradoxum, tantum crede te absolutum, siue sacerdos ludat, siue serio absoluat, æquè es absolutus. Ex eodem fonte pestilenti, eandemq; Sacramenti ratione nata est Anabaptistarum hæresis, docentium paruulos non esse baptizandos, eò quòd credere non possint, nec eorum Fides Baptismi significatione excitari & confirmari. A qua hæresis vt Martin. Lucbe. ad quem eiusq; doctrine principia suum dogma Anabaptistæ referrebat, & post eum Ioannes Caluinus se purgarent, docent (id quòd per se absurdissimum est) paruulos intelligere significationem mysteriorum Baptismi & Spiritu Christi intus mouente verè credere, propter Christum sibi peccata remitti, quando baptizantur, Martinus in sermone tertiæ Dominicæ ab Epiphania, & Caluinus in prima institutione Christiana religionis, quòd tamen in posterioribus tanquam notoriam absurditatem recantat & mutat. Sextò ex hac nominis ratione tradunt eundem esse Sacramentorum usum & Euangelij.

Inter quæ Apostolus Paulus apertissimè distinguit, declarans, quòd Euangelium est virtus Dei in salutem omni credenti, sed tantum credenti: quia scilicet reuelatur in eo instituta Dei: ex fide in fidem quæ ex auditu est, hoc est, annunciatione boni nuncij quòd in eo adfertur: aquam verò Baptismi esse virtutem Dei in salutem omnibus quibus adhibetur, modò non sit obex salutis, quia mundat à sordibus peccatorum, & ex Christi institutione regenerat & renouat etiam eos, qui significationem per artem intelligere nequeunt. Nam paruuli sine villo motu bono cordis, sola adhibita cæremonia Baptismi, sunt ex impijs filij Dei: nullum enim rationis usum habere possunt, vt testatur experientia, & docet August. lib. 1. de peccatorum meritis & remissione, cap. 35. & lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 16. & lib. 22. cap. 24. Et quamuis in adultis Sacramenta Fidem præstipponant, saltè confusam, eius effectus, ad quem sunt instituta, eamque excitent & confirment, propriè tamè sunt instituta vt salutem operentur, & eam fieri significant: non igitur sacramenta sunt in salutem credenti, quia in eis reuelatur iustitia Dei, sed quia in eis Deus eam operatur, etiam in non credente, quando per artem vel impedimenta credere non potest.

EST igitur differentia inter Sacramentum & Euangelium, quòd Euangelium operatur solum significando per apprehensionem eius quòd significatur: Sacramentum verò significat & operatur nõ mediante significationis apprehensione, quanquam prior natura

Affirmum 2. 1. Pet. 3. Ephes. 5. ad Titum 3.

Sacramenta quo sensu sint aduersarij signa.

Aduersarij dogmata. Marti. Buceri.

Martinus in asserione arti. 11. & 12.

Anabaptistarum hæresis à Lutheranismis nata. De hac absurditate licet videre Aug. in epistol. ad David animum, quæ est vtrijq; Calui. Pall. notitiæ canit.

Rom. 1.

Paruuli nullam rationem usum habere possunt.

Sacramentum ab euangelio differunt.

natura sit significatio efficientia: sicut verbum Principis operatorum significando operatur, & mediante significacione actiua, non autem mediante intelligentia eius quod significando dicitur, sic Sacramentum media significacione operatur, non autem intelligentia quæ sequitur effectum. sicut ex sermone Domini: Adolefcens tibi dico surge; Lazare veni foras, Iuuenis & Lazarus reuixerunt significante prius natura, quam sermonem audierunt aut intellexerunt. Nam & hic sermo operatorius sit etiam non potenti- bus intelligere, sicut dixit Iosue Soli & Luna: Sol contra Gabaa non moueris, & Lu- na contra vallem Hailon: & Dominus in Euangelio: Si monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet. Sententia hæc est beati Thomæ, dist. 1.4. q. 1. artic. 3. quod virtus in rebus est ex verbis significantibus, & ita ex significacione est virtus & efficacia in Sacra- mentis effectus suos producendi. Et significando efficiunt salutem, quamuis hæc signifi- catio non tam manifestè ex scripturis habeatur, vt diximus, sicut efficientia. Salutem igitur nostram Deus operatur per Euangelium: Ego, inquit Paulus Apostolus, per E- uangelium vos genui, & B. Iacobus: Voluntariè nos genui verbo veritatis, sed solum in eo qui audit verbum, intelligit & credit, hoc est, quia reuelatur in eo iustitia & virtus Dei, non autem ex Euangelio prædicato propriè. Non proffit, ait Apostolus Paulus, ser- mo auditus, non admixtus fidei ex his quæ audierunt. Est enim visus verbi Euangelici proponere quæ Deus locutus est, & annunciacione excitare mentem ad consideracione & fidem eorum quæ proponuntur, nec tamen salutem operatur in omni disposito, sed magna parte pendet eius operatio ex Dei electione & interna vocatione: Sacramenta autem salutem operantur, vbi nullum est impedimentum ex antiqua Christi dispositio- ne, non autem propriè ex æterna Dei electione, quanquam ex ea quibusdam applican- tur. Nam Paulo & Barnaba prædicantibus crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam, vt ait B. Lucas Act. 13. & donum Dei esse, audito Euangelio credere, doc- cet B. August. lib. de spiritu & litera, cap. 33. & 34. & de prædestinatione Sanctorum, ca. 8. & de bono perseuerantiæ, cap. 8. De Baptismo autem dicit Apostolus Paulus: Qui- cumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est ergo Iudæus neque Græ- cius, non est seruus neque liber, &c. Est tamen & Sacramentum verbum visibile, quod quasi spectaculum seu pictura in oculos incurrit, sicut Euangelium est verbum audibi- le, vt dicit B. August. tractatu 80. super Ioannem: & in hoc conveniunt, sed vltra hanc verbi significacionem, Sacramentum habet ex Christi institutione efficaciam in eo cui adhibetur, quæ non pendet ab auditu vel intellectu eius quod significatur, sicut effica- cia Euangelij prædicati: similem tamen efficaciam quasi ex opere operato potest habere Euangelium, sicut & Sanctorum reliquiæ ac alia sacra, non vt annunciatur, sed vt adhi- betur ad morbos curandos: sic B. Barnabam Apostolum, Euangelium Marthæ He- braicè scriptum, scribit Sigebertus in Chronicis, posuisse super infirmos & curasse, & Act. 19. sudaria & semicinctia Pauli delata ad infirmos, pellebant languores & spiritus nequam quasi ex opere operato.

Sigebertus.

Sacramenta non necessa- rio lingua vulgari ad- ministranda.

EX quibus sequitur, quod non oportet Sacramenta ministrari in vulgari idiomate, cum significacionis Sacramentorum intelligentia, non sit necessaria ei qui illa suscipit: Non enim minorem effectum habent in homine surdo, paruulo, amente, & non in intelligente quod dicitur, quam in aliis. Sed contra istud obijciatur: quod sacramentum est verbum visibile & audibile, nec hominis verbum tantum sed & Dei: Deo autem lo- quente auscultare oportet, & intelligere quid loquatur, & vanum est homini loqui idio- mate ignoto quod non intelligit: videntur igitur sacramenta ministranda esse in lingua vulgari, vt cognoscatur quid loquatur Dominus, quid operetur in sacramentis, eiusque dona cum gratiarum actione suscipiantur. Cui respondetur, admittendum quod Deus in sacramentis loquitur per verba ministri, & res adhibitas: sed quia sermo est operatorius, & non solum mediante intelligentia eius ad quem dirigitur, quo modo Deus loquitur & operatur per Euangelium, non oportet eum cui administrantur, significacionem in- telligere, quod manifestum est in paruulis, quibus dicitur, Ego te baptizo, vt iam diximus. Et quia populus Christianus instructus est super sacramentorum effectibus, nulla est ne- cessitas, imò nec maior vtilitas in sermone vulgi sacramenta ministrare. Nam forma ba- ptismi primario sensu significat, ego te abluo vel immergo, quod nemine admonente res ipsa loquitur. Significatio autem sacramentalis quam populus nisi instructus non no- uit, occulta est, & instructus ex sola immersione meminisse potest: & ita in aliis sacra- mentis. Instructio igitur idem operatur, quod intelligentia significacionis verborum. Et vanum est loqui non intelligenti, si locutio fiat intelligentiæ gratia tantum: scilicet aut si finis

si finis eius principalis est effectus salutaris quem operatur: & sermone qui solum est si- gnificatiuus, Deo loquenti auscultare oportet, non autem si efficaci sermone loquatur, scilicet vt salutem operetur, quomodo in Euangelis loquitur: Adolefcens tibi dico surge, & Lazare veni foras. Si tamen cognoscatur saltem confusè quid in nobis agit Deus, vt cum gratiarum actione id suscipi possit, quod ex te ipsa quæ agitur, vt diximus, etiam non intellectis verbis nouit populus Christianus: qui enim sacramenta suscipit non acti- uè propriè, quasi per intelligentiam significacionis, vel fidem apprehendentem, sed passî- uè siue receptiuè se habere debet ad eorum effectus, sicut & ad ipsum sacramentum, prout in omnibus Dei promissis quod præstatur suscipimus. Baptizetur vnusquisq; ve- strum, ait beatus Petrus, & accipietis donum spiritus sancti: adultos tamen se præparare oportet ad suscipiendum sacramentorum effectus, in quo se actiuè habent à Deo gratio se prænti & moti. Et sacramentorum effectus sunt varij, ita & præparaciones. Nam sicut Canonicus, inquit beatus Bernardus, inuefitur per librum. Abbas per baculum, Episcopus per baculum & anulum simul, sic & diuisiones gratiarum diuersis sunt tra- ditæ sacramentis. Nam purgatio delictorum gratia est, qua inuestimur per baptismum, & cætera. vbi beatus Bernardus amplectitur rationem sacramenti, quam articulus hic indicat, & nos explicauimus, videlicet quod est signum visibile sub quo inuisibilis gra- tia præstatur, sed alia in baptismo, quam in Eucharistia & alijs sacramentis, propter quod & diuersa in eis requiritur præparatio. Non igitur sacramenta sunt in salutem cre- dendi, quia in eis iustitia Dei, aut bona voluntas, vel remissio peccatorum significatur & reuelatur: sed quia in eis Deus eâ operatur, etiam non credentibus, quando per æratè vel impedimèta actu credere nequeunt, & credètibz non quia credunt, sed quia sacra- menta adhibentur, quâuis in incredulis & impenitentibus nulli habeant salutis effectû.

Varie sibi vs- rioru sacra- mentoru præ- paraciones.

EX quibus manifestum sit, quod sacramenta nouæ legis rectè dicuntur ex opere ope- rato conferre gratiam, sicut ex scripturis & Patribz scholæ docent, modò tamen sa- na huius sermonis habeatur intelligentia, quem fatemur quidè à Patribz non vsurpa- tum: sensus tamen ab eis est nobis ex scripturis traditus, non enim scholæ intelligunt ex opere operato sacramentorum, quasi ex conditione & natura operis, aut sine vilo motu cordis, vt fingunt nos docere aduersarij, adultis conferri gratiam: nouerunt enim senten- tiam catholicam B. Augustini, Nemo sine voluntatis arbitri constitutus nouam vitam inchoare potest, nisi eum veteris peniteat: & diximus quodque Sacramentum in adu- lto suam exigere peculiarem preparationem, sine qua inania sunt & inefficacia: nouerunt etiam, quod sine Christi institutione nihil sit aqua Baptismi, quàm aqua tantum: nec ver- bum Euangelicum quo consecratur, nisi sonus tantum inanis, & in aëra transiens: sed quod salutaria sunt, ex Christi habent institutione, qui eis adhibitis salutare effectus o- perari infallibiliter decreuit, & in scripturis reuelauit, non ex deuotione aut fide mini- stri vel suscipientis: operantur enim salutem quasi signa efficacia, vel vt diuinæ miseri- cordiæ instrumenta, quæ ex se suaque natura nullam habent virtutem, sed vt mota & ap- plicata à principali agente, & ex diuinæ virtutis assistentia. Non igitur ex opere opera- to, hoc est, ex natura vel qualitate operis, quod fit in sacramentis, gratiam conferunt: si- cut nec ex fide, deuotione, & pietate affectus ministri vel suscipientis, quomodo dumtaxat sacramenta vetera gratiam conferebant. Rogabit, ait in Leuitico Dominus, pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei: sed ex Christi perpetua ordina- tione decernentis, quod per ea nos saluabit. Et hoc sensu sacramenta ex opere ope- rato gratiam conferre ex scripturis superius citatis est manifestum, & sæpe palam hoc testatur Augustinus. Nam lib. 4. de Baptismo contra Donatist. cap. 24. aperte dicit, ip- sum per se Sacramentum plurimum valere: & de peccatorum meritis, & remissione, libro 1. cap. 19. & 33. Totum, inquit, hoc fit (quod scilicet paruuli inter credentes nu- merantur) virtute sacramenti & diuinæ gratiæ, quam Dominus Ecclesiæ donauit, & tract. 80. super Ioan. Quæ est tanta vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi, &c. Et quod Augustinus dicit ipsum per se sacramentum plurimum valere, & virtute sa- cramenti peccata dimitti, hoc ipsum est, quod scholæ peccata ex opere operato dimitti, & sacramenta gratiam conferre docent. Et similes sententias habet B. Ioan. Chryso- stomus, explicas verbu Domini, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. homilia in Ioannè. 24. & 35. de probatica piscina: quemadmodu huius aquæ natura, piscinæ videlicet proba- ticæ, per se non sanabat, siquidem semper sanasset, sed dütaxat cum ab Angelo moueba- tur: ita & in nobis non simplex aqua operatur in baptismo, sed cum spiritus gratiam acci- pit, omnia abluat peccata: & vniuersi scriptores Ecclesiastici concorditer hoc docent, ex scri-

Quid sit ex o- pere operato conferri gra- tiam.

August.

Leuitici. 43

August.

Chrysof.

ex scripturis superius citatis. Quādo igitur sacramenta dicuntur gratiā cōferre ex opere secundū præscriptū Christi operato, excluduntur merita conferentis & sūscipientis, nō Fides, nec penitētia nec preparatio, aut bonus motus cordis in adultis: & Christi institutio, virtus & assilētia includuntur, quod clarē explicat venerabilis Hugo de S. Viēto re loco superius citato, dum dicit: quōd fideles salutem ex istis elementis non quærunt, etiā si in istis quærunt, sed ex illo & ab illo quærunt in istis, à quo iubentur credere, & credunt se percipere in istis. Non enim ait ista tribuunt, quod tribuunt, sed ille per ista salutem præbet, qui in istis salutem quærere iubet. Sunt enim sacramenta veluti medicamenta & emplastra vulnere apposita, quæ morbos sanant, & sua virtute vulnera curant, quasi ex opere operato, hoc est, sumpto medicamine & emplastro vulnere apposito: sed sacramenta ex virtute Christi assilētis morbos animæ pellunt, illa verò virtute naturali, quibus natura tanquam instrumentis vitur, & sacramentis vitur Deus. Et hoc sensu semper docuit Ecclesia Christi catholica per sacramenta Deum salutem nostram operari. Nam hac Fide in fantes & amantes semper baptizauit, vt fierent filij Dei in remissionis peccatis, ornatoque vsu rationis per clauas Ecclesiæ absoluit, vt docet Leo Papa in epistola 67. quæ est ad Theodorum Episcopum Forouidensem, & beatus August. lib. 1. de adulterinis coniugijs, cap. 26. & vltimo, & multos Patrum Canones, videlicet Iulij & Celestini super isto citat Gratianus 26. q. 6. de quo etiam est capitulum Maiores, de Baptismo & eius effectu.

Leo.

Augustinus.

Teneritas Philippi Melanch.

Quapropter valde mirandum est, quōd Philippus Melancton in Apologia confessionis Augustinæ audeat sententiam de opere operato Sacramentorum improbare tanquam perniciosam, & totam Ecclesiam catholicam (quōd eam sequamur) damnare impietatis.

*Sic enim habet apologia: Damnamus totum populum scholasticorum doctorem, qui docent, quōd sacramenta non potenti obtem conscrunt gratiam ex opere operato, sine bono motu virtutis. Hæc simpliciter Iudaica est opinio, quōd per ceremoniam iustificamur sine bono motu cordis, hoc est sine Fide, & tamē hæc impii & perniciofa opinio magna auctoritate docetur in toto regno Pontificio. Paulus reclamat & negat Abraham iustificatum esse circumcissione, sed circumcissionem esse signum prepositum ad excercendam fidem.*

Math. 18.

Quis precor, te Philippe Iudicem constituit super totum populum scholasticorum doctorum & super totum regnum Pontificium, vt vnuerfum impietatis damnes? an ignoras regnum Pontificium esse regnum Christi, & Ecclesiam catholicam toto orbe diffusam, cui toti vnus præposuit Pontificem, vnus pastorem, quem oriens & occidentis, & vnuerfi fideles ante mille etiam annos semper sunt venerati? Regnum igitur Pontificium damnans, condemnas Christi sponfam, quam Paulus pronuntiat columnam & firmamentum veritatis, & ira ab omni impio dogmate immunem, quam qui non audierit, Saluator haberi voluit velut ethnicum & publicanum, & hanc tu non solum non audire, sed & damnare audes? nimium de tua præsumis sapiētia, & totum scholasticorum populū dānans, dānas eos quos Christus in sua Ecclesia constituit Pastores & Doctores in edificationem corporis sui, vt iam non simus paruuli, & circumferamur omni vento doctrinæ. Et quæ precor causa tam seueri & crudelis iudicij? Apost. inquit, reclamat & negat Abraham iustificatum esse circumcissione. An quia Abraham non est iustificatus per circumcissionem, ideo nec nos per baptismum iustificamur? de quo idem Apost. mundans Ecclesiam lauacro aquæ. Sed per circumcissionem Isaac, Iacob, & vnuerfi si Prophetæ renati sunt, & iustificati, & ipsum per seipsum Sacramentum Circuncisionis multum eis valebat, vt habet August. li. 4. de baptismo contra Donatistas. cap. 24. & li. 16. de ciuitate Dei, cap. 27. Nam sicut in Abraham præcessit Fidei iustitia, & accessit Circuncissio signaculum iustitiæ Fidei, ita in Isaac secuta est Circuncissio iustitia. Et textus Genesis testatur, quōd masculus circumcisus obtinebat per Circuncissionem, quod anima eius non periret de populo suo. Ex quo enim instituta est circuncissio in populo Dei, ad purgationem valebat magnis & paruulis originalis veterisque peccati, sicut Baptismus ex illo valere cœpit ad inuouationem hominis ex quo institutus est, vt idem docet lib. 2. de nupt. & concupis. cap. 11. & venerabilis Beda in Comment. Euangelii secundum Lucam cap. 2. Idem salutaris curationis auxilium Circuncissio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelatæ gratiæ tempore contineuit, excepto quōd regni cœlestis ianuam nondum intrare poterant. Qui enim nunc per Euangelium suum terribiliter & salubriter clamat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spirit. sanct. non intrabit in regnum Dei, ipse dudū clamabat per suā legē: Masculus cuius

Circuncissio veteres iusti scabantur. August. Genes. 17.

cuius præputij caro circuncissā non fuerit, peribit anima illa de populo suo, hoc est (interpretante B. Aug. lib. 2. de gratia contra Cœlestinū ca. 30) in æternum morietur & damnabitur. Et vt superius diximus, B. Petrus baptizauit in remissionem peccatorum, & ait saluum facere Baptisma. Et B. Paulus appellat ipsum lauacrum regenerationis & renouationis, & Saluator, quæ sæpe iterare non piget: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Quod exponens post Ioannem Chrysof. Theophylactus: Si quæris, inquit, quomodo aqua potest generare, interrogabo & ego, quomodo semen & ipsum aquosum existens, potest in hominem transformari? Igitur sicut in semine corporali totum est gratiæ diuinæ: ita & in baptisimare aqua subdita est, & spiritus omnia operatur, & inuocatio per præces, imò Dei præsentia. Quæ longius profequitur Ioan. Chrysof. Homil. 24. in Ioannem, & Homil. 35. Quod enim, inquit, matrix est embrioni, hoc fidei, aqua: siquidem in aqua fingitur & formatur. Eius namque placuit per symbolum aquæ animabus nostris aspergere calidum sanguinem suum, vt à peccatis nos lauet. Et loquens de probatica piscina: Quemadmodum huius aquæ natura per se non sanabat, siquidem semper sanaster, sed duntaxat dum ab Angelo mouebatur: ita & in nobis non simplex aqua operatur in baptismo, sed cum spiritus gratiam accipit, omnia abluunt peccata. Et B. Ambrosius lib. 2. de penitent. cap. 2. impossibile videbatur, vt peccatum ablueretur aqua. Nec Naaman Syrus læpram suam mundari per aquam posse credidit: sed quod impossibile erat, fecit Deus possibile esse, qui tantam donauit nobis gratiam: similiter (inquit) impossibile videbatur per penitentiam peccata dimitti. Concessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab Apostolis ad sacerdotum officia transmissum est.

Ad Titum 3.

Ioannes Chrysof. Theophyl.

Ambrosius.

EX quibus patet, quōd Philippus damnans totum populum scholasticorum doctorum, totumque regnum Pontificium impietatis & perniciosæ opinionis, damnat & B. Aug. B. Ambr. Chrysof. omnes denique Maiores nostros, imò & Apostolos, & Christum qui hanc doctrinam nobis tradidit: & tota Ecclesia catholica à Christo instituta, semper credidit paruulos à peccato originali baptisimare mundari, & in filios Dei renasci, nullo motu cordis eis accedente. Et quamuis adulti non regenerantur nisi credant, & veteris vitæ eos peniteat, ex virtute tamen baptisimi regenerantur, & peccata eis remittuntur, & non ex deuotione, vel bono motu cordis, qui tamen (vt diximus) regenerationi prærequiritur. Vulgata est enim sententia B. Augustini. Omnis qui suæ voluntatis arbiter est constitutus, cum accedit ad Sacramentum fidelium, nisi peniteat eum veteris vitæ, nouam inchoare nō potest: Et qui gratis impium iustificat, quo modo sibi placet, iustificare potest, aliquando adhibita cæremonia, & quandoque sine ea solo motu cordis ad Deum conuersi & penitentis concurrente, sicut Ioannis nono, Cæcum à natiuitate illuminauit, non sine multis cæremonijs & obseruationibus. Nam exiit in terram, fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit: Vade & laua in natatoria Syloë. abijt, lauit, & venit videns: Cæcos verò de quibus Matth. 9. & 20. cap. illuminauit solo oculorum tactu, siue huiusmodi cæremonijs: & alio loco iussu, sine tactu: ait enim. Respice, fides tua te saluum fecit, & confestim vidit. Frequens est enim in scripturis sacris, quōd beneficia largitur per symbola & cæremonas corporales. Nam Ezechiam regē sanauit apposito emplastro ex ficibus, & Israelem à moribus serpentum per aspectum serpentis aeni. Et Ioan. 5. ægrum qui primo descendisset in aquam ab Angelo Iordanis. Qui omnes sanabantur non fide vel animi deuotione, sed appositione emplastri, aspectu serpentis, & descensu atque tactu aquæ: non quidē propria virtute, sed Deo operante in illis mirabiliter, & ita quasi ex opere operato & Dei dispositione: Nec hi soli à Christo sanabantur, qui certa & infallibili credulitate hoc expectabant: nam certum est Naaman non sic expectasse à læpra purgationem. Sicut igitur ipse dat visum, sanat morbos quo modo vult, vel per adhibitas cæremonas, vel sine illis: ita & impium iustificat quo modo vult, nec est qui ei dicat, quare sic facis? vel regulam aut legem præscribat, secundum quam nostram salutem operetur, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ.

Nec, vt putat Philippus, Iudaica est opinio, sentire quōd per cæremonas iustificemur. Deo sua virtute in eis operante, sicut nec Iudaicum est dicere, quōd per eas sanamur, viuificamur, & à læpra mundamur. Sed sentire quōd cæremoniæ per se, sine fide & bono motu cordis iustificent adultos, suamque virtute, quodque per se sanant, aut à læpra mundant, superfluous esset & impiū. Nā virtute passionis & mortis Christi paruulos per baptismum iustificari, & tempore legis per circumcissionem à peccato originali fuisse

Per cæremonas iustificati an Iudæi?

purgatos, doctrina est Apostolica, quam secuti sunt omnes Maiores nostri, & contra- rium docentes damnati sunt vt haretici semper.

**A**lias ponit definitiones Sacramenti Philippus, vt in Cathecismo, quod est ceremonia in Euangelio instituta, cui addita est promissio gratiae, & fauoris Dei ac remissionis peccatorum, quae scilicet Fide apprehendatur: & alio loco, Sacramentum est ritus habens mandatum Dei, & promissionem gratiae, quae est nouo testamento propria, hoc est remissionis peccatorum: sed quia hanc docet sola Fide in Sacramentis apprehendi, ideo neutra explicat rationem Sacramenti, vt ex superioribus pater, & eadem absurditates ex eis sequuntur, quae ex definitione Confessionis & Apologiae, quam superius posuimus. Nec necesse est sacramenta habere mandatum Dei, sed sufficit institutio Christi, & Ioanni Caluino omnes hae definitiones Philippi etiã displicent, & aliam ponit, quae etsi verbis eadem esse videatur cum ea quam habet Confessio & Apologia, ab ea tamen sensu est diuersissima, eiq; cõtraria: sic enim definit cap. 10. suae institutionis.

*Sacramentum quod Caluino* Sacramentum est signum externum, quo bonam suam erga nos voluntatem Dominus nobis repræsentat ac resificatur, ad sustinendam Fidem nostrae imbecillitatis: vel, inquit, est testimonium gratiae Dei, quae gratis finis est, hoc est fauoris quo nobis fauet ob Christum, externo symbolo declaratum, quod adhibetur verbo promissionis, veluti sigillum appositum diplomati, alijsq; publicis actibus, per quod renouatur memoria, & firmatur Fides, quam prius ex verbo habemus.

*Bona voluntas Dei Caluino.* Intelligit autem bonam voluntatem Dei, qua nos tanquam filios, hæredes, & gratos sibi propter filium completitur, non in baptisinate vel Sacramentis tantum, sed semper à tempore quo concepti sumus & nati, sic quod significatio sacramentorum non proprie eos respicit, quibus applicantur, quasi annexam haberet symbolum externum promissionem peculiariter pertinentem ad eum cui applicatur, sed absoluta est eorum significatio. Nõ enim in baptismo infantis, secundum eum significatur, quod est tunc peccatum remittitur, & in filii Dei suscipitur, & ideo nouum & absurdissimum tradit paradoxum, quod paruulus nõ saluatur quia baptizatus moritur: multi enim, vt ait, baptizati infantes danantur, & multi non baptizati saluantur, quae omnia docet sine scripturis, sine Patribus, sine legitima ratione, imò contra scripturam & Patrum concordem sententiam: in dignissima certe res est & hominis insani, huiusmodi paradoxis moueri, in eisq; refutandis laborare, quae sola absurditate prolata sese falsitatis cõiungunt: ait enim B. Aug. epist. 28. Quisquis dixerit quod in Christo viuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacramento eius participatiõne de vita exeunt, hic contra Apostolicam prædicationem venit, & c. Philippus autem, & Apologia intelligunt bonam Dei voluntatẽ in sua definitione, qua praestat promissionem factam ceremoniam, modò Fide apprehendatur: vt promissio Christi est, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: & hæc ipsa baptisum respicit: qui igitur baptizatur, secundum eorum sententiam saluus fit, si credat hoc sibi in Christo praestari, & ideo docent sine baptisimo paruulos non saluari morientes. Nos autem dicere possumus, sacramenta esse testimonia bonae voluntatis, qua operatur effectus sacramentorum in his quibus adhibentur. Nam hanc significant secundario tanquam causam ex qua salutaria sunt Sacramenta, quomodo B. August. li. 19. cap. 16. & 17. contra Faustum dicit, nostra sacramenta significare Christum passum & mortuum tanquam causam scilicet, ex qua eorum efficacia procedit: proprie autẽ primò & per se significant effectus, quos Deus per ea operatur. De hac bona voluntate, cuius testimonia Caluinus vult esse Sacramenta, dicitur circa articulum 9. qui est de Fide, cuius per se obiectum docet esse hanc Dei bonam voluntatẽ: hic suffecerit dicere, quod Sacramenta in reprobis essent falsa testimonia Dei, testificatis eos sibi esse filios & hæredes, cum tamen non sint ex Deo, sed ex patre diabolo, quando etiam recens sunt baptizati:

*Infantes qui dant non baptizati saluantur Caluino, qui dant baptizati danantur.* In antidoto cõtra definitiones loc. Tri dens, & ante eum Mart. But. in cõment. Euangelij seu dñi Matthæi. Bona Dei voluntas quod Melan. bibo. Quo sensu intelligi potest Sacramentum esse signum bonae voluntatis Sacramenta quid proprie significent.

*Reprobis nãm quam remittitur peccati originale Caluino.* Quibus & docet nunquam remitti peccatum, quod ex Adam contraxerunt, nõquam fieri filios Dei. Ex quibus clarissimè patet, quod catholica est sententia, & scripturis solidè fundata, quod Sacramenta nouae legis gratiam conferunt his, qui non ponunt obicem, & ex opere operato, qua sermonis phrasi vsa est etiam synodus Oecumenica Tridentina, in septima sessione Canone 8.

*De numero Sacramentorum.* Et sicut in vera ratione Sacramenti dissentiant à nobis aduersarij, & inter se non minus: ita & in Sacramentorum numero, super quo etiam inter se nihil conueniunt. Nam Martinus Lutherus in sua captiuitate initio tria ponit Sacramenta, in fine verò duo tantum:

*Luthero tria sunt Sacramenta post duo* Principio (inquit) neganda sunt mihi septem Sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda: Baptisimus, Pœnitentia, & Panis. Quamquã si vsu scripturae loqui velim, nõ nisi unum Sacramentum habeam.

*Reprobis nãm quam remittitur peccati originale Caluino.* Quibus & docet nunquam remitti peccatum, quod ex Adam contraxerunt, nõquam fieri filios Dei.

*De numero Sacramentorum.* Et sicut in vera ratione Sacramenti dissentiant à nobis aduersarij, & inter se non minus: ita & in Sacramentorum numero, super quo etiam inter se nihil conueniunt. Nam Martinus Lutherus in sua captiuitate initio tria ponit Sacramenta, in fine verò duo tantum:

*Luthero tria sunt Sacramenta post duo* Principio (inquit) neganda sunt mihi septem Sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda: Baptisimus, Pœnitentia, & Panis. Quamquã si vsu scripturae loqui velim, nõ nisi unum Sacramentum habeam.

*Luthero tria sunt Sacramenta post duo* Principio (inquit) neganda sunt mihi septem Sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda: Baptisimus, Pœnitentia, & Panis. Quamquã si vsu scripturae loqui velim, nõ nisi unum Sacramentum habeam.

& tria signa sacramentalia. Nam Eucharistia & Absolutio sunt rememorative promissionis & adoperantis Baptisim.

Quem sequitur in hoc numero Confessio Augustana & Philippus Melancthon (vt ferè in omnibus tanquam Magiltrum discipulus) in Apologia Confessionis:

*Vere (inquit) tria sunt Sacramenta: Baptisimus, Cena Domini, & Absolutio, quae est Sacramentum Pœnitentiae.* Nam hi ritus habent mandatum Dei, & promissionem gratiae (quae est propria noui testamenti) quae scilicet est remissio peccatorum. Nam si dicentur esse Sacramenta, quae habent mandatum Dei & promissionem gratiae in genere, Oratio (inquit) verissimè est sacramentum, sicut et Eleemosyna & afflictiones, quae & ipsa habent signa quibus Deus addit promissiones. Et si verè est Sacramentum quicquid habet mandatum Dei, Matrimonium & omnis status vitæ & officia sunt sacramenta.

Vbi tria genera Sacramentorum recenset: Primum, quod est ritus siue cæremonia, vel signum diuinitus institutum, habens mandatum Dei & promissionem remissionis peccatorum, quo modo tria secundum eum sunt Sacramenta, quae vniuersa secundum eius sententiam significant peccata remitti. Nec Eucharistia est Sacramentum, si solum haberet promissionem reficiendi animam, sicut cibus & potus corpus reficiunt: Secundum genus est eorum operum, quae habent mandatum Dei & promissionem gratiae in genere, quamuis non remissionis peccatorum, nec sunt ritus siue cæremoniae: Tertium est operum quae habent mandatum Dei, quomodo omnia opera Decalogi erunt Sacramenta. Sed precor te Philippe, quis vnquam maiorum vsus est hoc nomine in hac significacionis diuersitate? quis precor ante te ne Martinus quidem sic ausus est ludere in sacrosancto hoc Sacramenti nomine. Vtendum est nominibus ab Ecclesia receptis ea significacione qua recepta sunt. Apostolus Paulus mandat vitari prophanas vocum nouitates, eo quod ex eis non parua Fidei pestis & iactura sequatur. Omnes consententur etiam hæretici, ac Philippus ipse, sacramentum esse cæremoniam siue signum à Deo institutum: quae igitur sunt virtutum officia, quantumcunque sunt vitæ cælestis promissionis ornata (quomodo non sint signa instituta à Deo) non possunt, nec secundum quod ipse sacramentum definit, dici sacramenta. Nec oportet sacramenta habere mandatum Dei, sed sufficit, vt diximus, promissio gratiae & institutio Christi, vt sit scilicet signum gratiae efficax. Sed sic libet Philippo nugari de sacramento nomine, vt ex varia nominis acceptione persuadeat nihil referre quid sacramentum vocetur, & ita vera Ecclesiae sacramenta obscurat, & minus æstimari faciat, & ideo addit se putare non multum referre quomodo numerentur sacramenta. Et sicut M. Luther. in sine captiuitatis Babylonica, Si rigide (inquit) loqui volumus, tantum duo sunt in Ecclesia Dei sacramenta, Baptisimus, & Panis, cum in his solis & institutum diuinitus signum & promissionem remissionis peccatorum videamus. Ita & Philippus in libello contra Anabaptistas docet, proprie tantum duo esse sacramenta. Quam sententiam de duobus sacramentis sequitur constanter & perpetuò Vlricus Zuinglius & Caluinus, nec tamen eo sensu quo Martinus & Philippus: Non potest (inquit Ioannes Caluinus) absolutio vel Pœnitentia esse sacramentum, quia sacramentum est signum visibile, habens Dei promissionem: hic autem signum est solum audibile, nec aliam habet cæremoniam, quam quae est merum inuentum hominum. Cui argumento in Cathecismo responderet Philippus, Euangelium hoc videlicet, quod propter Christum gratis remittuntur peccata, priuata absolutio singulis applicat, & à Christo institutum est hoc ministerium annũciandi remissionem peccatorum multis & singulis, iuxta illud: Quorum miseris peccata, &c. & ita Absolutio est illustre testimonium in Euangelio à Christo institutum, habens promissionem remissionis peccatorum, & Deum mendacij arguit & accusat, sentitq; inania esse quae promittit, qui illi promissioni non assentitur, nec referre an signum sit visibile an audibile.

*Duo sacramenta Lutherus & Melancthon.* In omnibus ferè hic dissident inter se vt à nobis, vt certum sit testimonium, quod nec scripturis, nec veterum autoritate nitantur: sed suo ingenio, sine scripturis, sine Patribus, sine solida ratione, quisque adfert quod sibi bonum videtur. Et sæpe eodem nũc vnũ, & statim post docet contrarium, vt clarissimè patet legenti libros eorum.

*Duo sacramenta Lutherus & Melancthon.* In omnibus ferè hic dissident inter se vt à nobis, vt certum sit testimonium, quod nec scripturis, nec veterum autoritate nitantur: sed suo ingenio, sine scripturis, sine Patribus, sine solida ratione, quisque adfert quod sibi bonum videtur. Et sæpe eodem nũc vnũ, & statim post docet contrarium, vt clarissimè patet legenti libros eorum.

*Duo sacramenta Lutherus & Melancthon.* In omnibus ferè hic dissident inter se vt à nobis, vt certum sit testimonium, quod nec scripturis, nec veterum autoritate nitantur: sed suo ingenio, sine scripturis, sine Patribus, sine solida ratione, quisque adfert quod sibi bonum videtur. Et sæpe eodem nũc vnũ, & statim post docet contrarium, vt clarissimè patet legenti libros eorum.

*Duo sacramenta Lutherus & Melancthon.* In omnibus ferè hic dissident inter se vt à nobis, vt certum sit testimonium, quod nec scripturis, nec veterum autoritate nitantur: sed suo ingenio, sine scripturis, sine Patribus, sine solida ratione, quisque adfert quod sibi bonum videtur. Et sæpe eodem nũc vnũ, & statim post docet contrarium, vt clarissimè patet legenti libros eorum.

*Duo sacramenta Lutherus & Melancthon.* In omnibus ferè hic dissident inter se vt à nobis, vt certum sit testimonium, quod nec scripturis, nec veterum autoritate nitantur: sed suo ingenio, sine scripturis, sine Patribus, sine solida ratione, quisque adfert quod sibi bonum videtur. Et sæpe eodem nũc vnũ, & statim post docet contrarium, vt clarissimè patet legenti libros eorum.

*Duo sacramenta Lutherus & Melancthon.* In omnibus ferè hic dissident inter se vt à nobis, vt certum sit testimonium, quod nec scripturis, nec veterum autoritate nitantur: sed suo ingenio, sine scripturis, sine Patribus, sine solida ratione, quisque adfert quod sibi bonum videtur. Et sæpe eodem nũc vnũ, & statim post docet contrarium, vt clarissimè patet legenti libros eorum.

*Duo sacramenta Lutherus & Melancthon.* In omnibus ferè hic dissident inter se vt à nobis, vt certum sit testimonium, quod nec scripturis, nec veterum autoritate nitantur: sed suo ingenio, sine scripturis, sine Patribus, sine solida ratione, quisque adfert quod sibi bonum videtur. Et sæpe eodem nũc vnũ, & statim post docet contrarium, vt clarissimè patet legenti libros eorum.

*Duo sacramenta Lutherus & Melancthon.* In omnibus ferè hic dissident inter se vt à nobis, vt certum sit testimonium, quod nec scripturis, nec veterum autoritate nitantur: sed suo ingenio, sine scripturis, sine Patribus, sine solida ratione, quisque adfert quod sibi bonum videtur. Et sæpe eodem nũc vnũ, & statim post docet contrarium, vt clarissimè patet legenti libros eorum.

*Tria sacramentorum genera Melancthon.*

*Duo sacramenta Lutherus & Melancthon.*

*Caluinus est Melancthon.*

*De sacramentorum vsu.*

*Varia Lutheri sententia ex Memur à laucha.*

mar. à reliquis gentibus sicut Romanos toga discernbat à Grecis, aut sicut forma vestitus discernit manichos: Sed hæc civilis interpretatio non sicut explicat usum sacramentorum: est enim sunt nota professionis & signa confessionis, tamen hic non est principalis finis, nec inuat conscientiam. Nos autem principalem finem, & qui conscientis profit, quarimus. Anabaptistarum verò opinio est, quod Sacramenta sunt quedam allegoria bonorum operum: ut circumcissionem interpretantur signum fuisse coercentiam unius cupiditatum: Baptismum signum afflictionum, eo quod oporteat Christianos sibiire stultus, & omnis generis pericula perferre, sicut aquis in Baptismo immergantur. Et cænam faciunt quondam nutu benevolentie significationem, cuius symposia apud omnes gentes sunt signa. Quamquam autem, ut ait, hæc allegorie bonorum operum non sunt absurde, tamen nondum de principali fine & usu loquuntur: Sacramenta enim sunt signa non tantum charitatis aut operum, sed fidei principaliter, item voluntatis Dei erga nos. Euangelium enim non tantum cõcionatur de operibus, sed præcipit de voluntate Dei erga nos, & de fide: at illi, signa Euangelij tantum ad vnam partem, videlicet ad opera, accommodant. Est igitur vera sententia, quod Sacramenta noni testamenti principaliter instituta sunt, ut sint signa voluntatis Dei erga nos, ut incurrendo in oculos nos admoncant, ut certò credamus promissioni in euangelio propositæ. Continuingimus enim Sacramentum & promissionem: & sicut promissio fide accipienda est, ita & in usu sacramentorum Fides accedere debet, que statuat nobis specialiter ea verè contingere, quæ in promissione proponuntur generaliter. Et se explicans in Apologia articulo 13, dicit, quod certò debemus statvere cum baptizamus, cum vestimur corpore domini, cum absoluiamur, quòd verè ignoscit nobis Deus propter Christum, & hic usus Sacramenti verè consolatur pijs & pauidas mentes. Eandem enim tripm que ponit sacramentorum docet esse significationem & usum, videlicet excitare fidem, qua certis finis peccata nobis remitti. Sed non placet Martino Bucerò præclara hæc sententia & consolatoria, quæ veluti primum Fidei articulum sepe Philippus post 71. Lutherum repetit & inculcat, reiectis aliorum de usu sacramentorum opinionibus. Nam in Comment. super Mart. cap. 3, cum totam euerit & improbat tanquam humanam inuentionem, ut reuera est, & sine scripturarum fundamento. Error, inquit, recens natus error est, qui affirmant Baptismum esse certum testimonium diuine ergo baptizatum voluntatis, & conuenerunt eum inter signa, que miraculo quibusdam ad confirmandam eorum fidem data legimus, ut renocatam umbram in horologio Ezechie: & sic in nunc, nunc madidum vellus Gedeonis, atque similia (his enim exemplis vtitur Philippus) eos, putant vix alia re æquè ac signorum istorum usum consolari atque confirmari conscientiam. Sed video hoc dogmate à Christi admiratione sensum simplicium animos ad suscipienda plus æquè signa deduci: & certè nulla scriptura hoc nomine nobis signa vel baptismum commendat. Deinde quomodo certum diuina gratie testimonium erit, esse baptizatum, aut Eucharistia communicasse, cum vtrumque cum impijs p̄ commune habeat? Quæro si quis Fidei imbecillitate de gratia Dei dubitet, tu verò volens illum confirmare, admones Baptismi & Eucharistia: Confide, inquit, non potes non Deo gratis esse, postquam es baptizatus, postquam Eucharistia communicasti, certa illa testimonia sunt diuina erga te benevolentia, non quid trepidans illius conscientia max responderet: Quòd possunt ista certa esse diuina erga me gratie indicia, que multis impijs video esse communia & multis nocua? Quòd fingunt igitur isti hanc significationem Sacramentorum, sine vlla scripturarum testimonio, & faciunt Deum esse mendacem in Sacramentis, quando per ea significat sibi esse gratos & amicos, qui sunt hostes & inimici? Et ante Mart. Bucerum Pluricus Zuinglius: Alij, inquit, tradiderunt Sacramenta esse signa quedam, que dum sunt, certum reddunt hominem de eo quod interiori fit: quasi, dum aqua tingitur homo, iam aliquid in eo fiat, quod ipse scire nullatenus potuisset, nisi aqua simul per se esset, quod tanquam absurdum improbat in lib. de vera & falsa religione.

Sen. etia Melanchionis de vsti Sacramentorum.

Martinus Bucerus contra Philippum Melanchi.

Zuinglii reijci Melanchi. Sacramenti de fuitiorem.

Opinatur aduersarij quod dam esse malorum magistrorum genus, per quod sacramenta ita funguntur vice Christi, non representant suam personam, iuxta illud: Quis vos audit, me audit. Impij doctores deserendi sunt, quia hi iam non funguntur persona Christi, sed sunt antichristi, & at Christi: Cætere à pseudopropheta. Et Paulus: Si quis aliud Euangelium euangelizauerit, anathema sit.

Cyprianus.

Nullam enim scripturæ mentionē faciunt huius bonæ voluntatis & fidei eius, quando docent de Baptismo, sacra Eucharistia, & Absolutione. Argumentatio Philippi de eo quod fides & promissio inuicè connectuntur, quodq; fide promissio accipitur, satisfiet, quando responderit argumentis M. Lutheri in assertionibus, ex quibus eâ desumpsit. Aduerfantur etiam articulo Apologia, & alij quidam nouæ doctrinæ magistri, in eò quod dicit generaliter sine exceptione sacramenta per malos ministros dispensata esse efficacia. Hi enim excipiunt peccatores manifestos, & illa excipit circa articulum Confessionis Augustinæ Pseudodoctores: Sacramenta, inquit, sunt efficacia, etiam si à ministris malis tradantur, quia ministri sacramenta ita funguntur vice Christi, non representant suam personam, iuxta illud: Quis vos audit, me audit. Impij doctores deserendi sunt, quia hi iam non funguntur persona Christi, sed sunt antichristi, & at Christi: Cætere à pseudopropheta. Et Paulus: Si quis aliud Euangelium euangelizauerit, anathema sit. Quam sententiam etiam Magister in Sententijs securus videtur, distinctione 13. & 14. quarti Sententiarum, & beatus Cyprianus post Agrippinum prædecessorem suum eam tradit in epistola sexta primi libri epistolarum, que scribitur ad Magnum & 12. que est ad Cornelium Papam, & in epistola ad Iubaianum de hæreticis baptizandis, & mo-

& monitus super hoc dogmate à Romanis Pontificibus, prolixè responderet, & magna libertate in epistola ad Pompeium contra epistolam Stephani Pontificis Romani, hoc dogma varijs argumentis ex scriptura collectis tuetur, videlicet quòd irrita sunt & inualida Sacramenta ab hæreticis, & scismaticis (ex eo quòd sunt extra Ecclesiam) ministrata, & ideo iteranda: nec Cyprianus solus, sed totum cõcilium Carthaginense hoc sequitur, ut perpicuum est ex actis illius synodi, quæ continet 7. lib. August. contra Donatistas de Baptismo: nec ab hac sententia abhorruit nostro seculo Desiderius Erasmus in epistola quam præmittit operibus Cypriani, qui diuersam inquit à Cypriano & hac synodo sententiam sequi maluerunt, mihi quidem non tam argumentis videntur commoti, quàm fauiffe ei parti, quæ magis abhorret à scismate Donatistarum, simulq; perplexisse, quam non esset tutum eam aperire fenestram, si sacerdos impius nihil agere crederetur. Nam quantum habeant momenti, quæ diuus August. adfert de Sacramento & effectu Sacramenti, de characteribus, de diuersa ratione Baptizandi & remittendi peccata, prolixius fit, quam vt conueniat hic expendere. Certè Christus eisdè baptizandi ius tradidit, quibus mandauit absoluendi potestatem, nec tamen procius absoluat sacerdos, quisquis in hoc nomen inuocat Trinitatis. Quòd si res ab argumentis penderet humanis, & nisi concordia fauorem vbique mereret, potius haberi poterat quod sequitur Cyprianus, quam quod est receptum, quæ tamen in postremis editionibus omitti voluit: aduertit enim maus esse pondus argumentorum Augustini, autoritatis Ecclesiæ ac generalis synodi, quom existimauerat prius, quantum sit periculi & arrogantiæ post iudicium Ecclesiæ, quod in generali synodo præcessit, etiam tempora B. Augustini adhuc sententia damnata fauere. Nam beatus Augustinus libro 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 7. & sequentibus dicit, saluberrimam consuetudinem Ecclesiæ quæ venerat ex Apostolica traditione, secundum quam corrigebatur in hæreticis, quod prauum erat non iterabatur quod datum fuerat, per Agrippinum prædecessorem Cypriani in concilio Episcoporum fuisse correctam & mutatam, & postea plenario concilio Ecclesiæ fuisse probatam, & nouitatem inductam per Agrippinum, & concilium Episcoporum Numidiæ damnatam. Et quàm debilia sint argumenta quibus nititur Cyprianus & patres concilij, ostendit beatus Augustinus in libris contra epistolam Permeniani, & contra literas Petiliani Donatistæ, & plurima eorum, vt ipse docet, ita probarent irrita esse, & adulterorum & homicidarum Sacramenta, quod non admittit Cyprianus, imò palam testatur malorum Sacramenta, etiam si moribus sint pessimi & notorij, quamdiu tolerantur, valida esse, rata & efficacia, modo non reliquerint Ecclesiam, hoc est, modo non sint hæretici, scismatici, vel excommunicati, vt patet ex epistola 4. libri 4. & in sermone de lapsis, quam sæpe citat, vt diximus, ad hanc sententiam comprobendam beatus Augustinus, vt libro 3. contra epistolam Permeniani, & lib. 4. Donatistas cap. 2. & in epistola 23. ad Bonifacium: Et hoc argumento libro 4. contra Donatistas, cap. 4. Cypriani & aliorum Episcoporum illius concilij argumentationem retorquet. Dicitur mihi, Ergo hæreticus dimittit peccata? sic & ego vrgeo, Ergo qui celestia mandata non seruat, auarus, raptor, inuidus, inuidus, verbis non factis seculo renuncians sacerdos, dimittit peccata? tales enim multos Collegas suos esse confitetur Cyprianus: Si per vim Sacramenti Dei, sicut & isti, ita & ille: si per meritum vitæ, nec ille, nec isti: latè hanc materiam disputat Gratianus l. q. 1. & succinctè tradit veritatem, distinct. 32. cap. Præter quam etiam clarissimè probant quæ superius circa articulum adduximus.

Erasmus

Augustinus

Secunda sententia aduersariorum, de malis sacramentorum ministris.

Macb. 21.

Phil. Melanch. veterè suam opinionem edigit.

Alij verò vt diximus excipiunt vniuersos manifestos peccatores. Nam Dominus, inquit, seueriter prohibet ne in huiusmodi opere diuino cum palam perueris ministris communionem habeamus: qui non Cyprianum sequuntur, sed hæresim Donatistarum: aduersus quos dicit August. lib. 2. contra epistolam Permeniani cap. 10. Hic dicit non potest, quod solent ineptissimè & impudentissimè dicere, tunc posse à malo baptizari quenquam, si lateat malitia baptizantis. Nec Dominus prohibet communionem in opere diuino cum palam perueris ministris quamdiu tolerantur: tales enim erant sacerdotes & pontifices tempore Christi, quos tamen ob cathedram in qua sedebant, honorari & audiri mandauit. Quales etiam conqueritur Cyprianus suo tempore multos fuisse sacerdotes, à quibus tamen non vetabat sacramenta suscipi, imò & ipse cõmunionem & confortum habebat cum eis. Sed Philippus in locis nouissimis Apologie sententiã correxit: instructus enim quod sacramenta non ministrantur in persona Christi, docet ea ministrari etiam ab hæreticis vice Ecclesiæ, quamditi tollerantur.



Valuit inquit, baptismus eorum qui baptizati sunt in Ecclesijs, ubi regnaverunt mali Doctores, quia sebat vice verae Ecclesiae, si tamen retineantur verba institutionis. Arriani inquit, baptismus non valebat, quia sententiam verborum: Baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, non retinebant, valet igitur ministerium quod retinetur in his sacramentis, quae non ex professione corrumpunt, & si Baptismus eorum valet, tamen quia docent impia de ceteris rebus, causam praebent cur necessarium Ecclesia ab ipsis discedat.

Ad stipulatur igitur articulo nostro in locis, quando sine vlla malorum exceptione, haereticorum baptismum valere dicit, quando verborum sententia retinetur.

Tertia sententia Lutherana de malis sacramentorum ministeriis.

Ministri in sententia à Caluino reijciuntur.

Alij verò qui excipiunt peccatores manifestos, Donatistarum haesim sequuntur ante tempora B. Augusti. in Ecclesia damnati, & ideo seipfos damnant non articulum, & vt diximus, aliud est sacramenta esse irrita ab haereticis ministrata, aliud non licere sacramenta ab eis suscipere, quae tamen suscepta vera essent & rata, quamuis propter indispositionem à fructu impedirentur.

Et quod diximus Concilium Florentinum & receptam in Ecclesia doctrinam imitati, intentionem in ministro baptismi & sacramentorum esse necessariam, damnat Ioannes Caluinus in antidoto concilij Tridentini. Nam concilio desinente, Si quis dixerit in ministris dum sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod ecclesia facit, anathema sit: ait ipse, quid facere intendat minister, nostra parum refert, & quod de intentione consecrandi garrunt, à sophistis nulla probabili ratione fuit proditum, sed nostrum est magis audire Ecclesiam in Conciliis loquentem, quam Caluinum sine scripturis, vllave probabili ratione, quam si solam etiam consulamus, inuenimus opus ad multa indeterminatum per intentionem applicandum esse ad effectum & significationem Sacramenti, vt eius induat rationem, quae superuacaneum fuerit longius profèqui: haec tamen prolixius diximus circa primum articulum, vt manifestum faceremus, quod noui Euangelij Doctores non minus inter se dissentiant, quam ab Ecclesia catholica, mutuisque gladiis se confodiunt, vt secundum sententiam beati Augustini tota victoria sit apud Ecclesiam catholicam, cuius dogmata omnes haereses ex instituto impugnant.

Augustinus.

Argumenta ad uersarij contra baptismum resulantur.

Origines.

Vnc verò declarata veteris, hoc est Ecclesiasticae doctrinae veritate & contrarietate ac pugnantia aduersarij inter se, in noua, quam antiquitatis fastidio innenerunt, restat expendere argumenta, quibus se cogi scribunt relinquere concordem maiorum traditionem, quanti sunt ponderis & momenti, cum tamen tanti Origines faciat traditionem Ecclesiasticam, vt haereticum esse definiat, qui Christo se credere profiteretur, & aliud de veritate Christianae fidei credit, quam habet definitio traditionis Ecclesiasticae in commentarijs epistolae ad Titum, & in homilia 29. super Mattheum eam comparat, & modo quodam praeposit scripturis Canonice: quod Canonice, inquit, scripturas, quibus omnis Christianus consentit & credit, videntur dicere: Ecce in domibus verbum est veritatis, sed nos illis credere non debemus, nec exire à paterna & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiae nobis tradiderunt. Argumentatur autem contra Sacramentorum efficaciam, à qua reliqua ferè pendent, & eius & sequacium de Sacramentis dogmata:

Lutheri argumenta.

Martinus Lutherus in assertionem primi articuli per Leonem Pontificem damnati, qui habet: quod haereticum est sententia, Sacramenta nouae legis conferre gratiam illis qui non possunt obicem, hoc est, ex opere operato, & primo ex scripturis quae passim docent nos fide iustificari, nulla facta Sacramentorum mentione.

Nam scriptura, inquit, sic dicit ad Rom. 1. & Abacuc 2. ad Hebraeos 10. Iustus ex fide sua uiuet: non dicit, iustus ex sacramentis uiuet. Marci ultimo:

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur, etiam si baptizatus fuerit. Neque enim Baptismus saluat, sed Fides Baptismi: Et ad Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, non dicitur: corpore suscipiuntur Sacramenta ad iustitiam. ad Rom. 4. Genesis 15. Creditur Abraham Deo, & reparatum est illi ad iustitiam.

Ed hic mirandum est, quod non aduerterit B. Paulum post mirificam commendationem fidei factam, cap. 3. 4. & 5. epist. ad Romanos, cap. eiusdem sexto palam docere, quod mortui sumus peccato, & consepulti cum Christo per Baptismum, vt quomodo

Iustificamur ex fide & Sacramentis.

Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitae ambulamus, nulla facta fidei mentione. Et ne arbitremur diuersa esse, peccato mori & iustificari, ipse

ipse sui interpres addit: qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Nō igitur pugnat (vt aduersarij supponunt) nos Fide iustificari & sacramentis, quando vtrumque docet beatus Paulus in eadem epistola. oportebat igitur credere vtrumque verum esse, quando vtrumque spiritus Christi in scripturis per beatū Paulū & alios Apostolos docet, & ex scripturis & doctrina Ecclesiae catholicae inquirere, quomodo verum sit vtrumque quod verum esse firma fide ex verbo Dei credere oportet. Nam & B. Petrus, qui Act. 15. ait, Fide purificati corda, in prima sua concione Iudaos monet, quod baptizentur in remissionem peccatorum in nomine Domini Iesu: & in epistola priori scribit, quod baptizati saluos non facit, & Apostolus Paulus, quod Christus Ecclesiam suam mundat lauacro aquae in verbo vitae, & quod saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis, quae saepe repetere cogimur: falsum est igitur quod in scripturis non reperitur, quod iustus ex Sacramento uiuit: Quis manducet me (inquit Saluator) uiuet propter me: Et panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Et nos accipere vitam & remissionem peccatorum per sacramentum baptismi & penitentiae, & ad hoc esse instituta, clarè docet Saluator, dum ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Et quorum remisistis peccata remittuntur eis. Per renascentiam enim accipitur vita, & remissione peccatorum iustificamur: & ita non solum iustus, sed & impius ex Sacramento, scripturarum testimonio, uiuit & iustificatur accepta peccatorum remissione, & corpore sacramenta suscipiuntur ad iustitiam: Quae (inquit B. Augustinus) tanta est vis aquae, vt corpus tangat, & cor abluat? Quomodo autem haec duo consentiant, & si intelligere non possimus, scripturis tamen sine vlla disputatione credere oportet, & nostri intellectus imbecillitatem in penetrandis nostrae iustificationis mysterijs agnoscere, veluti religiose & erudite quidam confiterur: Qua via, inquit, Deus per sacramenta gratiam infundit, mihi iudicium non arrogo, neque valde vestigo, cum sint inuestigabiles viae eius: certè aliqua via Deum fecisse credo, vt illic aqua non sit ociosa, vbi Deus tam multa & magna per aquam praedicat facienda. Aqua è latere Christi manans, spirituales vim fontis generationis infundit: Dei benignitas Sacramenti sui seruore teporem credentium adiuuat, & multi per sacramenta salutem consequuntur, qui de sua fide non amplius polliceri possunt, quam is qui dixit: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Nec tamen difficile est intelligere, quomodo haec consentiant, si scripturis canonicis attendamus, & Patrum volumus sequi vestigia. Nam, vt diximus: Sicut sanamur per medicamentum & operationem naturae medicinae vrentis, sic sacramentis iustificamur, & vitam gratiae accipimus, perficiente per ipsam Deo, quod sua gratia per Fidem inchoauerat: Sacramenta itaque perficiunt Fidem, & ei quae infirma, mortua, aut sterilis erat, spiritum addunt & efficaciam, vt per dilectionem operetur & iustificet. De qua fide sic perfecta docet se loqui Apostolus Paulus in epistola ad Rom. quando Fide dixit nos iustificari. Nam cap. 10. explicans quam fidem intellexisset, hoc (inquit) verbum de quo Moyses in Deuteronomio cap. 30. quod prope est in ore tuo & in corde est verbum fidei quod praedicamus iustificare, & de quo propheta: Iustus ex fide uiuit, hoc est fidei quae per dilectionem operatur. Nam fidei explicitè Moyses ibi non meminit, sed dilectionis & reuerentis ad ipsum ex toto corde, quae sine Fide esse nequit, sicut nec Fides viuua sine ea, propter quod sese includunt mutuò, & vna intelligitur in altera. Et in epistola ad Galat. post multam fidei commendationem expressè interpretatur se intelligere eam fidem quae per dilectionem operatur: hac enim sola iustificamur: ex scripturis enim certum est non quamlibet fidem iustificare: Ex principibus enim (ait Ioanes Apostolus) multi crediderunt in Iesum, qui propter Phariseos non constabantur, vt è synagoga non eicerentur: dilexerunt enim hominum gloriam magis quam gloriam Dei. Cum igitur fides quaedam sit pusilla, sit infirma, sit mortua, ac sterilis testimonio scripturarum, Deus qui eam inchoauit, eam & perficit, spiritum suum ei afflando, quo uiuat, firmetur, & fiat operosa. Et si hoc facere statuit per sacramenta, qui sine eis, & modo quo vult, vt inchoauit, sic eam perficere potest, quis ei dicere potest, quare hoc sic facis? Eum autem hoc facere per sacramenta, praecipue Baptismi & Penitentiae, superiora testantur. Nec mirandum est, quod per sacramenta, quae opera Dei sunt, ex Christi institutione haec fiant, quando B. Iacobus docet ex fide & operibus nos iustificari, fidemque ex operibus consummari. Vides, inquit, quod fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides est consummata. Quid igitur impedit quo minus per sacramenta fidem consummet, uiuificet, & spiritum vitae asporet? Nam hoc

Astrum. 15.

1. pph. 5. Ad Titum. 3.

Iustus ex Sacramento uiuit.

Ioan. 3. Ioan. 6.

Iustificatio modus est oculis visibilis.

Sacramenta quomodo vitam adferunt, atque iustitiam.

Fides quae D. Paulo iustificat. Rom. 10.

Abacuc. 2.

Galat. 5.

Ioan. 12.

Nō fides quae libet iustificat.

Iacob. 2.

Astrum. 3.



sacramentum suscipitur, & ita propositio primo assumpta admittatur. Quando autem subsuntur, ubiunque autem Deus promittit, ibi requiritur fides audientis: ad hoc ite responsum est, quod in sacramentorum applicatione nullum est verbum promissionis, sed exhibitionis gratia tantum. Sed replicabitur, Quaecumque fuerit verbum siue promissionis siue exhibitionis, si est verbum Dei loquentis se gratiam exhibere, necessaria est fides in audiente: cui responsum est negando consequentiam, quando verbum Dei est operatorium, & non mediante intelligentia eius, quale est verbum Sacramentorum, quod manifestum est in paruulorum Baptismo, & his qui inculpabiliter distracti Sacramenta suscipiunt: qui negatiue non credendo, non propterea faciunt Deum in promissis mendacem. & admissio quod adfit in sacramentis fides verbi Dei quo promittit & exhibet hoc ipsum etiam significando, non propterea oportet esse absolutam Fidem qua credat sibi remissa peccata, & saluum fore, quia verbum Dei promittentis & Sacramenta instituentis generale est, & verificatur sub modo & conditione subintellectis. Non enim omnis qui absoluitur a sacerdote in terris, absoluitur in caelis, vt si impenitens est, & fide promissionem, secundum Martinum, non apprehendat, nec Baptismus cuiuslibet baptizati tollit peccata: requirit enim fidem & poenitentiam veteris vitae. Quamuis igitur in me suscipiente Sacramentum esset fides promissionis, secundum quam est institutum, & non ea fides, qua creditur in me promissio impleri propter defectum modi & conditionis, sub qua intelligitur promissio (quod videtur mouisse Philippum in Locis, quod intelligeret fiduciam, per fidem iustificantem, & Credere iustificans esse Fidere) non ideo tamen facit Deum mendacem, si credat verbo secundum intellectum ab eo intentum, hoc est sub modo & conditione, sine quibus si crederet, verbo Dei adderet vel adimeret: sic autem verbo quo deus in Sacramentis loquitur credere potest, non tamen infallibiliter credendo sibi esse remissa peccata. Quando ergo additur: quare in Sacramentis suscipiendis, necessaria est Fides suscipientis qua credat id quod promittitur. Respondeo, necessarium esse fidem in adulto digne suscipiente Sacramenta omnes docemus. Nouimus enim Philippum respondisse Eunuchus quaerenti: Ecce aequa, quid me prohibet baptizari? si credis ex toto corde, licet: & accepto responso eius, quod crederet Filium Dei esse Iesum Christum, eum baptizauit. Nec solum Fidem docemus necessariam in Sacramentorum susceptione, sed & certam fiduciam consequendi eorum effectus, vt habet articulus. 9. Sed quam Fidem requirat Baptismus, inter nos controuertitur. Et docent Philippus & Eunuchus, quod non promissionis, imò nec exhibitionis gratia promissa, sed quod Iesus Christus est Filius Dei in hunc mundum à Patre missus: admitti tamen potest, quod requiritur in Sacramentis Fides eius quod promittitur, sed confusa & in genere sufficit, non autem Fides vt apprehendens effectum Sacramentorum, sed tanquam dispositio suscipientis Sacramentum, sine qua fructum non parit: Et in verbo quidem huius promissionis, hoc est, virtute eius. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, datur Baptismus: sed ex eo non sequitur, quod necesse sit quod baptizandus simpliciter credat se saluum fore, vbi baptizatus fuerit: cum salus aeterna & à peccatis in Baptismo multis modis impedire possit, Fides autem qua verbo Dei nititur, est infallibilis. Verba igitur hanc institutionis Baptismi sub modis quibusdam & conditionibus ad mentem Saluatoris sunt intelligenda, & hoc sensu infallibiliter credere oportet eum qui baptizatus est, se saluum fore: si scilicet credit vt oportet, & nullum ponat salutis impedimentum. Et similiter quia is qui absoluitur à sacerdote potest habere fructus sacramenti obicem, qui tamen eum lateat, non oportet quod credat se verè absolui in caelis, nisi intelligatur: Credat, id est, non dubitet, & confidat, prout interpretatur Philippus. An tamen dubitanti remitti possint peccata in Poenitentia, vel Baptismo, si dubitatio est propter suam indispositionem, non de Christi promissione, vel Sacramentis efficacia, dicitur circa. 9. articulum. Certum est igitur non requiri absolutam fidem in eo qui absoluitur, & sufficere fiduciam de effectu consequendo. Similiter respondendum ad hoc quod addit: Manducantem omnino & firmiter credere oportet, Corpus Christi non tantum pro aliis, sed & pro se datum esse, & sanguinem pro se fustum in remissionem peccatorum. Nec hoc concludi potest ex verbis Lucae, quae habent, Hoc est Corpus meum quod pro vobis tradetur, Apostolis scilicet, quorum vnus me est traditurus, quamuis modo quodam pro omnibus traditum est, & Sanguis effusus, sed non secundum efficaciam, sed sufficientiam tantum, vt postea dicitur. Et ideo Matthaeus dicit: Hic est Sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur, pro se tamen quisque corpus traditum, & sanguinem fustum certò confidet, sed diuersa sunt Credere & Fidere, quod intellexit etiam Philippus.

Nam

Nam prius ad intellectum, posterius ad affectum pertinet. Ex quibus patet improbabile esse quod inferatur: Ex quibus euidentis est, necessarium esse fidem, &c. vt sic verum sit, non Sacramentum, sed fides sacramenti iustificat. Nam ex dictis patet, quod fides, qua credit se certo consequitur id quod sacramentum promittit & donat, temeraria est, non necessaria: quamquam in adulto sit necessaria de hoc fiducia. Nec villo modo consequens est quod fides sacramenti, & non sacramentum iustificat. Nam de fide sacramenti nulla haec tenus est facta mentio, sed de fide promissionis: & ex dictis patet, quod sacramentum iustificat, & similiter fides qua per dilectionem operatur, non proprie sacramenti: ea enim est fides qua credimus sacramentum suscipere. Et quando dicitur: Vbiunque verbum Dei est, ibi fides hominis in ipsum requiritur, saepe responsum est non esse verum, quando verbum Dei est operatorium sine intelligentia eius ad quem dirigitur. Et verum est quod multi sacramenta suscipiunt, qui tamen non iustificantur, sed damnantur magis, quia sine fide suscipiunt, illa scilicet, quam vnumquodque requirit: singula enim peculiarem requirunt vt preparationem, ita & fidem, modo tamen quem diximus. Non autem ideo damnantur, quia sine fide hac speciali vel apprehendente iustitiam suscipiunt, qua propter temeritatem sic credendi potius impedit effectum, quam cooperatur: nullo igitur modo consequens est quod sola fides iustificat. Nec alia sequuntur quae consequenter concludit Martinus, scilicet haereticam esse sententiam & catholicae sententiae contrariam. Quod sacramenta nouae legis conferunt gratiam his qui non ponunt obicem. Quod nullum motum cordis bonum, nullum bonum propositum scholae requirunt in adulto suscipiente sacramenta, iam doctum est falsissimum esse, & incredulitatem habent pro obice, quando sine fide docent sacramenta non esse salutaria. De attritione & fide acquisita dicitur circa articulos. 4. & 9. Ex dictis manifestum est, quod nec sola fides iustificat, sed & sacramentum: nec omnis fides, ne promissionis quidem diuinae, sed ea sola qua amore Dei animum inflamat, & veteris vitae inducit poenitentiam, vt ipsimet aduersarij consentunt. Docent enim, quod fide nemo apprehendit iustitiam & remissionem peccatorum, nisi noui diuinitate in eo fequantur affectus, & in nouum hominem transformetur. Magnam enim fidem habebant, qui in nomine eius eieciabant daemonia, prophetabant, & virtutes multas faciebant: quibus tamen aliquando confitebitur Dominus, quod nunquam eos nouit, quibus tamen si per sacramenta spiritum suum aspirasset, fuissent iustificati, & inter filios Dei computari. Et ideo in hoc etiam peccat argumentatio Martini, quod supponit omnem fidem Sacramenti, vel promissionis Dei, iustificare, quod palam scripturis aduersatur. Et quamuis necessaria esset fides in sacramentis suscipiendis, non tamen ad hanc excitandam, vt saepe diximus, sunt instituta principaliter. Nec aliqua ratione fide apprehenditur iustitia aut remissio peccatorum, nisi sicuti dispositione praeterea iustificationi.

EX quibus patet solutio ad argumentum Philippi propositum fo. 23. Sacramenta, inquit, noui testamenti principaliter instituta sunt, vt sint signa voluntatis Dei erga nos, &c. Nam saluum hoc esse ex scripturis, & Patribus monstratum est. Nec satis erat hoc dicere sine scripturis, sine Patribus, sine Conciliorum definitionibus ad stabiliendum hoc dogma nouum, nunquam in Ecclesia auditum, quo etiam vniuersa sacramenta euertuntur & tolluntur. Scio Philippe quod nullam potes hinc adducere scripturam persuadentem, nullum veterum scriptorum. Primus hanc sacramenti rationem excogitauit praceptor tuus Martinus, vt fidem suam specialem & distinctam auditoribus suis obruderet & commendaret, & vniuersa Ecclesiae sacramenta aboleret, & quasi nouus legislator abolitis veteribus noua institueret & obruderet, nouasque leges ea suscipiendi, hic certe oportebat certissimas & clarissimas adducere scripturas, quae cogent contra omnium veterum & totius Ecclesiae catholicae ex scripturis iudicium tuae hinc subscribere nouitati, quam etiam alij doctrinae veteris hostes, vt Hulricus Zuinglius, Martinus Bucerus, & doctores Tigurini, vt erroneam, & scripturis aduersantem improbant. Nec tu hanc fidem specialem ad mentem Magistrum tui Martini tueri potes, imò improbas & ad affectum & fiduciam eam transfers. An non crederetur promissioni & verbo Dei, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, nisi admonitione eius facta per Baptismum? Nemo Baptismum vtiliter suscipit, nisi ex fide huius verbi, salte implicita praecedente, accedat: Ex ea enim in salute & remissionem peccatorum se baptizandum confidit. Sed audiamus eum hoc dogma probatem:

Sacramentum non fides sacramenti iustificat.

Lutherum re-  
fellit Mel-  
sthor, Buc-  
cerus, Zuing-  
lius.

Ita

Art. 10. 8.

Fides Bap-  
tizando quae  
necessaria,  
Art. 10. 8.

Ita inquit coniungimus sacramentum & promissionem quasi signum, videlicet ad signatum, sed vos primi sic coniungitis, ante vos nemo, sed sacramentum coniunxerunt promissioni omnes, quasi dispositioni ac ordinationi diuinæ & rationi, ex qua efficaciam habet, & salutem operatur: rei autem promissæ tanquam efficaciter significatæ. Et sicut promissio, inquit, fide accipienda est: ita & in omni vsu sacramentorum fides accedere debet, quæ statuat nobis verè contingere, quæ in promissione generaliter promittuntur. Nullas hinc audimus scripturas, nullum verbum Dei, quod totius regni Põrificij, quod dicunt, hoc est totius Ecclesiæ catholicæ, subuertat sententiam. Est quidem fide accipienda promissio Dei, sic & comminatio, & omne eius verbum: sed qua consequentia, propterea oportet in vsu sacramentorum fidem accedere, quæ statuat mihi verè contingere, quæ generaliter tantum & sub modo & conditione promittuntur, vt tu quasi primarium fidei articulum doces? & si fides accederet, non propterea huiusmodi fides quam doces tu hic, & in Locis retractas. Nam statuere ad intellectum pertinet. Et quid absurditatis est, si negetur hæc hypotesis, quam repetis frequenter tanquam fidei articulum, quod promissio fide accipienda est, & quod non nisi fide apprehenditur: magis enim pender eius impletio à veracitate promittentis, quàm à fide & credulitate eius, cui est ex promisso aliquid præstandum. Nunquid incredulitas, eorum, inquit, Apostolus, fidem Dei euacuauit? abest. Est autem Deus verax, vt in promissis, ita & in comminationibus, & in omni verbo suo: omnis autem homo mendax: multa enim promissã præstatur non credentibus, & vni plerumque promittitur, quod præstabitur alteri. Multa largitur Deus beneficia ignorantibus, multa non perentibus, quibus & ingrata sunt, multa diffidentibus. Quod enim sumus, quod paschimur, quod in vita seruamur, Dei sunt beneficia, quæ accipiunt etiam amentes & infideles, qui ea non credunt à Deo donari: & ex Christi promissione infantes accipiunt in baptismo beneficia promissã, quorum nullam fidem habere possunt, nullamve notitiam: & Naaman Syrus à læpra sanatus est de hoc diffidens: & in scripturis promittuntur beneficia vni, quæ præstata sunt aliis promissionum ignaris, quales sunt promissiones factæ ad Abraham: nec fide accipimus promissionem aut rem promissam, sed animo & affectu cum gratiarum actione complectere, quod certa spe prius ex promissione expectabamus: sicut si corporale est quod promittitur, manibus ipsum apprehendimus quando donatur, nam spei siue expectationi, apprehensio eius quod expectabatur, succedit: sicut quod comminatur Deus, non fide, sed animo patiente suscipiendum est, vt dicamus cum Iob: Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est. Nunquam igitur propriè fide accipimus bona vel mala à Domino, sed animo & affectu, quasi manibus extensis.

Sed pro hac fide, qua certò & infallibiliter se credat quis iustificari, & effectus sacramentorum suscipere, adhuc obijcitur: sacramentum significat effectum fieri ad quem est institutum, quasi verbum Dei visibile, qui vt operatur sacramentorum effectus, ita eos fieri, & se illos operari loquitur: non solum in genere sicut promissio, sed singularim in suscipiente. Nam sicut baptismus operatur remissionem peccatorum in eo qui baptizatur, ita & hoc significat. Cum igitur omni verbo Dei debeatur certa & infallibilis fides, oportet eum qui baptizatur credere, quod lauatur anima à peccatis, sicut foris à foribus per aquam corpus: hoc enim dicit Deus per verbum sacramenti visibile & audibile, dicit & eis qui absoluuntur à sacerdote, peccata remitti in cælis. Suscipiens igitur hæc sacramenta debet credere sibi remitti peccata quasi ex verbo Dei. Et instituta sunt ad hanc fidem excitandam, qua credimus peccata nobis remitti. Hoc enim Deus per sacramenta singulis loquitur: signum autem est institutum ad representandum signatum. Respondetur, quod hanc significationem aduersarij cum quibus agimus, non tribuunt sacramentis, sed solum commemorationem promissionis scriptæ in Euangelio: Qui crediderit, & similia, quas qui fide apprehenderit, saluus erit, Fide salutem apprehendente, & ideo eorum sententiæ patrocinari non potest. Nec tamen concludit supposita etiam hac significatione: multi enim hypocritæ, multi scelerati, qui nulla vitæ præterita penitentia tanguntur, sacramenta suscipiunt, quibus nec ipsi concedunt peccata remitti. Et nisi quis crediderit ea fide quæ spiritum innouat, & in Deum transformat, non docent eum per baptismum saluum fieri à peccatis: significatio autem baptismi respondet huic ordinationi Christi, & significat Christum offerre gratiam, & operari salutem quantum in ipso est, sub modo quodam & conditione. Si scilicet crediderit, vt oportet, fide scilicet penitentiam adducente, nullumq; salutis inueniatur impedimentum. Et ideo beatus

tus

rus Petrus compunctis corde dixit, penitentiam agite, & baptizetur, &c. post fidem, & cordis compunctionem adhuc requirens penitentiam ad accipiendam per baptismum remissionem peccatorum. Et Eunuchò dicente, Ecce aqua, quid me prohibet baptizari? dixit Philippus: Si credis ex toto corde, licet, ex quibus fidem non sufficere sine sacramento ad peccatorum remissionem ostendit. Similiter beatus Ambrosius interpretatur verbum Apostoli dicentis, quod Deus vult omnes homines saluos fieri: omnes, inquit, qui salui fieri volunt: ita in sacramentis significat se offerre gratiam, & operari in his qui ea suscipiunt, si tamen ipsi velint accipere, si sint ipsi capaces & dispositi. Nam nulli inuoluntario Deus obtrudit remissionem peccatorum & iustitiam.

Multiplex enim est sermo Domini, quidam secundum conditionem & modum certum, alius absolutus: quidam comminationis, & secundum voluntatem antecedentem: alius secundum aternum eius propositum & voluntatem consequentem. Qui autem aliter intelligeret verba Domini, quàm intelligit ipse, falleretur, & sum sensum adderet verbis eius. Sic deceptus est Ionas intelligens verba comminationis quasi præscientiæ: Institutio autem sacramentorum habet, quod Deus semper afflert & operabitur secundum suam ordinationem effectus eorum, hoc est, quando non est obex in suscipiente, nec deest debita preparatio. Et secundum hanc institutionem intelligenda est efficax eorum significatio. Oportet enim in omni sermone Dei diligenter obseruare & cum reuerentia, quid loquatur, & accipere eo sensu quo loquitur. Et sermone Domini secundum absolutam eius dispositionem, firma, absoluta & infallibilis fides adhibenda est. Ei autem qui est conditionalis, aut secundum voluntatem Dei antecedentem, aut qui est comminationis, non absoluta fides, sed conditionata, hoc est, secundum eum sensum quem intendit Christus loquens, est adhibenda. Et esset temeritas & abusus verborum Domini, quando loquitur conditionaliter, aut sub modo, aut secundum voluntatem antecedentem, (sicut in sacramentis loquitur) absolute & simpliciter credere.

Sed obijcitur: Non minus Deus operatur & loquitur per ministros suos in sacramentis, quàm si per se sacramenta ministraret. Sed Deo dicente mihi: absoluo te à peccatis tuis, deberem credere, quod mihi verè essent peccata remissa, ergo similiter sacerdote me absoluto & domino baptizante & dicente: Ego te baptizo, & car. quasi verbo Dei porteret credere quod abluitur anima à peccatis, sicut Maria Magdalena tenebatur credere verbis Christi: Remissa sunt tibi peccata tua. Et paralyticus, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Cui respondetur: quod verbis Christi absolute asserentis peccata mihi esse remissa & me saluandum, simpliciter credere oportet infallibili fide, sed verbis quibus loquitur per se vel ministros in sacramentis, credere oportet in eo sensu, quo Christus ea intelligit: intelligit autem siue per se, siue per ministros loquitur conformiter sacramentorum institutioni, vt iam dictum est. Et ideo etiam Christus dicente: Ego absoluo te post auditam peccatorum confessionem, quasi ministro in sacramentorum administratione, vel ego te baptizo, non essem certus infallibili fide, peccata mihi esse remissa, secus dum quasi potestate excellentiæ sine sacramentorum administratione diceret: Absoluo te à peccatis tuis, aut remittuntur tibi peccata tua, qua vsus est apud paralyticum, Magdalenam, & latronem. Nam hæc affirmatiuè dixit verbo efficaci, non sacramentali. In cena autem ministrando sacramentum Eucharistiæ, ministrum se exhibuit sacramenti. Et ideo apud Iudam non habuit effectum sacramentum Eucharistiæ, quem significabar, nec baptismus fortassis quo eum baptizauit. Est igitur sacramentorum significatio secundum voluntatem antecedentem sub modo, aut conditione, vel est significatio effectus præstandi quantum in ipso est, & suscipiente disposito, & magis quod offertur quàm quod simpliciter causatur. Saepè enim non accipimus gratiam non quia non offertur, sed quia oblatam non accipimus, vt docet B. Anselmus in lib. de casu diaboli.

Quod autem fides in sacramento iustificat, & non sacramentum. Martinus confirmat ex Augustino, tractatu super Ioannem: Vnde inquit ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat? nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens, hoc est, verbum fidei quod prædicamus, ait Apostolus, quia si confessus fueris in ore tuo, quia Dominus est Iesus, & credideris in corde tuo, quia Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde in Actis Apostolorum legimus, fidem udans corda eorum. Et in epistola sua beatus Petrus, Sic & vos, inquit,

C Baptisma

Melanchthon suum dogma in Locis retractat. Promissio, Deum promittentem respicit, non credentem hominem aut fidem.

Art. 1. 25

Sermo Dei non vni est generis.

Peccatorum remissio, qua certitudine ex sacramentis speranda.

An fides in sacramento iustificet, an sacramentum potius.

Baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio, hoc est, verbum fidei quod praedicamus, quo sine dubio vt mundare possit, consecratur & baptismus. Ex quibus videtur, quod secundum mentem eius sola fides in baptismo operatur salutem: ait enim quod aqua cor abluit faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur, & multa prosequitur de fide, quod corde creditur ad iustitiam, & ex actibus fide mundans corda eorum. Pro huius sententiae beati Augustini, quae obicitur ritatem habet, intellectu, quod eam praecedit & quod sequitur, hic inferere oportet: tractat enim verbum Domini Ioannis. 15. Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis: & quarit, quare non ait, Mundi estis propter baptismum quo loci estis? sed ait: propter verbum quod locutus sum vobis, nisi quia & in aqua verbu mundat, verbu, in qua, quod locutus sum, per baptismum disponens mundare conscientiam, Detrahe verbum huius dispositionis, & quid est aqua nisi aqua? accedit verbum hoc ad elementum, & fit sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbu. Nam & hoc quod scilicet aqua & elementu mundat, & quod mundi essent propter baptismum, hoc utiq; dixerat quando pedes discipulis lauit, dum ait, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus: ibi namq; dixit, quod mundi essent propter baptismu quo loci erant: & quarit, Vnde ista tanta virtus aquae, vt corpus tangat, & cor abluat? & respondet, quod faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur. Docet igitur Augustinus Christu prius dixisse, quod mundi essent propter baptismu: nunc autem dicens, quod mundi essent propter verbu quod locutus fuerat, insinuat causam ob quam virtute hac habeat Baptismus, ob verbu institutionis sacramenti. Quomodo autem intelligat: Quod hanc virtute aqua habet faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur (vnde istud ducitur argumentu) ipse explicat: Lege, inquit Apostolu, & vide quid dicat vt Ecclesia sanctificaret, mundans eam lauacro aquae in verbo. mundatio igitur nequaquam fluxo & labili tribueretur elemento, nisi adderetur in verbo, hoc verbu Fidei, quod scilicet hic loquitur Apostolus, loquitur & Dominus, tantum valet in Ecclesia Dei, vt per ipsam credente, offerente, benediciente, tingente etiam, paruulum mundet infante, quamuis non valente corde credere ad iustitiam. Et explicans quod nam sit hoc verbu quod locutus est Dominus, & quo accedente ad elementum fit sacramentu, totum, inquit, hoc fit per verbu de quo Dominus ait: Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis, verbu videlicet: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, & similia: non autem propter verbu in quo consistit forma Baptismi: & series orationis huc sensum requirit. Mundat igitur aqua propter verbu, non quia dicitur, sed quia semel dictu est a Domino, & nunc creditur impersonaliter, non a ministro vel offerentibus, vel eo qui baptizatur: Et virtus verbi semel dicti in aeternu manet, & in ipso verbo, inquit Augustinus, quod locutus est Dominus, aliud est sonus transiens, aliud virtus manens, sicut semel dictum est: Germinet terra herba viuentem, & illius verbi virtute adhuc germinabit semper. & quando citat Apostolu dicentem, verbum Fidei esse quod ipse praedicabat, & scriptum fuerat in Deuterio, intelligit, & verbum illud quo accedente ad aquam fit Sacramentu, esse verbum fidei quod nos praedicamus, per quod sanctificamur, & virtutem accipit Baptismus, & verbu B. Petri, Baptisma saluos facit, verbum Fidei est. & similiter quod ait Dominus: qui lotus est non eget nisi vt pedes lauet: hoc igitur verbum quia creditur ab Ecclesia, ab offerentibus & tingentibus, paruulum baptizatur, & aqua virtutem accipit ab eodem verbo, vt corpus tangens cor abluat, eademq; virtute ad peccatum mundat.

**V**erum tamen est, quod adultus non mundatur, nisi credat saltem confusis quod Baptismus est in remissionem peccatoru, & ita hoc verbum credi debet ab eo etiam qui baptizatur, vt superius diximus. Non igitur ex hoc verbo Augustini dicere oportet, quod in sacramentis vt efficacia sint, necessaria sit fides Ecclesiae, sicut dicit B. Bonauentura in 4. dist. 3. q. 3. & Petrus de Palude distinct. 1. q. 5. art. 5. quanquam hoc proposito sit impertinens. Non enim alicuius fides, sed sola victima crucis in baptismo saluos facit, & peccata remittit, facit tamen fides quod sacramenta ministrantur & suscipimus. Et si beatus Augustinus loqui intelligatur de verbo in quo forma sacramenti consistit, recte dicit. Na & hoc verbo accedente ad elementu, virtute habet anima mundandi, non ratione soni dicendo transeuntis, sed mysterij crediti & significati ex Christi institutione.

**O**bjicit etiam Hulricus Zuinglius contra hanc efficaciam operati sacramentu. Deus solus liberare potest conscientiam: soli enim ei nota est, solus eam penetrat: qui ergo fuerit, vt aqua, ignis, oleu, sal, lac, & crasse istae res ad mentem usque perueniret, quod diu non possunt, quo pacto mundare poterit? Nemo igitur conscientiam purgare potest nisi solus Deus, quod nouerant Pharisaei dicentes Lucae 5. Quis potest dimittere

Zuinglii argumentu contra efficaciam sacramentu.

mittere peccata nisi solus Deus? quo argumento quanquam infirmo Zuinglius se conuincit dicit, quod nulla est sacramentorum efficacia, & dolet Germanis hanc vocem sacramentum fuisse receptam, eo quod dum hoc nomen audiuim, iam aliquod magnum sanctumq; intelligunt, quod vi sua conscientiam a peccato liberet, vt & superius diximus.

In libro de vera & falsa religione.

Cui argumento respondemus, quod Saluator corrigat Pharisaeorum sententiam, & docet, quod & filio hominis data est haec potestas remittendi peccata, quam transfudit ipse, vt scribit Ioannes Chrysofost. in Apostolos & sacerdotes lib. 3. de sacerdotio. Neq; enim Patet iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. & beatus Ambrosius lib. 2. de poenitentia, cap. 2. & lib. 1. cap. 2. & si modo quoda solus Deus peccata dimittit, dignatur tamen vt hominu ministerio & rebus externis, quae imaginem & similitudinem habent effectus grauiti, quem in anima operatur, vt eis tanquam signis sensibilibus instruamur quae a Deo nobis per sacramenta donantur. Nec oportet, quod crassa ista & sensibilia ad mentem perueniant: de hoc enim non est quaestio fidei, videlicet an virtute in se habeant, qua instrumentaliter mentem contingant, vt gratiam in ea, vt instrumenta, operando (quod tamen vt faciant, Deus facere potest, cum non sit impossibile apud Deum omne verbum) istis est quod Deus sub sacramentis corpori adhibitis ad mentem perueniat, hocq; fieri per sacramenta significet, qui cum eis & per ea mentem purgare potest, sicut sine eis. Quod autem placuit ei mentem mundare, & peccata dimittere eis adhibitis, ex scripturis probatum est, & ex magistro Hugone de sancto Victore superius monstrauimus hoc conuenire diuinae clementiae & nostrae infirmitati.

**O**bjicit praeterea Zuinglius. Non alligat Deus virtute sua sacramentis, vt debeat semper operari in eis saluare, qui sacramenta suscipiunt, & negligere alios, sed quos ante mundi constitutionem elegit, hos vocat, iustificat & saluat, quado & quomodo sibi placet, & multos sine sacramentis, sicut olim beatus Iob sine circumfusione & sacramentoru legis obseruatione, indignu diuinae Maiestati videtur, quod quasi seruus & nobis obligatus debeat operari nostrae salutis adhibitis sacramentis, & non sine eis. Eius enim est opinio, quam post eu sequitur Mart. Bucerus in coment. super Matth. 3. c. (vt diximus) quod sacramenta nihil ad saluare conducunt, sed signa tantum sunt apud homines: Nec ideo inquit paruulum saluatur, quia baptizatus est: multi enim baptizati, statim post baptismu mortales danantur. & alij non baptizati saluantur.

In qua eorum assertionem, licet intolerabilem agnoscere horum aduersariorum temeritatem & arrogantiam, quibus in hoc reclamant Martinus Lutherus, Philippus, & eorum sequaces: sequuntur autem Doctores Tigurini, vt etiam dictum est superius. Cui responderetur: Quod verax est Deus in promissis, & in omnibus verbis suis, & cum sit veritas non est in eo Etiam & Non, sed semper Etiam: eius autem verba sunt: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: & Quorum remiseritis peccata, &c. & similes sunt eius de alijs sacramentis ordinationes, vt diximus. Nihil itaque agit contra suas promissiones, qui omnia suauissimè ordinat, & sapientissimè disponit. Sacramenta autem vt essent nostrae salutis media & adiutoria in sua sapientia, vt diximus, dispositi, vt per ea nos iustificaret & saluaret: sequendo autem suae sapientiae consiliu per ea nos iustificaret & saluaret: sequendo autem suae sapientiae consiliu per ea iustificat & saluat, & alios negligit, qui sua culpa sacramentoru adminiculo destituuntur: vel electi non sunt vt eis applicentur, & salui fiant. Nec tamen seruantur, nisi quos elegit ab aeterno, & hi omnes: hos enim, sicut gratiose elegit vt iustificaret & saluaret, ita etiam peruenire facit ad sacramenta salutis. Absit (inquit beatus Augustinus libro quinto contra Iulianum) vt praedestinatus ad vitam sine sacramento mediatoris finire permittatur hanc vitam: & lib. 2. de origine animae cap. 9. Non saluantur praedestinatione nisi baptizati, & cap. 7. de cor. & gratia. Qui praedestinati sunt audient Euangelium, & lib. 5. Hypogosticon: Et beatus Iob non erat data circumcisio, nec sacramenta legalia, quae multo tempore ipse percipere, sed sacramentis & sacrificijs sibi suaeq; genti datis, saluatus est ex gratia & merito Christi, quem venturum expectabat. Nec quicquam Christus se iudicat indignum, quod electorum promouet salutem, & praestat quod disposuit & promissit, vt sic in verbis suis verax & fidelis inueniatur. Plurimum autem, vt diximus, eoru saluti conducit, quod saluatum operando simul per signa, hoc ipsum nobis manifestet. Nec seruitus est Dei, sed magna benignitas & veracitas implere & facere quod sua voluntate misericordiam in nostram salutem facere disposuit. Nam sicut ordinauit, Qui percussus a serpentibus aspexerit serpentem, aneu uiuere: & Quicunq; prius descendisset in piscinam post motionem, sanus fieret a quacunq; detineretur infirmitate: Ita quod quicunq; lotus fuerit in nomine Christi in piscina salutis, qua ipse mudat Ecclesiam suam, renouabitur, & a peccatis

peccatis mundabitur: quando igitur hoc præstat, non seruitus est, sed veracitas, & suæ ordinationis impletio. Nam & in principio nascentis Ecclesiæ in linguis igneis & impositione manuum dabat Spiritum sanctum. Quod videns Simon, dicebat Apostolus: Date & mihi hanc potestatem, ut cuiuscunque impofero manus, accipiat Spiritum sanctum.

**A**rguitur etiam contra numerum & efficaciam Sacramentorum. Nam si credendum est septem esse Ecclesiæ Sacramenta, &c. oportet de hoc esse verbum Dei, Scripturam scilicet, vel saltem generalis concilij definitionem. sed Scripturis apparenter respondent aduersarij & in concilio Florentino, quod per articulo citatur, magis proponitur doctrina quam de Sacramentis docebat Ecclesia Romana, quam fiat synodalis definitio eius, quod firma Fide de Sacramentis tenendum est, & sententiæ sanctorum, & præcipue B. Augustini, non possunt facere doctrinam Fidei, & probabiliter multi doctores catholici docent Matrimonium non esse propriè sacramentum gratiam conferens, & sola ratiocinatione colligitur Ordinem conferre gratiam: & Confirmatione tam absurdè videntur loqui Melchisedes Papa, & alij quidam illius temporis, vt merito tota eorum reiiciatur sententia. & Eucharistia continet quidem corpus & sanguinem Domini, & ideo est sacramentum tanquam rem sacram continens: sed nusquam scriptura docet, quod suscepta gratiam conferat, nisi spiritualiter Fide & amore suscipiatur. Ex quibus eadem sequetur gratia non suscepto sacramento, & de Pœnitentia docet Magister in sententijs, & post eum quidam doctores Alexander de Hales, & sanctus Bonauentura, quod solum declarat remissa esse peccata, non autem quod ea remittat: quod autè gratia auget, nusquam habet scriptura. & extrema Vnctio testimonij quidè habet à Iacobo, sed quando gratia curationis adhuc erat in Ecclesia. Cui argumento respondetur (quod circa singulos articulos ostendimus) aduersarijs Scripturis non satisfacere. Et ne vlla in futurum de Fidei veritate apud Armenos fieret hesitatio, vt Acta testantur, sub quodam compendio, sacrosancto approbante concilio, Eugenius tradidit orthodoxe Fidei veritatem, & ita definit quidem firma Fide de Sacramentis credendum esse. & concilium Tridentinum dicit anathema his, qui docent non esse septem Sacramenta gratiam conferentia, vel non habere virtutem sanctificandi ex opere operato, & quæ Augustinus, & Patres de sacramentis docent, ipsi in Ecclesia catholica prius didicerant, & ideo non suam, sed Ecclesiæ tradunt doctrinam, quæ columna est & fundamentum veritatis. Et doctores qui tradiderunt Matrimonium non esse propriè sacramentum, & per pœnitentiam non remitti peccata, mutarent suam sententiam audita definitione Ecclesiæ in Oecumenicis Concilijs, quæ conformis est & consentanea Scripturis sacris, ex quibus solus Augustinus & alij maiores docuerunt, per sacramentum Pœnitentiæ & claus Ecclesiæ, peccata verè remitti, & Confirmationem, & Ordinem esse sacramenta: quæ latius in sequentibus prosequemur. Et quia dominus dicit: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, omnem effectum quem materialis cibus & potus quo ad vitam efficiunt corporalem sustentando, augendo, reparando & delectando, eum sacra Eucharistia, quatenus vitam scilicet operatur spiritualem, vt docet sacrum concilium Florentinum: Proprius enim eius effectus est, adunatio hominis ad Christum: Qui manducat, in quiebat, meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Et quamuis B. Augustinus exempli gratia aliquando duo tantum Sacramenta nominat, vt in lib. 3. de doctrina Christiana, vbi ait: Dominus tempore libertatis reuelatæ pro signorum veteris legis multitudine, quædam pauca pro multis, eademque factu facilima & intellectu augustissima, & obseruatione castissima tradidit, sicut est Baptismi sacramentum, & Celebratio corporis & sanguinis Domini. & cõtra Faustum lib. 19. cap. 14. Et in epistola. 118. ad Ianuarium, & circa psal. 103. vbi ait: Respice ad munera Ecclesiæ, munus Sacramentorum in Baptismo & Eucharistia, vbi addit, & in cæteris sanctis sacramentis, quale munus est & ipse Symon Magus adeptus. Sed vt diximus, exèpli causa hæc nominat, & ideo dicit: Sicuti est, & non dicit: Quæ sunt. Nam. 2. lib. contra epistolâ Petilianam cap. 104. & lib. 3. contra Donatistas cap. 16. dicit Confirmationem esse Sacramentum & Ordinem lib. 2. contra epistolam Permeani cap. 13. & de adulterinis coniug. lib. 1. cap. 28. dicit Pœnitentiam esse Sacramentum eandem Baptismatis & reconciliationis esse causam, si fortè Pœnitentiam finiendæ vite periculum præoccupauerit: & idem dicit cap. 6. 2. lib. & circa psal. 103. addit Baptismo & Eucharistia etiam alia Sacramenta, sic in alijs locis explicans, quod exempli causa alibi dixerat.

**C**ontra formas Sacramentorum argumentatur Ioannes Brétius in explicatione Baptismi: *Christus non collocauit fundamentum Baptismi super certis literis, syllabis aut dictionibus,*

*Plura sacramenta duobus D. August.*

nec alligauit nos ad certa verba: non enim instituit Magiam, quæ ad certam verborum formam aut ritum alligata est, sed instituit celestia Sacramenta, quæ constant sua ipsius sententia & voluntate, his vel illis verbis nobis significat: itaque si quis post recitationem Symboli Apostolici in Baptismo dixerit ad baptizandum hæc verba: *audiuisti non ex te confessionem Fidei tuæ, quod credas in Deum Patrem omnipotentem creatorem celi & terræ, & in unigenitum Filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, & in Spiritum sanctum: In hæc igitur confessionem & Fidem intingo te in aquam, seu perfundo te aqua, vt hoc significatio certus fias te infernum esse in Iesum Christum, & communionem omnium bonorum, & c. rade ergo in pace: hic corde Baptismus est, verè Baptismus, quia continet ea quæ ad Baptismum necessaria sunt, & recitata est sententia verborum Christi, & si sonus ipse verborum paululum immutatus videtur. Hæc, inquit, visum est addere, non quod præmittendi sui forma rursus verborum. Ego Baptizo te in nomine Patris: sed vt verba Christi rectè intelligantur, & Magiam à vera celestium Sacramentorum consecratione longe discernere discamus.*

**E**t contra discrimen Sacramentorum veteris & noui testameti argumentatur Mart. Luth. *Carsa quæ monet, inquit, docere Sacramenta noue legis dare gratiâ, hæc est, quod aliqui nõ videntur differencia diabolis inter nouæ & veteris legis Sacramenta: vetera enim in Fide suscepta iustificabunt, hæc est, his qui boni erant vitia fuerunt, ergo noua debent efficaciora esse & prodiosæ etiam his qui boni non sunt, vt boni fiant, cum noui restant omnia perfectiora, quam veteris esse debeat: nos autè dicimus, nec noui, nec veteris testamenti Sacramenta, sed solum fidè iustificasse, sicut Paulus dicit: Iustus ex fide sua iustificatus, & corde creditur ad iustitiam: potius differunt Sacramenta noue legis non à Sacramentis, sed à sacrificijs & ceremonijs sacerdotij Aaronici, quod per hæc mandabantur corpora, vestes, cibi, & vasa, ab immanibus quæ ex natura non erant, sed ex lege Moysi: ideo vt nulla promissio, ita nulla fides in eis erat, at per illa nostra Sacramenta mundantur conscientia à vitijs veris, quæ ex natura vitia sunt: ideo promissio & Fides hic vigent, quod & in multis signis Patrum videre est, quæ ad ceremonias legis non pertinebant. Confirmat autem banc ratiocinationem Diarini Ioannes Caluinus, in Antidoto ad Errorum Concilij Tridentini, circa Canonem secundam septimæ sessionis: Si quis dixerit ea ipsa noue legis sacramenta, à sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia ceremoniæ sunt alia, & alij ritus externi, anathema sit: quando, inquit, sacramentorum ritusque testamenti idem est auctor, eadem promissiones, eadem veritas, idem in Christo complementum, meriti dicimus, externis signis inter se differre, & summam in re ipsa conuenire, sunt enim doctrinæ appendices, atque doctrinæ eadem substantia: sequitur ergo id quoque in sacramenta competere, quod eadem sit eorum substantia, & res eadem. Monet autem, vt ait, Patres Tridentini Concilij, vulgare apud sophistas dogma, Sacramenta legis Moysæ figurasse gratiam, postea verò exhibere: nos autem asserimus Deum semper in suis promissis fuisse veracem, nec quicquam figurasse ab initio, quod non Patribus re ipsa exhiberit. Nam sub Moysæ consistat circumcisio veritas, & tunc eandem fuisse escam spiritualem, eundemque potum, testis est Paulus. Neque tamen interea negamus, quin vberior sub Christi regno percipiatur gratia, & duplicem scilicet indicem, sed quasi digito ostendantur: deinde quod pro ampliore reuelationis modo, sit etiam gratia communicatio vberior. Et simili argumento improbare nititur primum Canonem de baptismo, quo dicitur anathema ei, qui dixerit baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi: Vbi, inquit, eadem est doctrina, eadem gratia offertur, idem seruatur ritus, statuerit: est ibi similitudo: si quid in tribus istis diuersum habuerit Christi baptismus à baptismo Ioannis, vitiosè eos fatcor.*

Nihil momenti argumenta hæc habent, & vehementer dolendum est, quod viri docti ob sophisticam huiusmodi rationum apparentiam, veterum relinquunt doctrinam: non enim Magia est, nec superstitio, si determinatæ significationis verba, certosque ritus requirit baptismum, illisque vt salutem operetur ex Christi institutione sit alligatus: sicut Magia non erat, quod Naaman Syrus septies in Iordane lauaretur, & sanitate exemptaret: Nec quod qui respiceret in serpentem æneum in palo erectum, à moribus serpentum sanaretur: sed superstitio est & Magia, quando ex pacto saltem tacito cum demone expectatur effectus, vt docet B. Augustinus, lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 22. & lib. 3. cap. 9. Periculosa etiam & erronea est sententia, quod baptismus sine Trinitatis inuocatione celebratus, verum est sacramentum, cum S. Basilius, & Didymus, Ioannes Damascenus, & alij veteres doceant, quod vel vna suppressa aut tacita persona, baptismi tamen frustretur effectus, & B. Augustinus frequentissimè, quod baptismus in verbis euangelicis debeat celebrari. Et Didymus lib. 2. De Spiritu sancto: Licet quis possit existere mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus scilicet personarum prætermittat, sine perfectione tamen baptizabit: vbi tamen aduertèdum est, quod inuocatio & expressio Trinitatis in forma baptismi, magis ex tra-

*Ioannis Brennii argumenta circa sacramentorum formam.*

*Argumenta contra discrimen nouæ & veteris legis sacramentorum.*

*Responsio ad Brennii argumenta.*

*Trinitatis inuocatio, an in bapt. necessaria sit.*

ditione est per manus accepta, quam ex scripturis. Quando enim dicit Saluator, Euntes docete omnes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, potius baptizandi actum in professione Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, secundum formam prius traditam præcepit, quam nomina personarum exprimi, & nouam institueret formam, vt ait B. Thomas in. 4. Sent. Distinct. 3. art. 2. q. 1. ad 3. & artic. 5. q. 2. Multum igitur authoritatis habet traditio Ecclesiæ, non scripta, ex qua cum inuocatione triū per sonarum toto orbe Christiano semper celebratus est baptismus.

Responsio ad argumēta Lutheri & Caluini.

Verum sacramentorum noua & veteris legis distinctio

Argumentatio autem Ioannis Caluini & Martini Lutheri falsum supponit, videlicet, Sacramenta instituta esse ad significandum, & non ad sanctificandum, quod superior est improbatum. Et dicit Martinus se uolūque dicere, nec noui, nec veteris testamenti Sacramenta, sed solam Fidem iustificasse. Sed ostendimus superior, quod hoc dicunt contra scripturas, & concordem Conciliorum, & Patrum sententiam, & beati Pauli sententiis, quas hic citant, respondimus. Et reclamatione Apostolorum Paulus. 9. cap. ad Hebræos. & 1. ad Corinth. 10. ei quod dicit nullam promissionem, nullam futuri Christi prænuntiationem fuisse in figuris & cæremonijs sacerdotij Aaronici. Et ait B. Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei, quod Moyses Christum prophetauit per figuras obseruationum carnalium in tabernaculo & sacerdotio & sacrificijs, alijsq; mysticis, plurimisque mandatis. Et quia significabant mysteria Christi venturi sacrificia illa sicut sacramenta, ideo & fide in eis apprehendebantur.

Alia promissio sacramentorum veteris, alia nouorum. Augustinus.

Nec verum est, quod eadem sunt promissiones veterum & nouorum Sacramentorum: hæc enim non promittunt, sed largiuntur gratiam, quam illa promittebant. Nam definiuit Concilium Florentinum, Sacramenta vetera solum figurasse gratiam per Christi passionem dandam, & noua dignè suscipientibus eam conferre, quam doctrinam videtur mutatum esse ab Augustino ex præfatione Psal. 73. vbi ait: Si discernimus duo testamenta, vetus & nouum, non sunt eadem Sacramenta, nec eadem promissa, eadem tamen pleraque præcepta, Sacramenta non eadem: quia alia sunt dantia salutē, alia promittentia Saluatorem, noui testamenti sacramenta dant salutem, & sacramenta veteris testamenti promiserunt Saluatorem. Cum ergo tenes promissa, quid quæris promittentia, Saluatorem iam habens? Et Apostolus vocat Sacramenta veteris legis egea, & infirma elementa, & Baptismum lauacrum regenerationis & renouationis. Nec verum est, quod Sacramenta sunt doctrinæ appendices, quasi sigilla per quæ confirmetur, eo quod instituta sunt ad sanctificandum & præstandum salutem. Et propterea dogma istud, quod Sacramenta veteris legis figurabant gratiam, quam nostra exhibent, non est sophistarum, sed generalium Conciliorum, & beati Augustini ex scripturis desumptum. Et quod Patribus Deus non exhibuit quod eis promissit, clarè testatur beatus Paulus Act. 13. & nos, inquit, vobis annunciamus eam quæ ad Patres nostros re promissio facta est, quoniam hanc Deus adimpleuit filiis vestris. Et Sacramenta nostra non solum quasi digito monstrant Christum præsentem, sed & operantem in eis nostram salutē, vetera verò significabant salutē nostram operaturū, in cuius Fide saluabantur Patres. Et hic obseruandū est, quod beatus Augustinus dicit, Sacramēta esse diuersa, non solum ritibus & cæremonijs, sed & efficacia & significationibus, & similiter diuersa esse promissa: Ioannē tamen Caluinū frequenter hic repetere easdē promissiones Sacramentorū vtriusq; testamenti, imò & substantia vnum & idem esse testamentum vetus & nouū, & solum discrimen esse in administratione & modo tradendi. Ea siquidem tradito, vt docent quæ per typos & figuras veteribus tradita est religio, dicitur testamentū vetus: ea verò qua sine figuris atque ipsa re nobis traditur Christus, qui omnia legis & prophetarum mysteria impleuit solus, nouū dicitur testamentū, super quo prolixum caput scribit in sua institutione. Et Henricus Bullingerus in libello quem inscribit de testamento seu fœdere Dei vnico & æterno. Quibus reclamatione Apostolus Paulus palam docens in epistola ad Galatas dno esse testamenta, vnum in seruitutem generans, & alterum adducens libertatem. Et cap. 3. eiusdem epistolæ ad Galat. promissiones Abraham factas insinuat nouum esse testamentum, & legem per Moysen datam esse testamentum vetus: & ex Hieremia in epistola ad Hebræos, propter quod B. Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 11. Educto, inquit, populo in monte Sina, Moyses diuinitus acceptam tradidit legem, quod vetus dicitur testamentum, quia promissiones habet terrenas, & per Iesum Christum nouum futurum fuerat testamentum, quo regnum celorum promittitur. & lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum, ostendens Patres & Prophetas re ipsa fuisse

Sacramenta non esse appendices doctrinæ.

Caluinus citat D. Augustinum. pugnat.

Non idē esse testamentum nouum cum veteri. Galat. 4.

Christiana-

Christianos, & ad nouum pertinuisse testamentum: Eligamus, inquit, vtrem antiquos iustos ancillæ filios dicamus an libera? absit autem vt ancilla: ergo filij libera: ad nouū pertinent testamentum in Spiritu sancto, quem viuificantem literæ occidenti opponit Apostolus. Nam quo pacto ad gratiam noui testamenti non pertinent hi, de quorum dictis & libris istos eiusdem gratiæ ingratisimos inimicos resellendo conuincimus? Sed dicit aliquis, quomodo vetus appellatur, quod post quadringētos & triginta annos factum est per Moysen: & nouum dicitur, quod ante tot annos factum est ad Abraham? Cui responderet, qui ex hoc non litigio sed studiose mouetur, intelligat primum, quia cum ex anteriori tempore dicitur vetus, ex posteriore autem nouum, reuelationes eorum considerantur in his nominibus, non institutiones: per Moysen quippe reuelatum est testamentum vetus, per quem data est lex, per quam fieret non obolitio, sed cognitio peccati. Erat autem occulta ista lex ab initio, cum homines iniquos natura ipsa conuinceret, aliis facientes, quod sibi fieri nolissent. Reuelatio autem noui testamenti in Christo facta est, cum est manifestatus in carne, & apparuit iustitia Dei: sic enim ait Apostolus, nunc autem sine lege iustitia Dei manifesta est. Ecce qua causa illud dicitur vetus testamentum, quia priori: hoc autem nouum, quia posteriori tempore reuelatum est.

Deinde quia testamentum vetus pertinet ad hominem veterem, à quo necesse est hominem incipere: nouum autem, ad hominem nouum, quo debet homo ex vetustate transire. Ideo in illo sunt promissa terrena, in isto promissa caelestia: quorum tractatio alio loco erit oportunior.

## Articulus Secundus.

Baptismus ad salutem omnibus est necessarius, etiam infantibus, per quem peccata plene tolluntur, & sunt filij Dei, ac hæredes vitæ æternæ: nec inquam iterandum est.



Necessitatem Baptismi ostendit Petrus Apostolus Act. 2. Baptizetur, inquit (his qui compuncti petebant quid essent acturi) vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti: & verbum Saluatoris Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Nec solum necessitatem quam præceptum adducit, verum etiam eam, quæ est ex effectu ad quem est institutus, quomodo necessarius est cibus, necessaria est & medicina ad vitam, & circumcisio post eius institutionem. Quod enim natum est, inquit Saluator, ex carne, etiam si corrupta esset, caro est: nec vltra ea quæ carnis, hoc est, naturæ sunt, assurgere potest, & si ex carne Adæ natum est, iræ Dei, æternæq; damnationi est obnoxium, quæ super ipsum manet, quamdiu in Christo non renascitur, siue hoc culpa eius contingat, siue necessitate: damnat enim regeneratio, inquit B. Augustinus. & sicut in totam Adæ posteritatem per carnalem generationem transfunditur peccatum, ita per Baptismum in Christo regeneramur: in vno spiritu, ait Apostolus Paulus, omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. & ad Galatas: Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis, ad hanc enim in Christo renascentiam, ab eo institutus est Baptismus aquæ, quem propterea Apostolus Paulus in epistola ad Titum, nominat lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè, & mundat Ecclesiam suam lauacro aquæ in verbo vitæ. Quod enim fetui est matrix, hoc fidei est aqua: in aqua enim plasmatur & figuratur, ait B. Chrysost. Homil. 25. in Euangelium secundum Ioannem, & Homil. præcedente. Quod pernecessaria sit aqua, vel inde perspicuum est, quod cum ante aquam spiritus inspirasset, non tamen in hoc quieuit Apostolus, sed ad aquæ necessitatem ostendendam ait: Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Quænam ergo aquæ necessitas? iam absconditum vobis aperiam mysterium: quod multis prosequitur, tandem concludens, quod Catechumenus vsque ad aquam baptismi alienus à

Baptismi necessitas. Titum 3.

Titum 3.

caelestibus regem habet, non Christum sed diabolum: in baptismo verò commutantur omnia, & fit homo totus nouus. Si enim hæc sententia Domini solum necessitatem quæ ex præcepto est, adduceret, non complecteretur eos qui præcepti per ætatem vel amentiam non sunt capaces, nec inculpabiliter ipsum ignorantes, imò nec illos qui ex iusta causa suscipere differentes morte præueniuntur, ne desideratum suscipiant. De quibus dicit B. Augustinus tractatu 13. super Ioannem. Quantumcumque catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis portat, nec illi dimittitur, nisi cum venerit ad baptismum. & lib. 3. de peccatorum meritis ca. 4. & in epistola ad Dardanum, quæ est 77. docet, quòd sine Baptismo nemo Christo incorporatur. Et idem lib. 5. contra Iulianum, cap. 2. & de Ecclesiast. dogmatibus, cap. 74. & quæst. 2. ad Simplicianum in principio. Et de Fide ad Petrum, cap. 3. In alijs locis excipit præter martyrium etiam eos qui ad Deum ex fide conuertuntur, & necessitas à Baptismo excludit, & ideo Magister Sententiarum diligenter hanc questionem tractans 4. distinctione quarti Sententiarum, in cap. his autem, & respondens auctoritatibus supra ex Augustino citatis, dicit, quod in his modis dicit, in alijs capitulis suppleuit, citat 4. precedente. Hi enim omnes à præcepti transgressione excusantur, regnum tamen Dei sine Baptismo introire non poterunt, nisi habeant quod vices eius secundum legem Dei supplere possit, de quo statim dicitur. Nam per vnius hominis inobedientiam, peccatores constituti sunt multi, qui Deo patri reconciliari non possunt, nisi per alterius hominis obedientiam, cuius corpori quasi bona oliuæ secundum Christi institutionem per baptismum, qui fit ex aqua & Spiritu sancto, inseruntur: & ex textu Genes. dicit B. Augustinus de circuncisione. lib. 3. contra Iulianum cap. 18. quid de Isaac dicitur es cui quicquam nec possibile nec impossibile est imperatum? & tamen perditionis animæ suæ pœna feriretur, si octauo die non circuncideretur. Peribit (ait Dominus) anima eius de populo suo, si masculus octauo die circunciditur non fuerit.

Et tamen Baptismus à Christo etiam præceptus, & tanquam præcepti Euangelici transgressor punietur, qui Baptismum suscipere negligit, vel contemnit, si etiam est iustificatus. Nam Fidem conuincitur non habere, ait melissius Bernard. in epist. 77. quæ est ad Hugonem de S. Victore, quæ Sacramentum negligit Baptismi: vera enim & plena Fides vniuersa præcepta complectitur. Est autem hoc vnum ipsumque præcipuum aut ex præceptis, quantum factitium, à Christo pro tempore ordinatum. Et ideo sicut Abraham, tamen si testimonium haberet iustitiæ, ex præcepto Domini est circuncisus, sicut Hieremias & Ioannes Baptista in vtero sanctificati: ita ex præcepto Domini baptizandi sunt, qui plena cordis ex Fide ad Deum conuersione sunt iustificati, vt docet B. August. lib. 4. de Baptismo contra Donatistas, cap. 22. 24. & vltimo, q. 84. super Leuiticis, & quæst. 33. super Numeri, & in epist. 108. argumentum sumens ex eo, quòd B. Petrus baptizari iussit Cornelium Centurionem & domum eius, postquam in eum descenderat Spiritus sanctus. posset (inquit) videri superfluum, vt aqua etiam tingantur, in quibus iam donum Spiritus sancti (quod non nisi baptizatos alios accepisse sacra Scriptura testatur) certo quoque indicio, quod illis temporibus congruebat, cum linguis loquerentur. Et tamen, vt adueniat, baptizati sunt tamen, & in hoc facto apostolica extat auctoritas, vsque adeò debet in quolibet prouectu interioris hominis, si forte ante Baptismum vsque ad spiritualem intellectum pio corde profecerit, contemnere Sacramentum, quod ministrorum opere corporaliter adhibetur, per quod Deus hominis consecrationem spiritualiter operatur: & serui sui Baptismum Christus accipere voluit, vt declararet, quantum pendendum esset suum Baptisma quo ipse erat baptizaturus: videbat enim tanquam peritissimus medicus æternæ salutis non defuturum quorundam tumorem, qui cum intellectu veritatis & probabilibus moribus ita profecissent, vt multis baptizatis vita atque doctrina se præponere minimè dubitarent, superuacaneum sibi esse crederent baptizari, quando ad illum mentis se habitum peruenisse putarent, ad quem multi baptizati adhuc ascendere conarentur: ad quid verò baptismus sanctificatis proficit, & cuius rei in eis sit Sacramentum, Magister in 4. lib. Sententiarum docet distinct. 4. Soler etiam quæri ex beatorum Ambrosij & Augustini sententijs, prodest enim ad remissionem pœnæ temporalis peccatis adhuc debita, & augmentum gratiæ, omniumque virtutum: & facit membrum corporis Christi, eiusque incorporat. Quando autem hoc præceptum & institutio cœpit obligare, an statim post colloquium secretum cum Nicodemò habitum, non satis Patres conueniunt. Nam B. August. lib. de fide ad Petrum, ca. 3. dicitur videtur, quòd statim & ex illo tempore quo Saluator noster dixit: Si quis renatus non fuerit ex aqua

\*adueniat.  
rat.

& spi-

& spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei absque sacramento baptismatis, præter eos qui in Ecclesia catholica sine baptismate pro Christo sanguinem fundunt, nec regnum calorum potest quisquam accipere, nec vitam æternam: quem sensum verba Christi insinuant, Quicumque post hæc renatus non fuerit ex aqua. Rupertus verò in comment. in Ioan. & Bernard. in epist. ad Hugonem, aperte contrariū docent, sed huius discussionem articulus non exigit. Continent igitur verba Saluatoris, Nisi quis renatus fuerit, &c. Sacramenti institutionem, præceptum, & tertio positum ordinationem, qua disposuit neminem saluum fore, nisi renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: etiam si aqua perfundi non posset. Nam renascentia in spiritu determinata est per Christum ad baptismum aquæ tanquam medium ordinariū, quo nascantur filij Dei, sicut tempore Abrahæ disposuerat, quòd masculus, cuius præputij caro circuncisa non fuerit, periret de populo suo. Qui nunc (ait V. Beda) per Euangelium suum terribiliter & salubriter clamat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum. ipse dudum clamabat per suam legem: Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, peribit anima eius de populo suo, hoc est, morte æterna interibit, non temporali tantum, vt August. ait lib. 2. de gratia & peccato originali, cap. 30. lib. 5. hypogosticon. & lib. 2. de nuptijs & concupiscentia, cap. 11. quia pactum meum irritum fecit: Imò semper omnique mundi ætate vtraque necessitate necessarium fuit sacramentum institutum diuinitus pro peccato originali, vt ex superioribus patere potest. Et ideo B. Grego. 4. libro Comment. in Iob ait: Quod apud vos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres pro paruulis sola fides: pro maioribus, virtus sacrificij: & pro his qui ex Abrahæ stirpe prodierunt, mysteriū circuncisionis. Et sacramenti quo paruulis ante institutam circuncisionem subueniebatur, meminit & B. August. lib. 2. contra Pelag. & Cælestium, de peccato originali, cap. 30. & cap. 40. Quòd Deus liberat puillos cum magnis à potestate tenenturum. & lib. 5. contra Iulianum, cap. 9. Non est credendum ante datam circuncisionem famulos Dei, quandoquidem eis inerat mediatoris fides in carne venturi, nullo sacramento eius opitulatos fuisse paruulis suis, quamuis quid illud fuerit, aliqua necessaria causa scriptura latere voluerit. Et lib. 15. de ciuit. Dei cap. 16. Non enim constare certo poterat de paruuli salute, nisi fuisset signum diuinitus institutum, quod significasset ex Dei ordinatione peccatum originale dimitti, eumque in filium Dei adoptari. Ex quo patet absurda falsitas opinionis Martini Buceri, quòd ante circuncisionis institutionem, & vsque ad baptismum, per parentes proles annuerantur populo Dei, apud homines & apud Deum electione æterna, de quo postea dicitur. Nunquam enim defuitum fuit genus & ætas paruulorum remedio, quo in gratiam Patris venire possint, & peccatum quod ex parentibus contrahunt, tolli. Est enim Deus & Saluator non adultorum tantum, sed & infantum. Si enim vnius delicto, inquit Apost. Paulus, mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes in vita regnabit per vnum Iesum Christum. Renasci autem in Christo ex spiritu sancto, omni ætati, omni sexui, & conditioni hominum semper fuit ad salutem necessarium, nec solum hominibus, sed & Angelis necessarium fuit, vt ex fidei spiritu nascerentur filij Dei. Nam immobiles & indispesabiles sunt, sequunturque naturam gratiæ fistorij Dei etiam in Angelis hæc ordinationes: Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Et, qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. & in hominibus, qui incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Nec fidei, nec renascentiæ vices quicquam aliud supplere potest. Qui non crediderit, ait Saluator, condemnabitur: sed modus & medium huius renascentiæ, cum sit positua & voluntaria dispositio diuina pro qualitate temporis, & hominum conditione, quibus hæc varietas conteniebat, mutata sunt, vt docet B. August. lib. de vera relig. cap. 17. Et vt certò de ea constare posset, apud homines semper signum sensibile, vt diximus, instituit per quod regenerentur, nunc baptismum, & prius circuncisionem & sacrificium, vel fidei protestationem. Est tamen & medium quoddam huius renascentiæ, quasi naturale secundum ordinem & naturam gratiæ ita immobile & indispesabile, cui positiua omnia instituta cedere oportet, quando adhiberi desiderantur, nec tamen possunt: quale est verbum Deuter. 30. Quod prope est omnibus, nam semper immobiliter verum manet, Corde creditur ad iustitiam, & ore fit confessio ad salutem: Et, appropinquare Deo, & appropinquare vobis: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: Hi enim sunt modi, quibus quasi naturaliter omni tempore contingere potuit iustitia adultis. Scimus enim Dominus varios casus & necessitatis articulos posse accidere, qui baptismum omnino

Sacramenta  
omnium sunt  
etiam sunt  
omnium  
omnium.

Ex commentarijs  
epistolæ  
ad Rom.



August.  
Baptismi vi-  
cem que sup-  
pleant.

omnino excluderent, nolens aliquos perire, sic in Euangelio de baptismo disposuit, vt secundum instituta sua quasi naturalia adultis nihilominus per martyrium, & cordis ad Deum conuersionem, gratia eius & filiorum adoptio obtineri possent, quando mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus excludit necessitatis. Sic docet B. Ambrosius in oratione funebris super obitu Valentiniani: & B. Cyprianus sequutus B. Augustinus lib. 4. de baptismo contra Donatistas, cap. 22. Baptismi, inquit, mecum aliquid implere passionem de latrone illo, cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, non leue documentum B. Cyprianus assumit. Idem etiam atque etiam considerans, inuenio non tantum passionem pro nomine Christi, quod ex baptismo de-erat, posse supplere, sed etiam fidem conuersionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum. Nec quia credidit passus est, sed dum patitur credidit. Quantum itaque valeat etiam sine visibili sacramento baptismi quod ait Apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est, & multo magis in Cornelio & amicis eius: Et idem lib. 3. de origine anime, cap. 9. & lib. 1. cap. 9. & lib. 13. de ciuitate Dei, cap. 7. ait. Quicumque etiam non percepto regenerationis sacramento pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis: Qui enim dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum calorum: alia sententia istos facit exceptos, vbi non minus generaliter dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui in caelis est. Et alio loco: Qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Hinc scriptum est, Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Excepit & eos qui toto corde ex fide ad eum conuertuntur, dum ait: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et Apostolus: Iustitia Dei per Fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Et quando Augustinus de Fide ad Petrum cap. 3. & in aliis locis solos Martyres excipit, intelligit B. Thomas non esse plenam remissionem peccatorum, quod ad poenae debitum extra casum Martyrij. Et quia ista sunt leges Fidei, charitatis, ac religionis, ideo quasi naturales & immobiles sunt. Nec eis praediacare possunt instituta Dei positua, quae ad tempus solum statuuntur. Idem est enim semper spiritus Fidei, charitatis & religionis, eadem & praecipua & ordinationes quae per se ipsum sequuntur. Nec contra charitatem, Fidem aut religionem militare potest, quod pro eis est institutum, si recordatus fuerit homo, ait B. Bernardus, necdum se salutis percepisse mysterium, & dolens poenitensque toto desiderio expetierit: sed allequi mortis celeritate praecipitatus nequirit, damnabit fidelem suum Deus? Damnabit, inquam, hominem pro se etiam paratum mori eum qui saluatore habet per fidem habitatem in corde & in ore per Confessionem hunc cum Saluatore damnabit? & cum non aliunde martyrium, nisi ex fidei merito, illam obrinet prerogatiua, vt singulariter vice baptismi securè suscipiatur, non video cur non ipsa aequè & sine martyrio tantumdem possit apud Deum. Duo igitur haec, martyrii scilicet & conuersione cordis ad Deum ex fide, supplere vice baptismi & ad salutem sufficere, quando articulus necessitatis sacramenti excludit, post B. Aug. & Amb. à quibus (inquit) duabus columnis, crede mihi difficulter auellor, clarissime docet B. Bernardus in epist. ad Hugonem de S. Victore, qui etià ipse idem prolixè docet lib. 2. de Sacramentis parte 6. cap. 7. Erant enim qui illo tempore docebant, nemine absque percepto actua liter visibili sacramento, vel eius vice martyrio, vltatenus posse saluari. Et quauis paruulos ab utroque remedio, quasi vicario Baptismi, in hac epistola videtur excludere, quia prohibente aetate non possunt habere Fide, hoc est, cordis ad Deum conuersione, ex qua Deo grati est martyrium. Nam absque fide, inquit, quid est martyrii nisi poena? sermone tamè 66. super Cantica, & in sermone de innocentibus ait: An de innocentium coronis quis dubitet? ille pro Christo cruciatus infans dubitet inter martyres coronari, qui regeneratos in Christo non credit inter adoptionis filios numerari. Et communis est sententia, quod martyrium pro Christi nomine ita supplet vice Baptismi in paruulis sicut in adultis, quibus tamen simul adesse debet ex Fide ad Deum conuersio. Paruuli enim Christum consentunt, non voce, sed opere & sanguinis pro eius nomine effusione: sed sine martyrio nulla est paruulis spes salutis, si sine Baptismo hinc migrant. Hinc B. August. lib. 3. de origine anime, cap. 9. Noli credere, noli dicere, noli docere infantes antequam baptizentur, morte praeventos peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum,

si vis

Paruulis non  
Martyribus  
nulla est sine  
baptismo spes  
salutis.

Augustinus.

si vis esse catholicus. & idem libro primo cap. 9. & epist. 28. prope finem. & de fide ad Petrum cap. 27. firmissimè tene, & nullatenus dubites, non solum homines iam ratione vtentes, verum etiam paruulos, qui siue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue cum de matribus nati, sine Sacramento sancti Baptismatis, quod datur in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, de hoc seculo transeunt, ignis aeterni supplicio puniendos: quia & si proptere actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione & natiuitate traxerunt. Capite 30. tamen, & de dogmatibus ecclesiasticis ca. 74. excipit ab hac regula eos, qui pro nomine Christi in suo sanguine baptizantur, etiam paruulos: loquens enim de infantibus ab Herode occisis: Ille de vestra, inquit, corona dubitabit in passione pro Christo, qui etiam paruulis baptismum prodelle non aestimet Christi. Non habebatis aetatem qua in passurum Christum crederetis, sed habebatis carnem in qua pro passuro Christo passionem sustineretis. & lib. 4. contra Donatist. similiter excipit eos, qui ex fide ad Deum conuertuntur. Nam ex fide in Christum hanc conuersionem nasci oportere, docet mellissius Bernar. & non sufficere eam quae proficitur ex naturali cognitione, quam de Deo & peccatis nostris habere possumus. Et B. August. ex epist. Apostoli Pauli ad Roma. & ad Galat. lib. de natura & gratia, cap. 1. 2. 4. 8. & in epist. 105. ad Sixtum Romanum presbyterum. & lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 47. & de correptione & gratia, cap. 7. Nam si ex lege aut natura est iustitia, Christus gratis mortuus est: non enim supplet vicem baptismi conuersio ad Deum, nisi fiat ex fide in Christum, & adducat veram vitam veteris & peccatorum poenitentiam, mentemque innouet. Et docet B. Thomas Quodlib. 4. art. 10. & lib. 4. contra Gentiles, ca. 72. quod baptismus & sacramentum poenitentiae solo voto suscepta, quasi ex opere operato remittunt peccata, quem Cardinalis Caietanus sequitur in quaestione 4. de contritione, adiecta tertiae parti summae, cui etiam fauet B. Ambrosius in oratione funebris super obitu Valentiniani: ventrem, inquit, meum doleo, quia quem regeneraturus eram, amisit: verum tamen gratiam quam ille poposcit, non amisit. Et Canones de presbytero non baptizato, cap. Apostolicam: & cap. Debitum, de baptismo & eius effectu. Sed cum scripturae sacramentis hoc priuilegium adscribant, certum non est, quod ad votum siue desiderium eorum extendi debeat, vt docet sanctissimus noster Hadrianus, praepceptor meus colendissimus in Quodlibetica. quaest. 5. artic. 5. sed huius discussio argumento nostro est impertinens. Nec conuersio haec mentem verè renouans, supplet vicem baptismi, nisi apud eum ipsum qui sic conuertitur. Non enim ex fide aliena, adiuncto etiam sacrificio, nunc paruuli saluari possunt sicut olim. Nec tunc quidem, quando articulus necessitatis baptismum excludit. Tunc enim fides, vel sola, vel potius protestata, verè sacramentum erat, vt superius diximus ex sententia B. Augustini & Gregorij, qua sola ratione efficax erat ad salutem: sicut postea circumcisio, & nunc baptismus, quo instituto vt circumcisio, ita & haec fides virtutem paruulum iustificandi habere cessauit. Est enim proprium Christo, tanquam capiti Ecclesiae, sua actio & influxus per se & per sacramenta, quae instituit, alium iustificare. De quo est aperta sententia B. Augustini lib. 1. de peccatorum meritis, cap. 23. Nulla, inquit, ex nostro arbitrio praeter baptismum Christi, salus aeterna promittitur infantibus, quam non promittit scriptura diuina humanis omnibus ingenij preferenda. Ex quibus pater, quod sine fundamento est opinio Durandi, probabile esse, quod ante circumcisionem paruuli saluabatur per fidem & merita Ecclesiae in opere externo, precibus scilicet aut benedictione applicata, quodque Fides Ecclesiae, non priuatae personae, ad iustificationem alterius sufficit. Et quod sententia Cardinalis Caietani, & ante eum clarissimi doctoris Ioannis Gerson cancellarij Parisiensis, & Gabrielis, Distinct. 4. quarti lib. quaest. 2. quod paruuli in maternis vteris constituti, & etiam nati, in casu necessitatis saluari possunt per baptismum voto praecum susceptum, cum aliqua benedictione prolis seu eius oblatione ad Deum cum inuocatione Trinitatis, nec scripturis, nec veterum traditioni consentanea est: quorum argumentis postea respondebimus. Haec autem supplementa Baptismi, an ex virtute Baptismi habeant quod salutem operantur, sic vt in eis oporteat Baptismum aquae quasi in suis vicarijs suscipere, & ad illum in istis respicere, vt virtus iustificandi in ea quasi ex Sacramento deriuetur (vt sentit venerab. & reuerend. pater Thomas Vualden in opere insigni, quod de Sacramentis scripsit, & Ioannes Capreolus distinct. 1. quarti sentent. in solutione tertij argumenti Durandi, contra tertiam conclusionem ex B. Thoma dicit, quod contritus non consequitur gratiam, nisi virtute Sacramenti, quod actu vel in voto suscipit, quodque Christus per sacramentum operetur utroque modo susceptum) an quod verisimilius est,

ex se

Improbatur  
opinionem Du-  
randi. Caieta-  
ni, Gersonis,  
Gabrielis.

ex se vt à spiritu Christi proficiuntur, hanc virtutē habeant (nam vt diximus, medium quasi naturale ad renascentiam, supposita Christi victima, est hæc cordis ad Deum conuersio) non multum ad articuli declarationem pertinet, sicut nec hic discutere oportet, vnde habeat propositum suscipiendi Baptismum, quando sacramentum excluditur articulo necessitatis virtutem iustificandi: nobis magis videtur quod eam habet ex Fide per charitatem mouente, nullumq; habeat ex opere operato effectum ex Sacramento quasi deriuatum.

Baptismum  
infantibus  
esse necessarium.

**P**aruulis igitur Baptismum esse necessarium, & magis quàm adultis, eisq; sufficere, ex superioribus patere potest, cum nullum habeat aliud remedium, nisi Martyrium, quo saluari sine Baptismo possunt: Adulti autem semper habent in ore suo & corde verbum conuersionis ad Deum. De quo Moyſes Deutero. 30. & Apost. Paulus ad Rom. 10. Cui tanquam verbo immobili & sempiternæ veritati, nec institutio Baptismi, nec quæuis alia positua, vt diximus, ordinatio præiudicare potuit, sicut nec præceptum Confessionis peccatorum faciendæ sacerdoti legibus quæ sequuntur charitatem, vel naturam rationabilem. Non enim leges quæ naturalem sequuntur rationem magis sunt immutabiles, quàm quæ sequuntur in filiis Dei consortium diuine naturæ. Infantes verò recenter natos per Baptismum saluos fieri, nec octauum diem expectandum ex scripturis

D. Cyprianus

probat in epistola 8. tertij libri quæ est ad Fidum B. Cyprianus. Et scripturæ testantur, quod domos & familias Apostoli baptizauerunt quæ complectuntur & paruulos, vt 1. ad Corinth. 1. & Actuum 18. & Genesis 17. mandatur, quo in infans octo dierum circumcitur, & Paulus ad Rom. 6. Sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem, sic per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Si enim vnus delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis, & iustitiæ accipientis in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Pueri autē ex peccato Adæ, peccatum originale contrahunt: multo igitur magis possunt per Christi gratiam suscipere vt regnent in vita æterna. Multo tamen certius & solidius hoc probatur ex Patrum & Maiorum traditione, ac Ecclesiæ totius. Quod sanctus August. intelligens ex

Augustinus.

Maiorum concordia traditione paruulos esse baptizandos, probat potissimum lib. 4. de Baptismo cap. 22. Sicut inquit in latrone, quia per necessitatem corporaliter Baptismus desuit, perfecta salus est, quia per pietatem spiritualiter adfuit: sic cum ipse præto est, si per necessitatem desit quod latroni adfuit, perficitur salus: Quod traditum tenet vniuersitas Ecclesiæ cum paruuli baptizantur, qui certe nondum possunt corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem, quod latro potuit, quin etiam flendo & vagiendo, cum in eis mysterium celebratur, ipsis mysticis vocibus obstrepunt, nullus tamen Christianorum dixerit eos inaner baptizari, & si quispiam in hac re auctoritatem diuinam quærat, quanquam quod vniuersa tenet Ecclesiæ, nec Concilij institutum, sed semper retentum est, non nisi Apostolica auctoritate & diuina traditum rectissime creditur: Tamen veraciter conijcere possumus, quid valeat in paruulis baptismi sacramentum ex circumcisione carnis, quam prior populus accepit, quam priusquam acciperet, iustificatus est Abraham, sicut Cornelius etiam dono spiritus sancti, priusquam baptizaretur, ditatus est. (Et paucis interpositis.) Cur ergo Abraham præceptum est, vt omnem deinceps infantem mascululum octauo die circumcideret, qui nondum poterat corde credere, vt ei deputaretur ad iustitiam, nisi quia & ipsum per seipsum sacramentum multum valebat? quod proficitur toto hoc capite. 24. & sequenti. De eo autem quod tota per orbem frequenter Ecclesiæ disputare in ita faciendum sit, insolentissimè insanias esse, idem docet in epistola ad Ianuarium, quæ est 118. Eadem probationis forma videtur aduersus Donatistas in libro contra Petilianum Donatistæ epistolam capite 19. ostendens, quod hæreticus ad Ecclesiam rediens, suscipiendus est sicut eum suscipit, & suscipere solet Ecclesiæ Christi. Ait enim: Dicat mihi nunc hæreticus, quomodo me suscipis? cirò respondeo: sicut suscipit Ecclesiæ, cui Christus perhibet testimonium: Nunquid tu melius nosse potes quomodo suscipiendus sis, quàm Saluator noster medicus vulneris tui? Hic fortè dicis, Lege ergo mihi, quemadmodum Christus suscipi iusserit eos, qui ab hæreticis transire ad Ecclesiam volunt? hoc apertè atque euidenter nec ego lego, nec tu. Nunc verò cum in scripturis non inueniamus aliquos transisse ad Ecclesiam ab hæreticis, & sicut ego dico, aut sicut tu dicis, esse susceptos, puto si aliquis sapiens extitisset, cui Dominus Iesus testimonium perhiberet, & de hac quæstione consuleretur à nobis, nullo modo dubitare deberemus id facere quod ille dixisset, ne non tam ipsi quàm domino Iesu Christo, cuius testimonio commendabatur, repugnare iudicemur: perhibet autē

testi.

testimonium Christi Ecclesiæ suæ, quomodo ergo suscipit ista Ecclesiæ per omnes gentes, remotis omnibus ambagibus & tergiverfationibus, sic suscipiendus es, quod si non vis, non mihi aut cuiquā homini qui vult ita suscipere, sed ipsi Saluatori contra salutem tuam perniciosissime reluctaris, cui te sic suscipiendū esse non vis credere, quemadmodum suscipit illa Ecclesiæ, quam testimonio suo commēdat ille, cui fateris nefarium esse nō credere. Quæ responsio valet & efficax est ad dissoluendas vniuersas quæstiones, quæ nunc controuertuntur: sic enim pro defunctis orandum est, sic inuocandi Sancti, quemadmodum docet Ecclesiæ, cui testimonium perhibet Christus, eodemq; argumento conuincitur in omnibus dogmatibus controuersis hoc sequendū esse, hoc credendum quod sequitur, & credit Ecclesiæ eadem catholica. Et ideo li. 2. ca. 29. & lib. 10. super Gen. ca. 23. & lib. 3. de libero arb. cap. 23. & in epist. 23. quæ est ad Bonifacium, docet paruulos esse baptizandos, magis ex perpetua Ecclesiæ catholice obseruatione, quàm ex certis scripturis. Nam ab incunabulis suis ecclesiam semper baptizasse infantes, ex Apostolorū ordinatio ne testatur S. Dionysius cap. vlt. ecclesiasticæ hierarchiæ. Diuini inquit nostri duces, hoc est, Apostoli, probauerunt infantes recipi ad baptismū, quæ eodem loco aduersus infidelium calumnias tuetur. Et Origenes in cōment. epist. ad Rom. circa locū sexti capitis, vt destruat corpus peccati, Ecclesiæ ab Apostolis, inquit, traditionem suscipit, etiam paruulis baptismū dare: sciebant enim illi, quibus mysteriorum secreta commissa sunt diuinorum, quia essent in omnibus genuinæ sordes peccati, quæ per aquā & Spiritum abluī deberent, propter quas etiā corpus ipsum corpus peccati nominatur, de quibus & Propheta: Et in peccato concepit me mater mea. & Hieronimus lib. 2. ca. 39. aduersus hæreses, omnes enim venit per semetipsum saluare: omnes, inquam, qui per eum renascuntur in Deum infantes & paruulos, iuuenes & seniores, & ideo per omnem venit etatem & infantibus, infans factus, sanctificans infantes, & hanc ipsam habentes etatem, & B. Hieronimus in epist. ad Letam, & in fine tertij lib. aduersus Pelagianos. & Ambrosius lib. 2. de vocatione gentiū cap. 8. & Leo Papa in epist. 56. quæ est ad Septimij episcopū Altinum: à paruulo, inquit, recens nato vsq; ad decrepitū senem, quamlibet corporis ætatem gerat, sicut nullus est prohibendus à baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur: sed paruuli originali tantum, maiores autem his omnibus, quæcunq; male viuendo addiderunt ad illud, quod nascendo traxerunt. Et quorquot authores catholici scripserunt vsq; in diem præsentē, docēt ex maiorum traditione vtilem esse & necessarium paruulorū baptismū. Et B. Bernardus quosdam suo tempore aliter docentes, apertè pronunciat hæreticos, in Sermone 1. in ramis Palmariū: etsi murmuret hæreticus, paruulos non sinens venire, paruulorum baptismo detrahens. Et 66. super Cantica: Videte, inquit, detractores, videte caues, irridet nos, quia baptizamus infantes, quod oramus pro mortuis, quod Sactorum suffragia postulamus, in omni genere hominū atq; vtroq; sexu, festinat profcribere Christum in adultis & paruulis, viuus & mortuis. Propter hoc enim Christus infans natus est & per singulos ætatum gradus profecit in virū, vt nulli deesset ætati, quod ex Hieronimo desumpsisse videtur. Et ne vllus dubitationi locus relinquere, in generali Concilio sub Innocentio 3. definitum est, sacramentum baptismi, quod ad Dei & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij, & Spiritus sancti inuocationē consecratur in aqua, tam paruulis quàm adultis, ad salutem proficere. & in c. Maiores, de baptismo & eius effectu. Idem Innocentius hæreticos vocat, qui docent paruulis inutiliter baptismum conferri, & eorum respondet rationibus & scripturis sententiā Saluatoris: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: docet solum de adultis intelligendū, ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur, cum non possint credere paruuli, & fidem non requiri, nec vsum rationis, vt paruulus iustificetur, & fiat filius & hæres. testatur textus Genesis de circumcisione. Et in Concilio Viennensi sub Clemente 5. definitur, quod baptismum vniciū est, & baptizatos omnes in Christo regenerat, & celebratū in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Credimus, inquit, esse tam adultis, quàm paruulis perfectum remedium ad salutē, & probabilis esse, quod etiā paruulis conferat gratiam informātem & virtutes. De eodem est cap. 2. Concilij Milleuitani: & cap. 6. Carthaginensis Concilij 5. & cap. 4. Concilij Tridentini de iustificatione impij habet, quod iustificatio impij post Euangelium promulgatum sine lauacro regenerationis aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: Nisi quis renatus fuerit, &c.

**Q**uod autē per baptismum si dignè suscipitur, nec vllus ponitur obex, peccata plene tolluntur, vt nec culpa maneat, nec vllius pænæ futuri seculi reatus (in his enim duobus consistit plena peccatorū remissio) ostendit Apost. Paulus, vocans ipsum lauacrū re-

peccata plene  
tolluntur.

D

genera-

generationis & renouationis: & Corinthijs scribens: Sed abluti, inquit, estis; sed sanctificati estis, sed iustificati estis. vbi Augustin. audebo ergo dicere, sanctus sum, sed gratia Christi sanctificatus: accepit enim homo gratia sanctitatis, gratiam baptismi, & remissionis peccatorum, & hæc quidem fuistis, ait Apost. enumerans, multa peccata & leuia & graua, sed abluti estis, sed sanctificati estis: dicat ergo vnusquisq; fidelium, sanctus sum, non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. Nam si non dixeris te esse sanctum, ingratus es, Psal. 85. Et ad Rom. nihil esse damnationis his qui verè consepulti sunt cum Christo per baptismum in mortem, & exuto veteri homine nouum induerit, & vos existimate, per baptismum scilicet, mortuos quidem peccato, & ab eo iustificatos, viuentes autem Deo in Christo Iesu. Et Dominus pronunciat Apostolos esse per baptismum profusus mundos: Qui lotus est, inquit, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Ex quo beatus Gregorius in epist. 39. libro 9. ad Theotistam concludit, nihil peccati manere in baptizato: Nihil, ait, ei de peccati sui contagione remanet, quem totum fatetur mundum ipse qui redemit, & palmites sibi vt vineæ infitos mundos dicit, quamuis adhuc mundandos magis. Et Aug. li. 20. de ciui. Dei, ca. 26. Ex quo cõmuni præuaricationis causa à paradiso primi homines dimissi sunt, excepto vno mediatore & post lauacrum regenerationis, quibusq; adhuc parulis, nemo mundus à forde, sicut scriptum est, nec infans vnius diei super terrâ. Est enim hominis munditia, charitas & iustitia fidei, quæ cum imperfectæ sint, & cum multa cupiditate, suiq; amore cõmixta, magis semper mundandi sunt in hac peregrinatione palmites mundi, non solum à peccatis, quæ ex infirmitate subinde committimus, sed & à vetustate, à qua renouari oportet, quæ tamen supplicium peccati est, non peccatum. Et lib. 4. de vocatione gentium, cap. 5. Si ad illos dirigas mentis intuitum, qui longam agentes in flagitijs & sceleribus ætate, sacramento baptismi Christi, in ipso vitæ sine renouantur, & sine vilo suffragio bonorum operum in regni celsitatis consortium transferuntur, quo intellectu iudicium diuinum comprehendes? Et B. Chrysol. in Comment. circa locum: Angelus Domini secundum tempus, & c. dicit, in baptismo non simpliciter aqua operatur, sed cum Spiritus sancti susceperit gratiam, sic omnia soluit peccata. Et B. Bernard. de cœna Domini: In casu primi hominis cecidimus omnes, cecidimus autem super acervum lapidum, & in luto: vnde non solum inquinati, sed etiam vulnerati, & grauiter quassati sumus: lauari quidem cito possumus, ad sanandum verò opus est curatione multa: lauamur autem in baptismo, & tanquam sanies inueterati vulneris remouetur. Et clarissimè ex scripturis B. Hieron. in epistola ad Oceanum docet plenissimè, & penitus tolli omnia peccata: Omnia, inquit, nobis in baptismate donata sunt crimina, nec post indulgentiam, iudicis metuenda est seueritas, dicente Apostolo: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sanctificati & iustificati in nomine Domini Iesu Christi: quomodo inquit iustificati sumus & sanctificati, si peccatum aliquod in nobis relinquitur? Michæas de baptismi gratia vaticinatur, quod demerget iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Et apud Ezechielem de baptismi virtute pronunciat: dum alluam vos de gentibus, & aspergam aqua mundam, & mundabimini ab omnibus immunditijs vestris, & dabo vobis cor nouum & spiritum nouum. In omnibus autè nihil prætermittitur. Et verba Esaia: Lauamini, mundi estote, si fuerint peccata vestra vt coccinũ, quasi nix dealbabũtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt, interpretatur de lauacro regenerationis.

**E**T quia omnes ferè scholæ quæ nouam doctrinam sequuntur, post Martinum Lutherum, circa secundum articulum assertionis, docent quidem omnia peccata in baptismo remitti, vt non imputentur ad supplicium: non autem tolli, vt non maneant peccata, sed tollere incipit, & potissimum concupiscentiam, quam certum est manere nunc concorditer, præter Zuinglianos, sectæ docent in baptizato manere verè & propriè peccatum Deo odibile, reatu tantum per baptismum remisso, & huius dogmatis Augustinum se gloriantur habere authorem, operæ precium est videre, quid de hoc ipse tradiderit, & apertissimè inueniemus eum docuisse, concupiscentiam ante baptismum quidem esse peccatum: non autem in baptizato, nisi secundum tropum tantum. Nam lib. 1. de nuptijs & concupisc. cap. 25. Si, inquit, quæritur, quomodo ista concupiscentia carnis maneat in regenerato, in quo vniuersorum facta est remissio peccatorum: quandoquidem per ipsam feminatur, & cum ipsa carnalis gignitur proles parentis, etiã baptizati, aut certe si in parente baptizato potest, & esse, & peccatum non esse, cur eadem ipsa in prole peccatum sit? Ad hæc respondetur, dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non vt non sit, sed vt in peccatum non imputetur, quamuis autem reatu suo iam soluto, manet tamen donec

Augustinus.

Gregorius.

Augustinus.

Hominis puritas iustitia est & charitas.

Ambrosius.

Chrysolom.

Bernardus.

D. Hierony. ad Oceanum.

Concupiscentiam post baptismum non esse propriè nominis peccatum.

August. lib. 1. de nuptijs & concupisc. c. 25.

donec sanetur omnis infirmitas nostra, manet autem sicut affectio quædam male qualitatis, sicut languor. Non ergo aliquid remanet, quod non remittatur cum fit, sicut scriptum est, propitius Dominus omnibus iniquitatibus nostris, & capite sequenti: In eis ergo qui regenerantur in Christo, cum remissionem accipiunt omnium prorfus peccatorum, vtiq; necesse est, vt reatus etiam huius, licet adhuc manentis, concupiscentia remittatur, vt in peccatum, sicut dixi, non imputetur. Nam sicut eorum peccatorum quæ manere non possunt, quoniam cum sunt prætereunt, reatus tamen manet, & nisi remittatur, in æternum manebit, sic illius quando remittitur reatus aufertur: hoc est enim nõ habere peccatum, reum non esse peccati. Nam si quisquam, verbi gratia, fecerit adulterium, etiam si nunquam deinceps faciat, reus est adulterij, donec reatus ipsius indulgentia remittatur. Sed quomodo manent, si præterita sunt? nisi quia præterierunt actum, manent reatu: Sic itaq; fieri econtrariõ potest, vt etiam illud maneat actum, prætereat reatu, agit enim aliquod concupiscentia carnis, & quãdo non exhibetur ei vel cordis assensus, vbi regnet: vel membra velut instrumenta quibus impleatur quod iubeat, agit autè quidè nisi ipsa desideria mala & turpia, quo sensu actum dicitur manere. Sed quia hic dicit, quod concupiscentia manens ablato reatu in baptismo non imputatur, quamuis peccatum esse nequeat, quod non solum non in penam, sed ne in peccatum quidem imputat Deus, videamus an simpliciter dicat in locis alijs non esse peccatum. Nam dicere possent aduersarij ipsam manere peccatum, quod tamen in peccatum non imputetur, cũ & hoc Aug. in lib. de perfectione iustitiæ dicere videatur. Nã Coelestio argumente: Iustus est Deus, & homini omne peccatum imputat, quia neq; peccatum est quicquid non imputabitur in peccatum. Respondendo negare videtur secundam partem assumpti & probatione eius. Iam olim, inquit, contra superbos clamati est: Beatus cui non imputauit Dominus peccatum: non enim imputat his qui fideliter ei dicunt. Dimitte nobis debita nostra. peccatum hic vocat, quod de peccato illo liberæ voluntatis originem ducit, vt fit interpretatur lib. 3. de libe. arb. ca. 19. & lib. 1. retract. ca. 15. in simili. Docet autè frequenter, quod nõ est peccatum nisi secundum tropum tantum. Nam lib. 1. de nup. & concup. ca. 23. super hac quæstione planè se explicat: ipsa, ait, concupiscentia iam non est peccatum in regeneratione, quando illi ad illicita opera non consentitur, atque vt ea perpetrent, à regina mente membra non dantur, vt si non sit quod scriptum est: Non concupiscas, sicut quod alibi legitur, post concupiscentias tuas ne eas. Sed quia modo quodam loquendi peccatum vocatur, quod & peccato facta est: & peccati, si vicerit, facit reũ, reatus eius valet in generato, quem reatu Christi gratia per remissionem peccatorum in regenerato, si ad mala opera ei quodammodo iubenti non obediatur, valere non sinit. Sic autem vocatur peccatum, quia peccato facta est, cum iam in regeneratis non sit ipsa peccatum, sicut vocatur lingua locutio, quam facit lingua: & manus vocatur scriptura, quã facit manus. Itemq; sic vocatur peccatum, quia peccatum si vincit facit, sicut vocatur frigus pigrũ, nõ quod à pigris fiat, sed quod pigrus facit: semper tamè manet vulnus generi humano inflictum de diabolo. Et quando inter calumnias alias Pelagiani Augustinũ traducebant, quod doceret baptismum non dare indulgentiam omnium peccatorum, nec auferre crimina, sed radere, Respondet ipse in primo lib. contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 13. Quis hoc aduersus Pelagianos, nisi infidelis, affirmet? Dicimus enim Baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere, vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, vnde crescant iterum rescanda peccata. Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo, vel fallere, cum qua necesse est vt etiam baptizatus pia mente confligat, si diligenter proficit, & spiritu Dei agitur. Sed hæc etiam si vocatur ab Apost. Paulo peccatum, non vtiq; quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic vocatur: sicut scriptura manus cuiusq; dicitur, quod manus eam fecerit. Peccata aut sunt, quæ secundum carnis concupiscentiam vel ignorantiam illicitè sunt, dicuntur, vel cogitantur: quæ transacta etiã reos tenent, si non remittantur. Et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, vt quanquam tracta sit à nascensibus, nihil noceat renascensibus. Nec propter illam, cuius iam reatus lauacro regenerationis assumptus est, dicunt in oratione baptizati: Dimitte nobis debita nostra, &c. sed propter peccata quæ sunt, siue in eius confessionibus, cum ab eo quodlibet vincitur quod placet, siue cum per ignorantiam malum, quasi bonum placet, siue operando, siue loquendo, siue quod facillimum est atque celerrimum, cogitando. In quibus verbis negat in baptizato omnium peccatorum radices manere, non simpliciter. Nam certum est, restante Apostolo, quod omnium malorum radix est cupiditas, sed manere negat hanc

Concupiscentia in renatis manet, sicut affectio quædam male qualitatis.

Non habere peccatum, est reum nõ esse peccati. Quo sensu concupiscentia actum manet.

Augustinus de perfectione iustitiæ.

Concupiscentiam non esse peccatum in baptizatis. August. li. 1. de nup. & concupisc. c. 23.

Quo tropo concupiscentia in renatis est peccatum.

Baptismus nõ radit, sed auferit crimina.

Peccata quæ

*Baptizatus  
omni peccato  
non omnium  
malo caret.*

*De motibus  
concupiscentiæ  
sententia au-  
gustini.*

*Desideria con-  
cupiscentiæ non  
faciunt reos nisi  
si accedat con-  
sensu.*

*Mar. 7.*

*Non nisi in  
voluntate pec-  
catorum.*

concupiscentiam veluti radices quasi rasorum in capite capillorum, unde iterum crescunt, ut capilli, refecanda peccata. Nam in capite raso capillorum rasorum, quibus scilicet adhe- rebant, radices manent, quæ & ipsi capilli sunt, & eiusdem cum capillis abstratis rationis, non sic concupiscentia peccatorum omnium radix peccatorum est, nec etiam peccati causa, nisi voluntatis consensione vel negligentia: quantumcumque enim ad peccata sollicitat & inclinatur, non tamen admittuntur sine hominis voluntate. Nam concupiscentia cum conceperit per voluntatis consensum, parit peccatum. Et lib. 6. contra Iulianum ca. 7. tu qui putas quod si malum esset concupiscentia, careret ea qui baptizatur, multum erras: omni enim peccato caret non omni malo, nunquid enim caret corruptione corporis? nunquid caret ignorantie malo, per quod à nascentibus innumerabilia perpetratur mala? An paruum malum est per quod homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei? de baptizatis nepe dicebat Apost. Animalis homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei: stultitia enim sunt illi. Et sicut ignorantia accedente doctrina minui potest post baptismum, ita concupiscentia quis ambigat in hac vita posse minui, non posse consumi remittuntur in renascentibus, minuuntur in proficientibus: Ignorantia magis magisque lucet veritate, & concupiscentia charitate magis magisque; fervente: nihil tamen boni horum duorum est à nobis: non enim huius mundi spiritum accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est: Falso igitur tribuitur B. August. quod peccatum istud, concupiscentia scilicet, reatu transit, & actu peccatum manet in Baptizato: quod si alicubi tamen apud illum legatur intelligendum est peccatum, ut ipse interpretatur, secundum tropum. Nec solum Concupiscentia hanc quasi habitalem dicit non esse proprie peccatum, imò & desideria eius & motus quos in nobis excitat, docet non esse peccata, nisi consensu vel negligentia voluntatis accedat. Nam lib. 2. de gratia & peccato originali cap. 40. Non solum inquit, peccata omnia, quorum nunc remissio fit in baptismo, quæ reos faciunt, dum desideria vitiosis consentitur atque peccatur, verum etiam ipsa desideria vitiosa, quibus si non consentitur, nullius peccati reatus contrahitur, & cetera quæ sequuntur, & lib. 1. de nup. & concup. cap. 23. Ipsa quidem concupiscentia non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non consentitur: & lib. 2. contra Iulianum versus sine: & lib. 1. de civitate Dei, cap. 25. Si illa concupiscentialis inobedientia, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem quasi lege sua movetur, quanto magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis? & lib. 12. de Genesi ad litteram cap. 15. Ipsa phantasia quæ fit in cognitione fermocinantis, cum ista expressa fuerit, in visione somniantis, ut inter illam & veram commixtionem corporum non discernatur, continuo movetur caro, & sequitur quod eum motum sequi solet, cum hoc tam sine peccato fiat, quam sine peccato à vigilante dicitur, quod ut diceretur sine dubio cogitatum est. Et hæc videtur esse expressa sententia Domini Salvatoris Marci 7. Quæ de homine exeunt, illa coinquinant hominem, ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, &c. omnia hæc mala ab intus procedunt, & coinquinant hominem, non lotis autem manibus, & quicquid ex corde non procedit, hominem coinquinare non potest. & Apost. Paul. Si quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, propter quod peccatum mihi imputari non potest, quem locum tractans B. Aug. lib. 1. retract. cap. 15. Potest, inquit, putari falsa esse illa sententia, nisi quam nisi in voluntate esse peccatum, quia dixit Apostolus: Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud: hoc enim peccatum visque adeo non est in voluntate, ut dicat, quod nolo hoc facio. Sed hoc peccatum de quo sic loquutus est Apostolus, ideo peccatum vocatur, quia peccato factum est, & poena peccati est, quandoquidem de concupiscentia carnis hoc dicitur, quod aperit in consequentibus dicens: Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, perfectio quippe boni est, ut nec ipsa concupiscentia peccati sit in homine, cui quando bene vivitur, non consentit voluntas. Et lib. 3. de lib. arb. cap. 19. explicans quæ cap. 18. dixerat, quod quedam per ignorantiam facta improbantur, & quedam necessitate facta: hæc, inquit, occurrit illa questio, quam inter se murmurantes homines rodere consueverunt, qui quodlibet aliud in peccando, quam se accusare parati sunt: dicunt enim: Si Adam & Eva peccaverunt, quid nos miseri fecimus, ut cum ignorantia cecitate, & difficultatis cruciatibus nasceremur? & primò erraremus nescientes quid nobis esset faciendum, deinde ubi nobis inciperent aperiri præcepta iustitiæ, vellemus ea facere, & renitente carnalis concupiscentiæ nescio qua necessitate, non valemus? Quibus brevitè responderetur ut quiescant, & aduersus Deum murmurare desistant. Rectè enim fortasse quererentur, si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret. Cum

Cum verò ubique sit præsens, qui multis modis per creaturam sibi Domino seruientem auersum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem exhortetur, conan- tem adiuuet, exaudiat deprecantem, non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus igno- ras, sed quod negligis querere quod ignoras, neque illud quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis. Ista tua propria peccata sunt. Nulli enim homini ablatum est scire vtiliter, quod inutiliter ignoratur. Et humiliter confitentem esse imbecillitatem, ut quærenti & consentienti ille subueniat, qui nec errat dum subuenit, nec laborat. Nam illud quod ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè volens fa- cere non potest, ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo libera voluntatis originem ducunt: illud enim præcedens meruit ista sequentia. Nam sicut linguam dicimus non solum membrum quod motuum in ore dum loquimur, sed etiam illud quod huius mem- bri motum consequitur, id est, formam, tenoremque; verborum, secundum quem modum dicitur, alia lingua Græca, alia Latina: sic non solum peccatum illud dicimus, quod proprie vocatur peccatum (libera enim voluntate illud, & ab sciente committitur) sed etiam illud quod iam de huius supplicio consequatur, necesse est. quam sententiam repetit & approbat in primo lib. retracta. cap. 15. & libro 2. contra Iulianum: Iam ne percipis & in baptizate fieri omnium peccatorum remissionem, & cum baptizatis quasi civile bel- lum interiorum manere vitiorum? non enim talia sunt vitia quæ iam peccata dicenda sint, si ad illicita opera spiritum concupiscentia non trahat & concipiat, pariatque peccatum. Ex quo manifestum est, improbable & absurdum esse secundum sententiam etiam B. Augustini, quod Martinus circa secundum articulum assertionis tanquam in- sanos improbat eos, qui dicunt commixtionem coniugalem sanctorum coniugum esse sine peccato. Eò, inquit, perueniunt infania, ut etiam libidinem inuitabilem paritum sanctorum dum generant quantumvis indomitam, & summo inuictoque, furore contra legem Dei concupiscentem, defectum vocare sint coacti, hoc est, verè nimis extenuare peccatum dicere, tam atrocem libidinis impetum esse defectum. Est autem huius er- roris Lutherani radix & principium, quod credit concupiscentiam per se, & ex propria ratione culpam esse Deo odibilem & imputabilem ad supplicium, etiam si nobis esset sine culpa parentum congenita, quodque ad rationem peccati arbitretur etiam in renatis non requiri arbitrii nostri libertatem, & ita nos peccare concupiscendo & ex concupi- scentia operando, imò & pueros recentem natos, quantumvis naturaliter & necessario hæc fiant: contra apertam sententiam Evangelij, Quod ea sola hominem coinquinant, quæ ex corde procedunt, hoc est, ex libera hominis voluntate, de quo eius dogmate circa art. 7. tractabimus, cum multorum pestilentium dogmatum fons sit & fœturigo. Constat igitur secundum doctrinam B. Aug. concupiscentiam in baptizatis non esse peccatum, nec eius desideria & motus, quando rationem præueniunt, nisi secundum tropum tantum, quod manifestè definiuit Concilium Trident. dum ait, Quod in renatis nihil odit Deus, quodque innocentes, immaculati, puri, innoxij, & Deo dilecti effecti sunt per bap- tismum. imò difficile est intelligere & saluare, quod in nondum baptizatis concupi- scentia verè & proprie peccatum est, & non secundum analogiam vel tropum tantum, quo poena vel reatus peccati nominatur peccatum, maximè poena quæ consistit in priuatione iustitiæ & perfectionis, quæ ex transfusione quasi hereditaria à patribus trans- iisset ad proles, quo modo Adam iustitiam transfudisset, quam pro se & posteritate à Deo acceperat: quod enim iniquitas patris filium boni & mali ignatum in conspectu Dei iniquum faciat sine eius voluntate, iusta Dei iudicia ferre non videntur, qui ait apud E- zechielem: Non erit vltra vobis parabola hæc in proverbium, Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obtupecunt: ut anima patris, ita & anima filij mea est, ca. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, propter quod nullum aliud patris peccatum ini- quum potest facere filium, imò nec in anima nocere, si etiam demonibus offeratur & consecratur, ut docet B. August. epist. 23. quæ est ad Bonifacium. Et quando obijciebat Iulianus beato August. ut hic scribit lib. 2. ca. 28. de nup. & concupis. Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, nec ille qui cõdidit: per quas igitur rimas inter tot præ- sidia innocentiæ peccatum fingis ingressum? Responderet quidè August. originale peccatum ex voluntate esse, quia ex voluntate primi hominis seminatum est, ut in illo esset, & in omnes transiret: sed quod Deo odibile faciat eum qui ignatus & quasi inuitus hoc fer- mento & peccato confusus est, inscrutabilia sunt eius iudicia, & scripturæ hoc docet creditur magis quam intelligitur. Nec sibi plenè satisfacere potuit B. Aug. ut ipse confite- tur in epist. ad B. Hieron. & lib. 3. de baptismo paruulorum, ca. 4. Facit etiã hæc difficultatè,

*Dei pietas a-  
bunde consu-  
lti nostra sa-  
luit.*

*Que ex neces-  
sitate & ig-  
norantia fa-  
cimur, dicitur  
tur peccata,  
quia de pecca-  
to libere vo-  
luntatis origi-  
nem dicitur.*

*Fons erroris  
Lutherani.*

*Per quas ri-  
mas peccati  
originale in  
omnes irre-  
pat.*

quod peccatum propriè dictum in actu non in habitu vel eius carentia consistit, cum in hoc pœna à culpa differat, quòd hæc sit malum, & inordinatio operationis: illa verò malum agentis, hoc est, carentia formæ & integritatis rei. Nam docent B. Aug. cap. 26. contra Adimantinum, dupliciter malum appellatur, vnum quod homo facit, & alteri quod homo patitur, & Deus tanquam iustus iudex facit. Quia tamen manifestè clamant scripturæ, quòd per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi, & nos in iniquitatibus nasci, & experiri carnem concupiscere aduersus spiritum, & repugnare etiam in renatis legi mentis: perplexissima est hæc questio, & ob eius difficultatem variæ sunt & in speciem contrariæ catholicorum Patrum sententiæ, nec catholicorum tantum, sed & aduersariorum super eo: An concupiscentia, vel aliquid aliud cum quo paruulus nascitur, verè peccati habeat rationem, quod supplicium meretur? Nam in libello de peccato originali Vtricus Zuinglius docet originale contagionem morbum esse non peccatum, quod cum culpa iunctum est, eò quòd culpa ex commissio vel admisso eius nascitur, qui facinus designauit. Exemplum dat: seruum nasci misera conditio est, non culpa eius qui sic nascitur, neque crimen: sed maiores eius commiserunt, vt in seruitutè redigerentur tam ipsi, quam ex sese prognati: ergo crimè fuit, ex quo culpa, quam deinde seruitus, seu multa, siue pœna secuta est. Hoc ipsum, inquit, volo culpam originalem, non verè, sed Metonymicè à primi parentis admisso culpam vocari: esse autem nihil aliud, quam conditionem miseram, multò tamen leuiorem quam crimen meruerat. Et aduersus impugnationem Martini Lutheri suum hoc dogma defendens, repetit, quòd originalis ista contagio non tale peccatum sit, quod culpam sibi coniunctam habeat, sed morbus potius qui propter peccatum ab Adamo admissum nobis adhærere solet. Nec tamen, inquit, obstat, quòd minus peccati nomen morbus iste accipiat, à cuius dogmate non multum disident Doctores Tigrini, qui tamen tanquam magistrũ venerantur, & ferè sequuntur, atque hanc eius opinionem sua interpretatione moderantur. Inter sententias autem & opiniones de concupiscentia & contagione, quæ in posterios Adæ transfunditur, duæ sunt extrema & hæreticæ, quarum prior est Pelagij & Iuliani, & altera Martini Lutheri, Bucer, & Ioannis Caluini. Ambæ enim derogant gratiæ redemptionis factæ in Christo, & scripturis aduersantur. Nam Pelagius docet, concupiscentiam & defectus in quibus nascimur, esse naturales, & à natura conditore Adæ creatos, talesq; nos nasci, quales essemus si Adam non peccasset, hoc esset, sine peccato & peccati pœna, qualis videlicet homo esset sibi relictus ex natura & compositione corporis atque animæ, appetituumq; contrariorum. Hoc enim modo consideratus homo, sicut naturaliter est mortalis, propterea quòd ex contrariis est compositus, ita ex contrarietate appetituum sensitui & intellectualis, naturaliter & necessariò sequitur rebellio virium inferiorum contra superiores. Non considerauerunt isti, quòd Deus fecit hominem rectum & inextermabilem, ad imaginem & similitudinem suam, quodque virtute eum vestiuit, iustitia, & veritate: per vnum autem hominem peccatum in hunc mundum intrasse, & iustitia ac virtutibus eum spoliasse. Quia docent sanam esse naturã, & qualis in creatione erat, consequitur, quòd non est ei opus medico nec redemptore. à quo dogmate haud ita multum abhorret D. Erasmus in encomio matrimonij, cum ait se non audire eum qui dicat fœdam illam pruriginem, & veneris stimulos non à natura, sed à peccato profectos: quid, inquit, tam dissimile veri? In cæteris animalibus vnde hî stimuli, an à natura, an à peccato? sed in declamatione hæc dicit, contra quæ scribit Iudocus Clichthouæus in 2. lib. propugnaculi cap. 32.

**M**artini verò Lutheri & aliorum dogma est omnino contrarium, quòd concupiscentia etiam habitualis sit ex se & sua ratione peccatum ad supplicium imputabile, sicut adulterium vel periuurium: nec esse possit, nisi Deo displiceat, & reum faciat æternæ damnationis: quamuis his qui sunt in Christo Iesu, & ei aduersantur, ad eam non imputetur: quos hæc duntaxat ratione & respectu habet pro non habentibus, & in gratiam Christi non imputat, quamuis imputabilis maneat, & eam habes reus & dignus æternæ damnatione. Et in asserione tertij articuli per sedem Apostolicam damnati, addit hanc concupiscentiam habituale esse peccatum actuale, eò quòd est res viua, & quotidie mouens, actualis carentia eius rei quæ adesse debet, & actualis positio effectuum, qui deesse debent. Et Buce, aduersus Pighium dogma hoc Lutheri explicans: Nos, inquit, dicimus, quòd hæc naturæ deprauatio post baptisum semper dū in homine inest, Deo aduersatur & displicet, & iniustum & Deo odibile facit. Per quæ vale detenuatur gratia Christi, per quam dicit Apostolus, gratiam Dei & donum magis abundasse, quam peccatum Adæ: si enim

si enim iniquitas, vel peccatum per eam non tollitur, quo constituti sumus in Adam peccatores, iniqui & Deo odibiles, abundauit peccatum super gratiam Christi: multò enim maius est hoc malum, vt potè culpa, quam quodcumque supplicium, cuius solius reatum abstulisset: nec tamen reatum propriè, sed hoc solum à patre impetrasset, quòd in eum fidentibus iniquitas manens ad supplicium non imputetur.

**A**liæ autem sunt catholicorum opiniones de hac concupiscentia, & inter extremas hæreticas mediæ, quæ tamen in forma sermonis contrariæ videantur, sententia tamen & reipã quæ fidei est, si piè intelligantur, consentiunt, & sua varietate ad rei huius obscurissimæ explicationem & intellectum faciunt plurimum, quarum duas recitat Magister in sententijs, distinctione. 30. Improbata enim hæresi Pelagiana, diligenter, inquit, inuestigandum est, quid sit peccatum originale, quod per Adam transiit in omnes, per eius carnem vitiatam concupiscentialiter generatos. De hoc enim sancti doctores sub obscuritate locuti sunt, atque scholastici doctores variè senserunt: Quidam enim putant originale peccatum esse reatum pœnæ pro peccato primi hominis, id est debitum vel obnoxietatem, qua addicti sumus pœnæ temporali & æternæ pro primi hominis actuali peccato, pro quo, vt aiunt, omnibus debetur pœna æterna, nisi per gratiam liberentur. Et ea ratione asserunt peccatum originale esse in paruulis, quia paruuli pro illo primo peccato rei sunt pœnæ, sicut pro peccato iniqui parentis, aliquando exulant filij secundū iustitiam fori: reatus enim pœnæ plerumque in scripturis peccatum nominatur, quia peccati est effectus. quam opinionem sequitur Durandus, dicens peccatum originale formaliter consistere in dignitate seu debito carenti iustitiæ originali, vel indignitate ipsam habendi, ipsumque esse carentiam iustitiæ originalis debitæ haberi cum indignitate eam habendi, vel cum reatu, dignitate, vel debito ea carenti. Et docet in paruulo recens nato nihil inueniri quod verè & propriè rationem peccati habeat. Ad quam opinionem accedit etiam VVilhelmus episcopus Parisiensis in lib. de vitijs & peccatis, docens concupiscentiam, siue peccatum originale, vt est in paruulo, non esse propriè culpam, nec paruulum propter ipsum esse culpandum nec puniendum. Quomodo, inquit, culpandus est aliquis pro eo quod non agit, nec egit: imò nesciens & inuitus patitur? præsertim cum tam ignorantia & violentia, quam cõtra agendo illud patiuntur, inuincibiles sint. prius tamen ostenderit quod vitium est peccatum & culpa, non abusiue, sed propriè iuxta vilitates nominum significationes, eò quòd gratiæ & virtutis aduersatur, solum tamen actuale peccatum propriè esse peccatum, vbi etiam docet iuxta duos modos, siue intentiones, dici peccatum originale: vno, peccatum primorum parentum, quo Dei mandatum sunt transgressi, quod origo & causa fuit omnium in toto humano genere sequentium peccatorum: altero autem modo vitium hereditarium ad omnes eorum posteros transfusum, quod velut lepra est, propter quam longius à castris Sanctorum, quo rum cohabitatione sunt indigni, separantur: hoc est in exilium mittuntur qui ea inueniuntur infecti: Nec propriè secundū eum carentia diuinæ visionis pœna est huius peccati, eò quòd seclusa culpa originali & parentū peccato, sola carètia gratiæ causa est carètia visionis Dei, sicut gratia ipsa causa est visionis, & si Adã ante quã gratia illustratus fuisset & peccasset, decessisset in statu scilicet innocentia naturalis, visione Dei careret.

**S**ecunda est opinio Alberti Pigiij & Ambrosij Catharini, quòd peccatum originale quod in omnes transfunditur, est peccatum Adæ non quidem propagantis & proles generantis, sed inobedientiæ, quo præceptum in paradiso datum est transgressus: hoc enim solum eius corrumpit posteritatem, & omnibus ex eo secundū feminale rationem propagatis, imputatur ad damnationem, & ob hoc solum quòd ex eo propagantur, & dicitur concupiscentiam, ignorantiam, viriumque rebellionem & inobedientiã, cum vniuersis miseris in quibus nascimur, sequi principia naturæ hominis iustitiæ originis destituta, eandemque in substantia esse concupiscentiam eorum, quæ carni suauiã & comoda sunt ante & post Baptisum, imò & ante peccatum (sicut eadem sunt vires bestia ligata & solute vinculis) quòd tamen aduersus spiritum nunc concupiscit, quòdque calamitatis vias nimium experimur, sumus obnoxij, effectus esse & supplicium inobedientiæ Adæ iustitiæ originale, quæ plenam fecisset subiectione, pacè, & tranquillitatem in homine, omnemque excludisset miseriam, remouentis: ablato autè ob præuaricatione gubernaculo & freno iustitiæ, quæ ordinè, harmoniã, ac pacè in toto homine custodiuisset, quæq; hominis vires suas sequuntur propensiones, nullo Dei vel rationis habito respectu. Cuius exemplum ponit B. Anselmus lib. de conceptu virginali. cap. 5. de fera indomita, quæ ruptis vinculis turbat omnia, & discurrendo fruit, & naue

quæ gubernaculo destituta & rectore, in qualibet pericula impellitur. Sic enim vires hominis iustitia quam in origine accepit destituta, sine ordine, & effrenatè concupiscunt, & ad sua commoda feruntur: sed quia supposita huius iustitiæ supernaturalis carentia, huiusmodi concupiscentia sequitur principia naturæ, & in tali statu naturalis innocentia, atque naturalium proprietatum & defectuum, Deus creare hominem posset & potuisset, non potest secundum eos huiusmodi concupiscentia esse peccatum Deo odibile, quod supplicium mereatur.

*Tertia opinio de peccato originali. Eckius.*

*Refutatio.*

**T**ertia est opinio auctoris libri pro concordia controuersiarum à Casarea Maestate oblata, in quam colloquutores an. 1544. Vuornaciæ conuenerunt, inter quos erat D. Ioannes Eckius, quod reatus est formale in peccato originali: & ideo hoc soluto per Baptismum, concupiscentiam non manere propriè peccatum, quamuis in se maneat, qualis erat prius. Quam opinionem videntur accepisse à beato Augustino, qui peccati huius remissionem semper referre videtur ad solutionem reatus: & lib. 1. de nup. & concupis. cap. 26. Hoc est, inquit, non habere peccatum, reum non esse peccati: sed cum reatus sit effectus peccati & peccatum reum faciat, & dignum supplicio, non potest reatus esse formale, à quo nominetur aliquid vera ratione esse peccatum, ita ut eo soluto ex hoc ratio tollatur peccati. Et B. Augustinus intelligens reatum inseparabiliter commitari peccatum, dixit, quod non habere peccatum est, non esse reum peccati: formale enim in vnoquoque ratio est denominationis. à reatu autem fornicatio non est mala, nec peccatum Deo odibile, nec concupiscentia: sed quæ peccata sunt, ex hoc reos faciunt secundum leges, quia sunt peccata, quod etiam intelligens auctor libri docet concupiscentiam verè manere peccatum in baptizatis, sed non imputari in peccatum: impossibile enim est (saltem manente Dei ordinatione, quam in scripturis nobis insinuat) quod propria ratione peccatum & culpa est in aliquo manere, nec tamen supplicij facere reum, hoc est dignum qui puniatur. non enim potest admitti adulterium, odium & inuidia proximi, aut in Deum blasphemia, quin dignum supplicio faciant auctorem pro voluntate & opere suo peruerso, ut idem Augustinus docet lib. 6. contra Iulianum cap. 8. & in lib. de perfect. iustitiæ. quod autem Cælestius proposuerat imputare Deum homini non peccatum, neque peccatum esse quicquid non imputabitur ad peccatum, tanquam rectè dictum non putauit Augustinus refutandum. Peculiaris autem est concupiscentia, quod reatu soluto per Baptismum, eadem maneat & immutata, non tamen sit propriè peccatum, eò quod peccatum est ante Baptismum, non ut talis concupiscentia est, sed propter vetustatem mentis & carentiam gratiæ, qua infusa mens renouata ad Deum conuertitur, & tollitur inordinata eius auersio virtualis scilicet & habitualis, & conuersio ad commoda & suauiua huius vitæ. Et hæc intelligens etiam Martinus Lutherus, videlicet quod omne peccatum reum facit & dignum supplicio, dicit concupiscentiam remanentem dignum facere puerum baptizatum æterna damnatione, quamuis in gratiam Christi ad eam non imputetur. Nam si culpa est, culpabilem facit & dignum supplicio, quod tamen misericorditer & ex gratia possit non exigi: dicit enim in resolutionibus suarum conclusionum: Error est, inquit, quod peccatum quoad formale tollatur (formale autem appellant priuationem gratiæ, materiale autem ipsum fomitem) reatus autem tantum tollitur & formale manet sicut materiale. Et alio loco improbat Sophistas, quia cogitauerunt peccatum originale post Baptismum non esse peccatum in primam tabulam. Fieri quidem potest, quod ob per solutionem poenæ & remissionem, peccatum admissum & transiens non amplius post penitentiam reum faciat, quia soluta est vel remissa poena qua dignus erat: tunc enim habetur quasi nunquam admissa fructus, sicut homicidium quando per Principem est condonatum: ait enim Dominus apud Ezechielem, Si impius egerit penitentiam, omnium iniquitatum quas operatus est, non recordabor: quod autem sua malitia manens, non faciat reum & supplicio dignum, nec ad poenam imputari possit, fieri non potest. nec scripturis est consentaneum, quod perseveranti culpæ sic indulgeat Deus, ut propter remissionem reum non faciat, & peccati permittat in ordinationem sine iustitiæ vindictiua: per poenam decore, ut docet B. Augustinus cap. 8. sexti lib. contra Iulianum de peccato actuali.

*Quarta opinio de peccato originali. D. Thomas.*

**Q**uarta est opinio B. Thomæ, qui explicans in prima secundæ sententiam quam in 2. sentent. sequutus fuerat, & opinionem VVilhelmi Parisensis Episcopi, & eam quæ est Alberti Pigiij & Ambrosij Catharini, aliorumque catholicorum sententiam, docet secundum Fidem catholicam tenendum esse, quod primum hominis peccatum originaliter transit in posteros, propter quod pueri mox nati deferuntur ad Baptismum, tanquam

tanquam ab aliqua infectione culpæ abluendi, & contrarium esse hæresim Pelagianam, & hoc patet per Augustinum in plurimis eius libris. Quo autem modo primi parentis peccatum possit in posteros transire, ut in eis verè peccatum sit, quod transfunditur, diuersos doctores diuersis vijs processisse dicit, & reprobatis quibusdam docet, quod hoc ipsum quod est, Ex origine aliquem defectum habere, videatur excludere rationem culpæ, de cuius ratione est quod sit voluntaria: & ideo posito etiam quod anima rationalis ad aliam traduceretur, ex hoc ipso quod infectio animæ prolis non esset in eius voluntate, culpæ ad poenam obligantis rationem amitteret, quia ut Philosophus dicit in tertio Ethicorum ex naturalis luminis ratione, Quod nullus improperebit cæco nato, sed magis miserebitur. Ut igitur culpæ ratio habeatur in eo quod transfusum est in paruulum, rationem voluntarij inueniri oportet: nulla autem hic est propria paruuli voluntas, nec alia inueniri potest, quam primi principij generis humani, Adæ videlicet, qui iustitiam & rectitudinem naturæ & omnium virium pro se & posteritate tota acceperat, & ideo per peccatum eam amittens & expellens, se & totam posteritatem corruptit fermento & veneno concupiscentiæ, omnes totius naturæ hominis vires corrumpentis. Et hæc ratione corruptio ista totius posteritatis voluntaria est Adæ voluntate, qui rectitudinem pro ea tota acceperat. Et quamuis ad peccati rationem externa non sufficiat voluntas: non enim, ut diximus, filio nocet, si dæmonibus consecratur, eius tamen sufficit & requiritur voluntas, qui perfectionem, hoc est, iustitiam & rectitudinem voluntatis accepit pro alio. Et ideo secundum B. Thomam, peccatum originale non est huius personæ peccatum, ut in hac persona est, vel à proximis transfusum parentibus, sed solum in quâ tum hæc persona recipit naturam à primo parente, vnde & naturæ peccatum vocatur: secundum illud ab Ephes. 2. Eramus natura filij iræ. Vnde ad argumentum quintum, quod inquit philosophus in Ethicis propter naturam turpes nullus increpet, hoc est, eos qui ex origine habent turpitudinem, sed eos qui propter desidiam & negligentiam sunt turpes, ergo neque peccatum increpabile est quod est per originem: Respondet, quod per originem est, non est increpabile si consideretur iste, qui nascitur secundum se, sed si consideretur prout refertur ad aliquod principium, sic potest ei esse increpabile, sicut ignominiam generis patitur is, qui nascitur ex culpa alicuius progenitorum causa. Est igitur secundum eius opinionem, in hoc paruulo concupiscentia peccatum, ut est filius Adæ & eius quasi membrum, hoc est, respectu habito ad eius inobedientiam, ad quam in ipso & tota posteritate hæc rebellio & virium corruptio secuta est, & eius consideratione voluntaria, sicut actus peccati exterior voluntarij, & peccati rationem habet sola comparatione ad voluntatem imperantem. De actionibus, inquit, beatus Anselmus, voluntarijs, quæ iniuste sunt, si arguuntur membra & sensus quibus sunt, respondere possunt: Deus nos & potestatem, quæ in nobis est, subiecit voluntati, ut ad imperium eius non possimus non mouere nos, & facere quod vult: imò illa mouet nos ut instrumenta sua, & facit quæ videmur facere, nec nos possumus illi per nos resistere, nec opera quæ facit possunt non fieri. dominationi quam Deus dedit nobis, nec possumus, nec debemus non obedire: quando illi obedimus, Deo qui nobis hanc legem dedit, obedimus. Ergo quid peccant membra vel sensus vel opera quæ Deus sic subiecit voluntati, si seruant quod Deus illis ordinauit? quicquid igitur faciunt, totum imputandum est voluntati. Possent & sic dicere paruulus: Ex origine naturam accepi corruptam, nec meæ potestatis erat accipere aliam: mihi igitur imputari non debet, quod ad vitia propensis, obliquus, & sine iustitia sum natus & conceptus in iniquitatibus. Ut igitur in hoc paruulo ad omnem rebellionem internam contracta est habitas & aptitudo, non habita alia consideratione, nulla potest culpæ ratio inueniri: sicut nec voluntarij, sine quo culpa esse nequit, ad supplicium imputabilis secundum Beati Thomæ sententiam, sed defectus cuiusdam naturalis tantum. considerata autem relativè ad peccatum Adæ, materialiter solum peccatum est, & formale docet esse carentiam iustitiæ originalis ratione gratiæ gratum facientis, quam includebat vel saltem requirebat coexistentem, hoc est defectum ordinis siue rectitudinis quæ inerat voluntati secundum originale iustitiam formaliter: defectum autem ordinis in appetitu inferiori materialiter in hoc peccato se habere. Intelligitur autem iste omnium virium appetitus inferioris defectus nomine concupiscentiæ: intelligitur enim esse habitas ad motum inordinatum partis sensitivæ, non ex habitu propriè, sed ex subtractione retinaculi rationis quo ipsa detinebatur, ne posset effrenatè in sua obiecta tendere: & quia solum in huiusmodi viribus & membris, quæ nata sunt obedire rationi, contingit esse culpam & virtutem, ideo fomes morbi & mors

*Concupiscentia in habitibus est car peccati malitiam non habet.*

mors ipsa, solum pœna & non peccata dicuntur, quamuis Adæ inobedientiam sequantur, & referantur ad eam.

**E**T quia ut diximus, formale in peccato originali est defectus ordinis, quem iustitia originalis Spiritu inhabitante faciebat, ideo gratia infusa, & per Spiritum Christi in nouata mente, carnis uertutas aut concupiscentia non potest retinere rationem & malitiam peccati sine mentis à Deo auersione: (non enim hæc peccati ratio esse potest) quæ tollitur per gratiam ad Deum eam conuertentem. Nec tamen hæc iustitiæ carentia peccati rationem inducere potest propter eandem rationem, defectum scilicet voluntarij, nisi referatur ad voluntatem Adæ, sicut dictum est de concupiscentia. Et posset hic disputari sicut de peccato externo, an propriam & internam habeat malitiam distinctam à malitia voluntatis, ita & de concupiscentia & carentia iustitiæ originalis, & toto illo quod peccatum originale in paruulo dicitur, an solum denominetur extrinsecè peccatum ad pœnam imputabile, sicut videntur sonare verba beati Thomæ, an intrinsecam habeat malitiam, prout tamen voluntarium est in Adam. Sed hanc disputationem hic præterimus. Et quia minimum hic est de voluntario, quia solum voluntarium aliena, principij scilicet naturæ, voluntate, & hac indirecta tantum, & interpretatiua, vt latè profertur Durandus, per hoc quod Adam illud elegit, cui iustitiæ carentia & expulsio erat annexa. Et solum in habitu consistit, qui dum malus est, incomparabiliter est minus malus, quam eius actus. Ideo docet idem B. Thomas post V. Vilhelmum Altsiodorensem in 2. lib. Sentent. cap. 28. Quod peccatum originale quamuis maximum sit malum, quia totius naturæ corruptio, minimum tamen est peccatum, & minus minimo peccato veniali. Et in quaestione de malo, materia 4. q. 2. docet originale non esse eadem ratione peccatum, quia alia peccata, sed analogicè vel æquiuocè, quæ latè declarat Ioannes Capreolus eius defensor, distinct. 32. in solutione argumentorum Durandi. Et in prima secunda, q. 87. artic. 5. in solutione secundi argumenti aperte dicit, quod peccato originali non debetur pœna æterna, ratione suæ maculæ vel grauitatis, sed ratione conditionis subiecti, scilicet hominis, qui sine gratia inuenitur, per quam solum fit remissio peccati, & ita vt appareat, ob indignitatem magis personæ, quam ob peccati demeritum. Et ideo secundum Augustinum cap. 16. lib. primo de peccatorum remissione, rectè dicitur, quod paruuli sine baptismo de corpore exeutes, in damnatione omnium miserrima sint futuri. & idem lib. 5. aduersus Iulianum non audet dicere, quod tanta eorum est pœna, quod eos non nasci potius expediret, cap. 8. Hinc nascitur diuersitas sermonis potius quam sententiarum catholicorum doctorum, quando de hoc originis peccato loquuntur: qui enim ipsum considerant secundum se, vt in hoc homine est, sicut sequaces primæ & secundæ opinionis, dicunt esse morbum tantum, & defectum quasi naturalem, non imputabilem: qui verò ipsum considerant & referunt ad inobedientiam Adæ, dicunt esse peccatum, & quia sic etiam consideratum parum culpæ imputabilis habet, quibusdam non videtur debere dici peccatum, & ad actuale Adæ peccatum referendum esse quicquid dicitur de culpa originali. Alij verò, quia vident aliquo modo ipsum esse voluntarium, nominant verè peccatum, maxime quia Concilium Mileuitanum, & nouissimum Tridentinum, & patres peccatum ad pœnam imputabile nuncupant & indicant, conformiter sacre scripturæ intellectum suum captiuantes in obsequium Fidei, credentes magis quam intelligentes quod docent, propter rei difficultatem. Nam B. Augustinus de moribus Ecclesiæ. Hoc inquit, antiquo peccato nihil est ad prædicandū promptius, nihil ad intelligendum secretius. Et cum Pelagius & sectatores argumentis irgerent, ac doceri cuperent, per quas rimulas, (ita enim illi) hoc peccatum in animam illabatur, quæ ab Optimo Deo bona creata esset, nec villo proprio consensu aut culpa semet ipsam inquinasset, cum nec illis respondendo, nec sibi ipsi ad plenum satisfaceret ipse ad Hieronymum scribens, & ad Marcellinum lib. 3. de baptismo paruulorum, non erubuit suam confiteri ignorantiam, ait enim ad Hieronymum: Cum ad pœnas paruulorum ventum est, magnis mihi crede, coarctor angustijs, nec quid respondeam prorsus inuenio. Et post dubitationis suæ rationes (quæ Palagianorum erant) statim adiectas, rogat illum, vt doceat quid sit dicendum, & quomodo eis respondendum. Nam rectè cogebatur vt dogma illud, Quod paruuli peccatum nascendo contrahunt, statueret in eum venire errorem, Animas posterorum ex prima Adæ anima propagari. Et lib. 3. de baptismo paruulorum, cap. 4. palam confitetur & scribit: Etsi refellere istorum argumenta non valeam, ideo tamen inherendum esse ijs quæ in scripturis sunt compertissima. Et in epistola ad Hieronymum, quæ est, 26. ferè desperans inuenire circa hoc

*Peccatum originale est maximum et minimum.*

*Peccatum originale non facti sibi cognitum ingenuè acnouit Augustinus.*

peccatum, quod menti eruditæ quietem adferret, huiusmodi apologo quaestionem hanc absoluit: Cum quidam rutillet in puteum, vbi aqua tanta erat, vt eum magis exciperet ne moreretur, quam suffocaret ne loqueretur: accessit alius, & eo viso admirans ait: quomodo hoc incidit? ille dixit, obsecro, cogita quomodo me hinc liberes, non quomodo hoc incidit? quæras. Ita quoniam fatemur & Fide catholica tenemus de reatu peccati, tanquam de puteo infantis animam Christi gratia liberandam, factis est ei, quod modum quo salua fit nouimus, etiam si nunquam, quomodo in malum illud deueniret, nouerimus. Cum igitur difficile sit intelligere, quod concupiscentia vel quiduis aliud ante Baptisimum in paruulo peccatum est, & ob solius scripturæ authoritatem hoc credamus, mirum est, aduersarij ratione etiam reclamante, contra scripturas & B. Augustinum (cuius tamen se niti authoritate gloriantur) docere concupiscentiam in baptizatis manere peccatum ad supplicium imputabile. Vt autem intelligi possit, quomodo, quæue ratione, quod origine contrahitur, possit esse & verè sit peccatum, consideranda est sententia Apostoli ad Rom. 5. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines (quos prius hunc mundum appellauit) mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Adam itaque peccante in eo, tanquam principio totam naturæ humanam & posteritatem continente, peccauimus omnes. Et hac ratione quia in eo peccauimus, peccatum in hunc mundum, hoc est nos omnes intrauit, non quidem hoc ipsum transgressionis peccatum, in quo & per quod transgressi sumus omnes, nisi secundum suos effectus, excedere non poterat, sed peccatum illud quo peracta transgressione, ipse mansit peccator impius & Dei inimicus: quod an aliud sit, tanquam prioris effectus, vel idem ratione distinctum postea dicitur. tales enim generauit filios, qualis factus est ipse in corpore, & anima peccando. Hoc itaque modo nascimur & nos peccatores iniusti, & Deo inimici. quomodo & qualis ipse factus est ex mandati transgressione, & non qualis erat peccando. In ipso enim solum peccauimus, non in nobis personaliter, tamen & in nostris personis facti sumus peccatores & Dei inimici, vt clarè docet Apostolus Paulus. Est igitur hic inquirendum, quia ratione post peractam transgressionem Adam verè impius & peccator erat & dicebatur, quo inuenio, intelligemus quomodo impius naturæ paruulus: per vnius enim hominis inobedientiam constituti sunt peccatores multi, vt ait Apostolus Paulus: intelligemus autem, si paucis ob oculos ponamus, qualis à Deo creatus est & quomodo alteratus & mutatus per peccatum: fecit enim Deus eum rectum in plena mentis ad Deum subiectione: virium parvis sensitiue ad rationem: & corporis ad animam, hoc est in plena pace & tranquillitate totius hominis, & in eo nos omnes, totamque eius posteritatem in eadè constituit tranquillitate. eo autè peccante omnia successerunt contraria, & quasi soluto freno, quod omnia moderabatur, & in suis continebat officijs, vnaquæque viriū in sibi comoda & suaui, nulla rationis vel legis Dei habita ratione, ferebatur. Nam gratiam & amicitiam Dei perdidit, & spiritum inhabitantem, per quem ad Deum tanquam ad bonum suum vnicum conuertebatur, & ab eo auersus & fugitiuus, ad caduca & bonum facile commutabile est conuersus, quorum amore & contractu maculatus est & totus immundus factus, reus præterea æternæ mortis, quæ facile ex verbis intelligitur, quibus comminatus est Dominus, In quocunque die comederis ex eo, morte morieris: & etiam in verbis Apostoli, quando dicit, Quod pertransiit in omnes homines. Ad hæc vires inferiores factæ sunt ei rebelles, carne concupiscente aduersus spiritum, sicut ipse inobediens fuerat domino suo: morti etiam & innumeris miserijs in corpore & anima est subiectus: & quatuor præcipuè inflicta sunt ei vulnera, vt scribit venerabilis Beda, Intellectui, ignorantia: voluntati, malitia: infirmitas, vi irascibili: & concupiscibili, concupiscentia: quæ omnia secuta sunt inobedientiam transgressionis mandati de non comedendo fructu vitæ. Nullum autem istorum propriè est transgressio legis, sed ipsam sequuntur vniuersa in nobis, sicut in primo parente, qui peccando morti subiectus est, carerisque miserijs. Et sicut mortalis factus, immortales generare non poterat: nec ipse mortuus in anima, spiritu viuente: ita nec carne aduersus spiritum concupiscens & sibi metipsum contrarius, filios, qui carnem haberent spiritui obedientem. Non enim hæc fieri poterant sine speciali Dei dono naturæ superaddito, iustitia scilicet quam statim conditi acceperant: hæc igitur spoliato, sibi quæque naturæ principijs relicto, & ipsi, & nobis euenire quæ experimur miseri oportebat ob appetituum & elementorum, ex quibus constat, contrarietatem. Quid igitur horum est, à quo dicebatur & erat Adam

peccatum, quod menti eruditæ quietem adferret, huiusmodi apologo quaestionem hanc absoluit: Cum quidam rutillet in puteum, vbi aqua tanta erat, vt eum magis exciperet ne moreretur, quam suffocaret ne loqueretur: accessit alius, & eo viso admirans ait: quomodo hoc incidit? ille dixit, obsecro, cogita quomodo me hinc liberes, non quomodo hoc incidit? quæras. Ita quoniam fatemur & Fide catholica tenemus de reatu peccati, tanquam de puteo infantis animam Christi gratia liberandam, factis est ei, quod modum quo salua fit nouimus, etiam si nunquam, quomodo in malum illud deueniret, nouerimus. Cum igitur difficile sit intelligere, quod concupiscentia vel quiduis aliud ante Baptisimum in paruulo peccatum est, & ob solius scripturæ authoritatem hoc credamus, mirum est, aduersarij ratione etiam reclamante, contra scripturas & B. Augustinum (cuius tamen se niti authoritate gloriantur) docere concupiscentiam in baptizatis manere peccatum ad supplicium imputabile. Vt autem intelligi possit, quomodo, quæue ratione, quod origine contrahitur, possit esse & verè sit peccatum, consideranda est sententia Apostoli ad Rom. 5. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines (quos prius hunc mundum appellauit) mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Adam itaque peccante in eo, tanquam principio totam naturæ humanam & posteritatem continente, peccauimus omnes. Et hac ratione quia in eo peccauimus, peccatum in hunc mundum, hoc est nos omnes intrauit, non quidem hoc ipsum transgressionis peccatum, in quo & per quod transgressi sumus omnes, nisi secundum suos effectus, excedere non poterat, sed peccatum illud quo peracta transgressione, ipse mansit peccator impius & Dei inimicus: quod an aliud sit, tanquam prioris effectus, vel idem ratione distinctum postea dicitur. tales enim generauit filios, qualis factus est ipse in corpore, & anima peccando. Hoc itaque modo nascimur & nos peccatores iniusti, & Deo inimici. quomodo & qualis ipse factus est ex mandati transgressione, & non qualis erat peccando. In ipso enim solum peccauimus, non in nobis personaliter, tamen & in nostris personis facti sumus peccatores & Dei inimici, vt clarè docet Apostolus Paulus. Est igitur hic inquirendum, quia ratione post peractam transgressionem Adam verè impius & peccator erat & dicebatur, quo inuenio, intelligemus quomodo impius naturæ paruulus: per vnius enim hominis inobedientiam constituti sunt peccatores multi, vt ait Apostolus Paulus: intelligemus autem, si paucis ob oculos ponamus, qualis à Deo creatus est & quomodo alteratus & mutatus per peccatum: fecit enim Deus eum rectum in plena mentis ad Deum subiectione: virium parvis sensitiue ad rationem: & corporis ad animam, hoc est in plena pace & tranquillitate totius hominis, & in eo nos omnes, totamque eius posteritatem in eadè constituit tranquillitate. eo autè peccante omnia successerunt contraria, & quasi soluto freno, quod omnia moderabatur, & in suis continebat officijs, vnaquæque viriū in sibi comoda & suaui, nulla rationis vel legis Dei habita ratione, ferebatur. Nam gratiam & amicitiam Dei perdidit, & spiritum inhabitantem, per quem ad Deum tanquam ad bonum suum vnicum conuertebatur, & ab eo auersus & fugitiuus, ad caduca & bonum facile commutabile est conuersus, quorum amore & contractu maculatus est & totus immundus factus, reus præterea æternæ mortis, quæ facile ex verbis intelligitur, quibus comminatus est Dominus, In quocunque die comederis ex eo, morte morieris: & etiam in verbis Apostoli, quando dicit, Quod pertransiit in omnes homines. Ad hæc vires inferiores factæ sunt ei rebelles, carne concupiscente aduersus spiritum, sicut ipse inobediens fuerat domino suo: morti etiam & innumeris miserijs in corpore & anima est subiectus: & quatuor præcipuè inflicta sunt ei vulnera, vt scribit venerabilis Beda, Intellectui, ignorantia: voluntati, malitia: infirmitas, vi irascibili: & concupiscibili, concupiscentia: quæ omnia secuta sunt inobedientiam transgressionis mandati de non comedendo fructu vitæ. Nullum autem istorum propriè est transgressio legis, sed ipsam sequuntur vniuersa in nobis, sicut in primo parente, qui peccando morti subiectus est, carerisque miserijs. Et sicut mortalis factus, immortales generare non poterat: nec ipse mortuus in anima, spiritu viuente: ita nec carne aduersus spiritum concupiscens & sibi metipsum contrarius, filios, qui carnem haberent spiritui obedientem. Non enim hæc fieri poterant sine speciali Dei dono naturæ superaddito, iustitia scilicet quam statim conditi acceperant: hæc igitur spoliato, sibi quæque naturæ principijs relicto, & ipsi, & nobis euenire quæ experimur miseri oportebat ob appetituum & elementorum, ex quibus constat, contrarietatem. Quid igitur horum est, à quo dicebatur & erat Adam

*Peccatum originale veri nominis esse peccatum. Rom. 5.*

*Adæ post transgressionem verè impius.*

*Æterna calamitates quæ Adæ transgressionem sequuntur.*

*Ad quæ fuc-  
rit re factus  
transgressor.*

Adam post transgressionem peccatorum non concupiscentia, hoc est concupiscentia, siue ad concupiscendum habitus appetitus sensitui, quæ proprietatis est homini naturalis, eadem re ipsa & inseparabilis à vi appetitiua, sicut intellectum cum potentia intelligendi, sed ante peccatum in desiderijs suis per iustitiam, ne rationi aduerseretur, regulabatur, ei que plenè subiebat, sicut in patria eadem perfectè Deo & menti erit subiecta. Hæc igitur concupiscentia non potest propriè dici peccatum. Nam Eua peccatrix erat antequam in ea esset hæc rebellio, & si peccatum est in quantum desinita modo deratione iustitiæ, tunc carentia iustitiæ & ipsius desideria dicuntur peccata, non ipsa ut concupiscentia est. Nec propriè peccatum erat in primo parente gratiæ & iustitiæ originali priuatio, sicut nec eiusdem gratiæ carentia, peccatum est in nobis, quando mortaliter peccamus, nec rebellio virium, concupiscentia, ignorantia, & impotentia quæ transgressionem sunt secuta, in eo erant peccata, nec in nobis quando mortaliter peccamus. Nam & nos perdita gratia, impotentiam mortalia peccata vitandis, infirmitatem, & ignorantiam incurrimus. Cum igitur hæc & vitiosi habitus qui nascuntur, effectus peccati in nobis verius sint, quam peccata: non enim magis supplicij faciunt, nec peiorum, nec magis apud Deum odibilem, quam inobedientia fecerat, vel mandati transgressio, quam sequuntur, necesse est quod nec in Adam erant peccata, nec ab istis Adam erat & nominabatur post transgressionem peccator, & per consequens, nec paruulus ab his dici potest peccator & impius. Nullum igitur istorum cum transgressionem sequantur, sicut nec ipsum peccatum, à quo Adam denominabatur, & paruuli nascuntur peccatores, est contra legem, vel eius transgressio, & ideo nec eiusdem rationis & vniuocè cum transgressionem peccatum dici potest. Quod autem B. Augustinus lib. 16. de ciuitate Dei cap. 27. dicit paruulos esse præuicarios illius legis, quæ in paradiso data est, & illud dissi-palle testamentum, quod primum cum homine est factum, ut sic verum sit vtrunque, præuicarios æstimauit omnes peccatores terræ, & vbi non est lex, nec præuicatio. Ex quo videri potest, peccatum paruulorum esse contra legem, legisque transgressionem, ipse exponit dicens, paruulos secundum communem generis humani originem in illo vno testamento dissipalle, in quo omnes peccauerunt, & sic peccando similiter legem sunt transgressi, & facti ut peccatores, ita & præuicarios, sed effectiue ab hac transgressionem, non formaliter, quo modo ab ea dicimur peccantes & præuicantes. Adam igitur dicebatur peccator post transitum actus præuicantis: non à concupiscentia, nec ab errore, nec aliquo huiusmodi effectu transgressionem sequente, sed ab inobedientia præterita, non quidem simpliciter (quia tunc post penitentiam & remissionem æque mansisset peccator & impius) sed ab ea prout manebat in effectibus habitus auersionis à Deo, inordinatæ conuersionis, maculæ & reatus quæ relinquebantur, qua ratione dicimur & nos peccatores actu præterito, de quo Magister in sententijs: Polluta est, inquit, anima quousque peniteat, sicut erat, dum erat in eo praua voluntas: quemadmodum qui tangit morticinum, vel aliquod immundum, pollutus manet post factum quousque lauetur, sicut fuit dum tangeret. Ita post actum peccati, polluta remanet anima sicut fuit in actu peccati, quia ita longè est à Deo per dissimilitudinem, quæ est vita & munditia mentis, atque fuit dum peccatum ageret: Et hæc dissimilitudo quæ inest animæ ex peccato, & à Deo est elongatio, animæ macula intelligitur, à qua purgatur in penitentia. Et B. Augustinus lib. 6. cap. 8. contra Iulianum. Impietas, inquit, qua idolis sacrificatur, tam diu manet, donec idolis renuntietur, & credatur in Deum. Idolis itaque sacrificatum, factum est transiens, non vitium manens: impietas verò qua sacrificatum est, illo peracto manet.

*Paruuli quo  
sensu præu-  
ricatores le-  
gi.*

Hæc itaque ratione à peccato præterito, aliquo tamen modo manente, dicimur peccatores, & hæc ipsa in quibus manet, intelligi possunt formalis peccati ratio, à qua sumus non peccantes: & similiter reatus, qui est dignitas supplicium sustinendi, & quasi pro fundamento habet hanc maculam & mentis auersionem & conuersionem habituales, vel re ipsa cum eis est eadem. Et quia peccator nomen habitus est, non autem actus, ab istis quasi habitibus ad peccatum relatiue verè dicimur peccatores, ut docet Cardinalis Caietanus q. 114. circa primam secundæ, & q. 86. vbi B. Thomas tractat de macula, & hoc modo intelligendo reatum cum suo fundamento, veritatem habet, quod reatus est formalis ratio peccati, non quo peccamus, sed quo sumus peccatores: duplici enim ratione dicitur peccatum, à qua scilicet nominamur peccare, & à qua post transitum actus dicimur peccatores: in actu enim peccati mens à Deo ultimo sine auertitur, & relinquatur, quasi habituales & similes auersio, & ad caduca & pereuntia conuersio, à quibus nisi

nisi per Christi gratiâ extirpari & expediti nemo potest. Et hanc à Deo auersionem B. Augustinus impietatem vocat, postquam idolis est sacrificatum, manentem, quæ à Deo esse non potest, sicut nec culpa, nec auersio actualis, nec animæ macula quæ est gratia ac nitentis carentia ut à peccato proficitur, consistit. Tria autem ista, mentis auersio & conuersio quasi habituales, & macula cum reatu, effectus sunt peccati necessariò & semper ipsam consequentes, in quibus consistit iniquitas & impietas, quam dicit B. Augustinus. Superbia, inquit, auertit à sapientia, auersionem autem stultitia subsequitur. Vnde autem hæc auersio: nisi dum ille, cui bonum est Deus, ipse vult esse bonum suum, sicuti sibi est Deus.

EX his videmus & clare intelligimus, quod peccatum originale non est propriè concupiscentia carnis aduersus spiritum, sed mentis à Deo auersio cum inordinata conuersione, macula & reatu ex Adæ transgressionem relicta, quibus omnes nascimur obnoxii, quæ & Adam præuicariorem post eum fructus vitæ, sicut & angelum & nos omnes post præuicariorem, non concupiscentia, nec iustitiæ carentia, faciebant. Et in hoc magnum est fidei mysterium, humanum & angelicum excedens intellectum, & inscrutabile ac seuerum Dei iudicium, quod ex parentis nostri peccato non solum bonis, quæ ex eius successione & propagatione eramus accepturi, priuamur (quotidie enim in iudicijs humanis videmus ob patris crimen, filios & totam posteritatem hereditate priuari, cunctaq; applicari fisco: ob crimen tamen nec contaminatur, nec culpabilis fit eius posteritas) nos, inquam, non solum bonis quæ per Adam eramus percepturi, spoliatur, sed & impietatem participamus, qua ipsi in nobis culpabiles & Deo abominabiles constituitur, paterna impietate in nos transfusa & manente, donec sanguine Christi in baptismo ablatur: quod omnis creaturæ excedit intellectum, quod scilicet in eo solum, non in nobis peccamus, constituamur: tamen non in parente tantum, sed & in nobismet ipsis peccatores. Hæc itaq; duo in hac materia sunt fidei mysteria: primum quod Deus Adæ donauit iustitiam, & virium tranquillitatem: non pro ipso tantum, sed pro omnibus etiam ex eo propagandis, & in ipso duntaxat, non autem pro eis singularem: nisi enim certa fide istud suscipiatur, primum homo creatus diceretur quales nunc sumus, qualem & philosophi ex principijs suis naturam humanam esse intelligunt, nec ægrota esset, nec Medico indigeret. Et secundum, quod non solum his bonis priuamur, sed ex eius peccato Deo sumus odibiles in nobismet ipsis, & filij iræ: cum tamen ob crimen lesa Mæst. à patre admittum, ut diximus, hereditate frustratus miserabilis est non odibilis, nec inimicus Principi, nec quicquam patitur ob suum peccatum, sed patris tantum: hic autem non ob patris peccatum nisi originaliter affligitur, sed ob proprium. Nam in hoc est differentia Christi & Adæ, quod peccatum non transit in posteros à primo parente per modum demeriti, quasi ipse omnibus mortem & infectionem peccati meruisset, sed per modum traditionis consequentis traditionem naturæ: non enim vnus personæ actus toti naturæ mereri vel demereri potest, nisi humanæ naturæ limites transcendat, qualis est Christus qui Deus est & homo, atque ideo ab ipso nascimur filij gratiæ, non per traditionem, sed per meritum actionis & victimæ eius. Nam B. Anselmus in lib. de conceptu virginali, docet infantem damnari non pro peccato Adæ, sed pro suo. Nam si ipse, inquit, non haberet suum peccatum, non dānaretur, & ita non portat iniquitatem Adæ, sed suam propriam, quauis illius iniquitas istius peccati causa fuerit. Et B. Augustinus lib. 3. contra 2. epistolam Pelagianorum ca. 4. & lib. 6. contra Iulianum, cap. 4. dicere videtur, quod iniustum esset Dei iudicium, si paruuli innocentes mortē traherent sine meritis, & poena transiret sine culpa, quod de vno solo mediatore Dei & hominū Christo Iesu catholica, inquit, fides nouit: quod intelligi oportet secundum ordinem à Deo institutum. Nam creari potest homo sine iustitia originali, & omnibus malis quæ nunc experimur, affligeretur, morbis scilicet, damnatione, demonū vexatione, & vniuersis alijs, quæ tamen in eo non essent supplicia & pœnæ, sed cruciatibus tantum, sicut sunt in bestijs: multo autem iustiori iudicio omnibus his calamitatibus filios Adæ affligere potuisset, culpa non propagata, & clementius nobiscū ageretur. Neq; admiranda esset hæc Dei poenitentia, si in illa duntaxat incōmoda ob Adæ culpā venissemus, quæ à natura nobis inhæssissent, nisi supernaturali fuisset privilegio præseruati. Nam (ut diximus) in iudicijs etiam humanis, bonis ob patris crimen, quæ per eum eramus accepturi, priuamur. Quando autem hic dicit beatus Augustinus & in alijs locis, paruulos contrahere pœnam & eius meritū, extendit meritum ad dignitatem, eò quod meritū propriè in sola consistat operatione. Nam sicut paruulus

*Peccatum ori-  
ginale non est  
concupiscentia  
sed mentis au-  
uersio.*

*Quidā de ori-  
ginis vitio si-  
de credendū.*

*Analogia pri-  
mi & secūdi  
Adæ.*

*D. Anselmi*

*An in partu-  
lis pœna me-  
ritum.*



Peccati origi-  
nalis calami-  
tas magis cre-  
ditur, quam  
intelligitur.

Quid sit pec-  
catum origi-  
nale Docto-  
res variant.  
Ioan. Sco-  
tus, Gabriel,  
Durandus.

Alb. Pighius  
Amb. Catha-  
rinus.

Error Pighii  
& Calbarini

D. Thomas,  
Caietanus.

baptizatus, ex interna dispositione dignus est hereditate & vita aeterna, quam non meretur: sic paruulus non baptizatus, dignus est damnatione ob suum peccatum, suamque dispositionem sine merito suo & parentum. In altero tamen qui saluatur, Christi meritum operatur. Hac itaque duo fidei sunt dogmata, quod autem concupiscentia transfunditur, supposita naturae corruptione, naturale est: sicut quod sibi simile homo generet, mortalis mortalem. Quod vero Deo charus ei odibilem secundum animam ex antiquo peccato generet, & quod in alio peccantes, in nobismetipsis peccatores personaliter constituitur, nullus capit intellectus. Et quamuis idem peccatum transfundatur in proles, multo tamen erat odibilis propter actuale inobedientiam in primo parente adiunctam, quam in nobis est: sicut Christi iustitia nobis communicata, quam eadem sit specie, incomparabiliter nostra est maior: est enim utrobique participatio quaedam: hic iustitiae, illic impietatis. Nam auersio & conuersio habituales, & macula, malitiae gradum & quantitatem suscipiunt à peccato quod sequuntur. Et ab eodem multum diuersam in eo, qui in sua persona transgressus est, & his qui solum in alio. Et quia poenitentia eiusque effectus erat in Adam, & est in nobis (sicuti & Baptismi) personalis non egreditur personam: nec tollere potest auersionem, conuersionem & maculam naturae, quam totam in Adam eius transgressio maculabat, & corrumpendo peruertebat. Est & hoc admiratione dignum, quod persona ad Deum conuersa, natura maneat auersa: & vitiosa, corrupta ac peccatrix transfundatur in prolem, sed cessat haec admiratio, si consideretur, quod conuersio, iustificatio, & sanatio, quae sunt in Baptismo & Poenitentia, solum sunt personales, dicente Domino apud Ezechielem: Iustitia iusti super eum, & impietas impij super eum. Et superuacaneum est hic disputare, an peccatum originale virtualiter sit in femine, vel in parente: siue sancto siue impio. Nam quia in Adam omnes peccauimus, & per hoc in nobis facti sumus peccatores, nihil refert quales sint parentes immediati, imò si sanctificati, fomite penitus extincto, sicut erat in Maria, sine libidine generarent, proles peccatum originis contraherent, quia ex Adae nascerentur propagatione. Nam per vniuersum delictum in omnes homines in condensationem Apostolus dicit profectum esse hoc malum, de quo B. August. lib. 2. de peccatorum meritis ca. 27. Quomodo autem, & an haec quatuor, auersio à Deo, conuersio ad creaturam, macula, & reatus, vt manent post transitum actus peccati, inter se differant, & quid in peccatore maneat, à quo dicitur peccator, varie sentiunt Doctores scholastici atque hinc nascuntur variae opinionones de peccato originali, quid sit, & in quo consistat. Nam Ioan. Scotus, Gabriel, & multi sequaces, distinguunt. 14. 4. Sent. opinantur nihil manere in peccatore, nisi ordinationem ad poenam propter peccati admissum, quae vt discoueniens animae, apud eos dicitur macula, vt est obligatio ad poenam reatus, & vt actus diuine voluntatis, per quem ad poenam ordinatur Dei offensam: quos secuti esse videntur Durand. & autores quae opinionis ex Magistro recitauimus, ponentes peccatum originale esse indignitatem habendi iustitiam, aut dignitatem carendi, vel obnoxietatem aeterni supplicij: ab his enim dicerent post transitum actus nuncupari & esse peccatores. Albertus vero Pighius & Amb. Catharinus, considerantes haec non proprie esse peccata, credebant ab his nec dici posse aliquem, nec esse peccatorem, & ideo ponebant peccatum Adae, quo prauaricatus est mandatum Domini, esse peccatum originale, & ita actuale peccatum Adae, omnium nostrum esse originale, & ipsum vniuersum & proprie esse peccatum. Docent nihilominus mortem animae vt corporis, in omnes eius filios transfundi, & ex eius peccato, gratia priuari. Secundum eos itaque, sicut Adam mansit peccator ab esu pomi vetiti, quousque propter poenitentiam ei condonaretur: sic & paruulus ab eodem esu, hoc est, mandati transgressione, peccator manet & iniustus, donec per baptismum reatus soluatur, non solum poenae, sed & culpae, qua in Adam peccauit, à solo igitur peccato praeterito, intelligunt hominem dici & esse peccatorem, quamdiu non condonatur, & hoc probabiliter, quo sensu (vt ait Pighius) dicitur Bethsabee 3. Reg. ca. 1. ad Regem David: eritque cum dormierit Dominus meus rex, erimus ego et filius meus Salomō peccatores. Qui tamen in hoc defecisse videntur & errasse, quod nihil in paruulo intrinsicē existens agnoscebant, propter quod esset odio dignus, considerantes duntaxat quod in Adam peccauit, & ob solum eius peccatum in quo communicabat, esset Deo odibilis: verisimile tamen est, quod maculam, conuersionem & auersionem habituales ex peccato, in quibus diximus consistere peccatum originale, non negassent: sed quia in his non consistit peccatum proprie dictum, quale credebant esse peccatum originale, scripserunt ob actuale peccatum Adae, eos esse filios irae & odij, non ob proprium quod vera & vniuoca ratione esset peccatum, & sic magis esset inconsideratio sermonis, quam error

error in scriptis eorum de peccato originali. Sed verisimilius est quod dicit B. Thomas, tria priora esse priuationem gratiae ex peccato, de quo Card. Caietanus prolixè tractat circa q. 86. art. 1. & q. 71. art. 6. & q. 114. art. 2. Cum enim gratia sit nitor animae, conuersio ad Deum, & à creaturis auersio, eius carentia peccatum secuta, animae macula est, à Deo auersio, & ad creaturam conuersio quasi habituales, & etiam reatus saltem per concomitantiam, imò & mors animae, sicut gratia est eius vita. De reatu vero B. August. li. 6. contra Iul. ca. 8. magna facit inquisitione, quid sit, & in quo consistat: & quia impietatem reatum videtur nuncupare, de culpae reatu, quo peccator indignatione & offensam Dei ac odio dignus est, magis disputat, quam de reatu poenae, sine supplicij ob peccatum debiti: qua ratione à Deo esse non possunt, sicut nec ipsae peccati author. Dicuntur autem haec quatuor relative ad peccatum tantum, & hac significatione reatus est formalis ratio, à qua dicitur peccator, & idem sunt, reum esse, & esse in peccato secundum B. Augustinum. alio loco: Quando igitur diximus peccatum originale esse auersionem & conuersionem ex transgressionem relictas, conuenimus cum sententia B. Anselmi & B. Thomae, docentium ipsum consistere formaliter in carentia iustitiae siue potius gratiae, quam in primo parente accepimus, prout tamen ex peccato sequitur: haec enim ratione macula est animae & peccatum, & ea includit quae diximus esse peccatum originale, vt & Thom. docet art. 3. q. 82. An vero praeter hanc carentiam per peccatum fiat, & facta sit conuersio per inhærentiam affectus, & à Deo auersio habituales, quales, seclusa omni iustitia & gratia à Deo in suis, forte secuta fuissent (sicut si in naturalibus sine gratia fuisset creatus) & in eis etiam consistat peccatum originale, & qualis tunc animae macula, & an illa transfundi possent in posteritatem, non est necesse hic discutere: sicut nec illud, quomodo ab inuicem haec quatuor distinguantur. Pro articuli declaratione sufficit, quod post transitum peccati, immundi & immaculati manemus peccatores & auersi, dicente Propheta: Abominabiles facti sumus: sicut ea quae dilexerunt, & alia. Duo mala fecit populus meus, me reliquerunt fontem aquae viuae, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. Et necessarium est ab his vel horum aliquo, & vt beato Aug. videtur, à reatu culpae denominari peccatorem auersum, &c. à quibus etiam velle eorum aliquo nascitur peccator, & iniustus quilibet filius Adae: & in idem redit, si dicitur peccator manere ab actu peccati transacto, prout tamen in his manet. Et hanc eandem sententiam, quod peccatum originale non est proprie peccatum, clarè docet Concil. Arausicanum, cap. 2. quod ad verbum secutum est Concil. Trident. Explicant enim & interpretantur peccatum originis esse mortem animae, cum tamē peccatum proprie dictum, potius sit mortis causa, quodque vnicuique est proprium. Si quis, inquit, Adae prauaricationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse: acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam quam perdidit, sibi soli & non nobis etiam perdidisse: aut inquinatum illum per inobedientiam peccatum, mortem & poenas tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animae, anathema sit. Ex definitione itaque Conciliorum, non concupiscentia proprie peccatum est originis, imò nec peccatum proprie, cum nec in Adam peccatum fuerit: sed mors animae, transgressionem Adae secuta, quae vt in ipso peccatum erat & impietas, ita originale est in eius filijs. Placuit tamen B. Augustino ipsam appellare peccatum originale, eo quod manifestior eius est effectus, quia inordinatum & iniquum est, quod superiora inferioribus turpiter seruiunt, vel inferiora superioribus contumaciter reluctantur: & ita magis culpa est ratione effectus, quam propria & ratione sui: vt tamen sic inordinata est & suo freno destituta materialiter peccatum dicitur, tanquam proximus effectus amissae iustitiae: non autem tam proprie, nec eo pacto, quo actio externa in peccato actuali peccatum denominatur: & sicut in concupiscentia carnis, totam hominis & virium eius, intellectus scilicet & memoria, & voluntatis complectitur corruptionem: ita, & huius causam, iustitiae carentiam, & Dei fontis aquae viuae desertionem, in quibus iniustitia & peccatum magis consistit, quam in sola concupiscentia pronitate. Ex quibus patet, quod falsa est sententia Martini Lutheri in assertionem tertij articuli per sedem Apostolicam damnata, quod nos partim iusti, partim sumus peccatores, & hoc propter concupiscentiam, hocque vno salui & ab impijs discreti, quod peccatum confitemur & expugnatum, cui illi potius obediunt, quia secundum Iacobum, initium sumus creaturae Dei, non complementum, & ita partim filij Dei, partim filij diaboli. Nam & hanc calumniam, quod doceret baptismum non verè facere homines novos, sed ex parte filios Dei fieri, & ex parte filios huius seculi, hoc est diaboli remanere, inter alias sibi

Beatus quid.

Sic Peccati  
sententia non  
est in peccato  
Caj. Anselm. nec Caluar.  
deus est conu.  
Trident.

Concupiscentia  
non est pecca-  
tum originale.

Baptismi non  
sunt partim  
iusti partim  
iniusti.

*Ruberi dog-  
ma D. Augu-  
stino olim fal-  
so tributum.*

à Pelagianis obiecta fuisse B. Augustinus scribit lib. 3. cōtra 2. epistolas Pelagianorū ca. 3. Baptisma, inquit, non verè homines nouos facere, id est, non plenam dare remissionem peccatorum, sed ex parte filios Dei fieri, ex parte autē filios seculi, id est, diaboli remanere nos cōtēdere. Mentiuntur, insidiatur, tergiuerantur, nō hoc dicimus: omnes enim homines qui sunt filij diaboli, etiam filios seculi: non autem omnes filios seculi etiam filios diaboli dicimus: absit enim vt filios diaboli dicamus fuisse sanctos Patres, Abraham, Isaac & Iacob, quando per nuptias generabant, & fideles, qui vsq; nunc & deinceps ad huc generant: nec tamen possumus domino contradicere dicenti: Filij huius seculi nubunt & tradunt ad nuptias. quidam ergo filij huius seculi sunt, & tamen filij diaboli nō sunt: quamuis enim diabolus sit author & princeps omniū peccatorū, nō tamē filios diaboli faciunt quacūq; peccata: peccant enim & filij Dei, quoniā si dixerint se non habere peccatū, se ipsos seducunt, & veritas in eis nō est, sed ea cōditiōne peccāt, qua sunt filij adhuc huius seculi: qua verò gratia sunt filij Dei, nō vsq; peccāt, quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat. Et concludit: Baptismus abluit quidem peccata omnia, prorsus omnia, factorum, dictorum, cogitorum, siue originalia, siue addita, quæ ignoranter, siue quæ sciēter admitta sunt, sed non aufert infirmitatem, cui regeneratus resistit, quando bonum agonem luctatur: filios autem Dei à filijs diaboli non solum lauacro regenerationis, sed ipsius etiam quæ per dilectionem operatur fidei probatæ Deus discernit, quia iustus ex fide uiuit. Et c. 5. ad aliam calumniam eorum respondens: aiunt etiam, inquit, quod omnes Apostoli vel propheta non plenè sancti definitur à nobis, sed in cōparatione peiorum, minus eos malos fuisse dicamus, & hanc esse iustitiam cui Deus testimonium perhibet, vt quomodo dicit propheta iustificatam Zodomam cōparatione Iudæorum, sic etiam nos criminoforum cōparatione dicamus aliquos sanctos exerceuisse virtutem. Absit vt ista dicamus: audiant ergo vel ipsi, vel potius hi quos idiotas & in-eruditos deciperemoluntur: Nostra fides, hoc est, catholica fides iustos ab iniustis, nō operū, sed ipsa fidei lege discernit. Cū itaq; iusti omnes & antiquiores, & Apostoli ex se de vixerunt recta, quæ est in Christo Iesu, moreſque tam sanctos cum fide habuerunt, vt licet non tam perfecte virtutis in hac vita esse potuerint, quàm post hanc vitam: tamen quicquid peccati ex humana infirmitate surrepsit, pietate fidei continuò deleretur: vnde & quomodo fieri potest, vt comparatione iniquorum, quos damnatorum est Deus, iustos eos fuisse dicendum sit, cū perſpiciam fidem tantum ab illis impijs sint remoti, vt clamet Apostolus: Quæ pars fidelis cū infideli? quæ participatio iustitiæ cū iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? quæ conuentio Christi ad Belial? Et lib. 4. cap. 7. & 10. omnes prophetas & Apostolos, vel sanctos & Euangelicos & antiquos, quibus Deus testimonium perhibet, non in comparatione sceleratorum, sed regula virtutum iustos fuisse non dubium est. Palam tamen cum August. ex scripturis sacris confitemur, quod filij Dei & iusti, quamdiu manet infirmitas, cum quæ vsque ad corporis mortem defectu & profectu alternante contendunt, sub peccato sunt venundati, sunt & carnales, vt ex Apost. Paulo docet B. August. lib. 1. contra 2. epist. Pelagij, intelligens cap. 7. ad Rom. in sua persona & iustorum eum scripsisse: sed secundum corpus tales esse, quomodo sunt mortales: fatemur etiam quod sunt filij huius seculi, vetusti etiam secundum animam, & tamen filij Dei redempti à Domino, iusti, noui, & sani: sicut cap. 20. de fide & operibus, docet cuique baptizato dici posse: Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Et lib. 3. contra 2. epist. Pelag. cap. 7. Noui sumus, qui tamen de die in diem propter vetustatis reliquias magis renouamur in homine interiore: & lib. 2. de peccatorum meritis cap. 7. & sequenti. Non enim ex qua hora quisque baptizatur, omnis eius vetus infirmitas absuntur, sed renouatio incipit à remissione omnium peccatorum, & in tantum quisque renouatur, in quantum spiritalia sapit. Si enim continuò rota & plena hominis in æternam nouitatem mutatio fieret, non dico in corpore, quod manifestum est in veterem corruptionem atque in mortem tendere, sed si in ipso animo, qui est homo interior, perfecta in Baptismo nouitas fieret, non diceret Apost. Et si exterior noster homo corrumpitur, interior tamen renouatur de die in diē. Et lib. 2. de peccatorū meritis ca. 27. Meminisse debemus Baptismo hominis ipsius qualitatem non totam continuò commutari, sed spirituales primitias in bene proficientibus de die in diē nouitate crescente commutare in se, quod carnaliter vetus est: Est igitur hic sanitas similiter & nouitas & iustitia, sed non plena nec perfecta nisi modo quodam vt idem docet cap. 7. 3. li. contra 2. epistol. Pelagian. sicut nō plena hic est dilectio, in hac vita, inquit, cap. 7. Si pio nomine dubitate, quanto amplius diligimus Deum, tanto sumus vsque iustiores: quis dubitet plantam veramque

*Baptismus au-  
feri peccata,  
sed nō infirmi-  
tate animæ.*

*Fidei lege in-  
stā ab iniustis  
discerni.*

*Iusti adhuc  
sub peccato  
venūdati pec-  
canti.*

*Iusti licet ve-  
ruiser, at sani  
tamen.*

*Renouatur  
baptizatus  
quomodo.*

*Iustitia & sa-  
nitas non ple-  
næ, nec perfe-  
ctæ datur Ba-  
ptizatis.*

veramque iustitiam, cū fuerit dilectio Dei perfecta, tunc perfici? Tunc ergo lex ita vt nihil omnino desit implebitur, cuius legis plenitudo dilectio est. Nihil quippe insipienter dicitur tantum amari Deum, antequam videatur, quantum amabitur cū videbitur. Confitemur etiam quamuis non peccatores & impios, malos tamen in scripturis dici & verè esse, filios Dei & iustos. Nam filij Dei loquebatur Dominus, Si vos cū sitis mali nōstis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester? sed inde mali, vnde adhuc filij huius seculi, de quo August. eodem lib. cap. 3. & prolixè in epistola 54. quæ est ad Macedonium, Quisque, inquit, de suo malus est, & in quantum peccat, id est, à veritate, charitate, & pietate deuiat, & in quantum rectè agit, id est, scienter, amanter, & piè bonum operatur, in tantum bonus est. Quis autem est in hac vita sine aliquo peccato? sed eum dicimus bonum, cuius prævalent bona: eumque optimum, qui peccat minimum: idcirco ipse dominus quos dicit bonos propter participationem gratiæ diuinæ, eosdem etiam malos dicit propter vitia infirmitatis humanæ. Et reuera iustos esse, qui in iustitia proficiunt, nondum adhuc plenè atque perfecte iusti, docet in epistola. 29. quæ est ad B. Hiero. Stoicorum sententiam improbens, qua proficientem hominem in sapientia nolunt omnino habere sapientiam, quo vsque omnino in ea perfectus fuerit, non quod profectum illum negent, sed nisi ex profundo quodam emergendo repente emiceret in auras sapientiæ liberas, nulla ex parte esse sapientem. Et improbens hanc similitudinem, vbi stultitia velut aqua, & sapientia velut aer ponitur, vt animus à præfocatione stultitiæ tanquam emergens in sapientia repente respiceret, tanquam scripturarum auctoritati non satis accomodam, aliam secundum scripturas similitudinem ponit, vt vitium vel stulticia tenebris, luci autem virtus & sapientia comparatur, concludens quod non sicut de aquis in aërem surgens, vbi earum summum transierit repente quantum sufficit inspiratur, sed sicut de tenebris in lucem procedens, paulatim progrediendo illum minatur, ita paulatim homo à peccatis iustificatur. Ex superioribus manifestum est, quod anima rationalis à regeneratione in duas intus diuiditur voluntates, duas sententias & affectiones, secundum vnam ad superiora, & secundum alteram trahitur ad inferiora, propter quod interior rixa & bellum inuadit genus humanum, quando factum est corpus corruptibile, & pronom absque rationis freno proruerit in ea, quæ corporalem sensum oblectant. Eadem igitur vis appetitiua animæ, quam voluntatem dicimus, diuersis æstuat motibus, quod de se & intra semetipsum expertum declarat beatus Augustinus in 8. lib. confess. cap. 9. & 10. Imperat, inquit, voluntas sibi, vt velit, sed quia non plenè imperat, ideo non fit quod imperat, dum partim vult, partim nō vult: sic autem partim velle, partim nolle non monstrum est in duabus naturis (vt dixerunt Manichæi) sed ægritudo est animi, qui non totus assurgit in Deum: & inclinatione quidem veritatis subleuatur, cōsuetudine autem prægrauatur. & quamuis æternitas delectat superius, temporalis tamen voluptas trahit & reterat inferius, & sic anima non tota voluntate volens aut hoc aut illud graui discerpitur molestia, dum præponit alterum alteri quod non plenè vult, hæcque ratione totus homo in scripturis aliquando vocatur caro, si secundum carnem vel seipsum viuat, imò & iustus caro vocatur post regenerationem, & spiritus propter duas qualitates affectionales: quarum vnam à se habet ex carnali propagine, & coniunctione ad corpus & sensitiuum appetitum: & alteram à spiritu Dei intus loquētis, de quibus Apostolus Paulus: Lex spiritus vite in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis, similiter & alijs in locis. & ideo beatus Augustinus exponēs quod dicitur ad Galatas cap. quinto, Spiritus concupiscit aduersus carnem, hoc est aduersus te: hic enim spiritus Dei tuus est aduersarius, de quo Saluator: Esto consentiens aduersario tuo, dum es cum eo in via: intelligit enim caput istud quantum ad Galat. non de spiritu hominis, sed de spiritu Dei: & carnem totum hominem, vel animam, quæ non secundum Dei spiritum, sed secundum sensum viuat carnalem. Nam cū inter carnis opera annumerat hæresim, inuidiam, sectas, quæ non carnis, sed hominis sunt opera, totum hominem nomine carnis intelligere oportet, vt etiam tradit B. Augustinus, in primis. 4. cap. lib. 14. de ciuitate Dei, Quamuis B. Amb. & Hieronymus ipsum intelligant de spiritu humano, liberato, deducto, & tracto à spiritu diuino. Vtraque autem expositio siue de spiritu sancto (quod probabilis est) siue de spiritu hominis intelligatur, in eundem sensum redit, & Saluator subindicat eundem hominem spiritum esse posse, & carnem, dum ait: Quod natum ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est. & Apostolus Paulus, quod dixerat, Scio, quod non habitat in me bonum, interpretatur, In me, in carne mea

*Charitas his  
enim imper-  
fecta.*

*Filij Dei quo-  
sensu & boni  
& mali.  
Bonus quis  
Optimus quis*

*Malus quis.*

*Iusti in iustitia proficiunt*

*Baptizatos  
bellum civile  
verax.*

*Caro & spiritus  
enim dicuntur  
iustus.*

*Luxa anima  
cum corpore.*

Idem homo  
& caro &  
spiritus.

ne mea, & vt caro sum ab Adam generatus. Nam caro, hoc est homo carnalis, veli nolit, concupiscentias sentit aduersus Dei spiritum, hoc est seipsum. & beatus Hieronymus in commentarijs eiusdem Epistolae interpretatur eandem esse animam quae nunc caro, nunc spiritus appellatur. anima, inquit, rationalis, consistens inter carnem & spiritum, quando se tradit carni, caro est: quando spiritui, spiritus appellatur. Et in eodem loco: Anima rationalis in quodam medullio est posita: si iungatur carni, id est appetitui, secundum carnales sensus crassa carnalisque efficitur, & idcirco caro appellatur: si vero copuletur spiritui sancto, perpetuis gaudet & futuris, spiritus appellatur. Nam qui adharet Deo (inquit Apostol.) vnus spiritus est cu eo. Idem igitur homo caro dici potest & spiritus, secundum diuersas qualitates affectionales, quae sunt quasi habitus quidam, & simul eidem inesse possunt. Si tamen intelligatur caro, qui opera carnis sectatur, & spiritus qui eius opera, & secundum spiritum viuunt, non potest dici caro, qui iustus est & in Christo regeneratus. Quomodo autem caro concupiscit aduersus spiritum, explicat B. Augustinus lib. 6. contra Iulianum cap. 5. Nam eadem est anima quae concupiscit secundum carnem & quae secundum spiritum: concupiscit autem caro, quia per carnem anima concupiscit, sicut & per carnem sentit, & his motibus quos habet secundum carnem, aduersatur alijs, quos habet secundum legem spiritus: opera namque sensuum & delectationes sunt totius compositi, non autem subiectiue & secundum denominationem, anime vel carnis, vt Aristoteles docet in primo lib. de anima, quamuis ab anima tanquam principio procedat. Et plerumque in anima secundum voluntatem contrarij hi motus inueniuntur, vnus secundum spiritum, & alter secundum infirmitatem nullo cooperante sensuum motu: & cum conflictus sit inter has concupiscentias siue desideria, simul plerumque sunt, non solum in eadem anima, sed in eadem etiam voluntate, secundum diuersas tamen considerationes. In epistola autem ad Dardanum B. Augustinus docet, quod Apost. Paulus in epistola prima ad Corinth. Paruulos Christo incorporatos, vocat etiam prius animales, & postea cap. 3. carnales: erant enim quibus lacte opus erat, & a spiritu sancto inhabitabantur, & sic iustos quosdam esse animales & carnales. Late haec profequitur venerandus nostrae scholae Magister Ioannes Driedonis a Turinhour in lib. de grat. & libero arb. Nulla tamen ratione homo idem iustus esse potest & iniustus, prout docet Lutherus & Martin. Bucerus, & secta post eos.

Iustus etiam  
vocat anima  
per Aposto-  
lus.

per baptismum  
plene tollit re-  
atum.  
Hieronymus.  
Ambrosius.

Quod autem post baptismum nullus poenae futuri seculi reatus maneat, testantur scripturae superius citatae a B. Hieronymo. Est enim baptismus sacramentum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, & in eo communicatur passio Christi ad remedium, ac si ipsemet in persona sua passus esset, & mortuus, ac sufficiens satisfecisset pro omnibus peccatis suis, & poenam illam sustinuisset. Et B. Ambrosius in comment. epistolae ad Roma. cap. 11. Gratia Dei, ait, in baptismo omnia gratis condonat, non querit gemitum aut plactum, aut opus aliquod, nisi solam ex corde professio nem: imo nec hanc, nec poenitentiam requirit vt concausam ad peccati destructionem, sed solum tanquam dispositionem remouentem contrarium. Et Augustinus primo lib. retractionum cap. 13. Gratia Dei reatus omnium peccatorum praeteritorum soluitur in omnibus, qui in Christo baptizantur: & lib. 2. de peccatorum meritis, ca. 28. Si continuo consequatur post baptismum ab hac vita migratio, non erit omnino quod obnoxium teneat hominem soluti omnibus quae tenebant, docens quod in baptismo omnino plena & perfecta sit remissio peccatorum inimicitijs interfectis quibus separabamur a Domino, quodque mente renouata, manet in vetustate carnis, peccatum quasi peremptum & superatum. Et de verbis Apostoli, Sermon. 5. Quicquid concupiscentia carnis in nobis egit praeteritorum peccatorum, siue in factis, siue in dictis, siue in cogitationibus, totum deletum est sacro baptismo: omnia debita deleuit vna indulgentia. Per baptismum igitur peccata plene tolluntur, quoad culpam & poenam, quae iudicio Dei in seculo futuro infligitur, si tamen digne suscipitur, & nullus plenae remissioni ponatur obex: Si enim sine fide, aut veteris vitae poenitentia suscipitur, nullum remittitur peccatum. Et si alicuius peccati adest affectus, vel amor immoderatus, nec hoc peccatum remittitur, nec poena respondens remissis alijs. Quapropter articulus magis docet virtutem & efficaciam baptismi, quam efficientiam siue effectum: omnem enim effectum suum producit, cuius non est in subiecto impedimentum. Et verisimile est, quod sicut imprimit characterem his qui indigni ipsum suscipiunt, iuxta sententiam B. Augustini, lib. 2. contra epistolam Permeniani, cap. 13. & cap. Maiores, de baptismo & eius effectu, quod etiam eos Christo incorporat, & infundit fidem, & spem (quod tamen articulo est impertinens) quamuis

Baptismi ef-  
fectus.

quamuis non spiritum inhabitantem, per quem charitas in nobis diffunditur, ob mortalis peccati impedimentum: vt sentit etiam B. Thomas. Quare autem in nobis relinquuntur haec mala concupiscentia & alij defectus ex peccato contracti, scilicet, fames, sitis, mors & ariditudo, docet B. August. lib. 2. de peccatorum meritis, ca. 33. & 34. vbi ait: Qui dicunt, Si mors ista corporis peccato accidisset, non vti que post remissionem peccatorum moreremur. Non intelligunt, quomodo res, quarum reatum, ne post hanc vitam obsint, Deus soluit, & tamen eas ad certam fidem finit manere, vt per illas erudiantur & exerceantur proficientes in agone iustitiae. Et lib. 12. de Trinitate, cap. 16. ostendit, quod vniuersa mala quae patimur, sunt poena peccati originalis, quodque in baptismo relinquuntur pro exercitio virtutum, quamuis liber qui inscribitur beato Athanasio, De incarnatione verbi, doceat ea apud fideles manere, non vt peccatorum, sed vt iustitiae exercitium: sicut Saluator non vt poenas contraxit, sed spontaneè defectus nostros assumpsit, vt fratribus suis assimilaretur, & in eo in quo passus ipse & tentatus, potens esset & eis qui tentantur, auxiliari. Sunt autem in nobis poenae ex peccato contractae, non illatae proprie a Deo, sed an poenae rationem seruent in baptizatis, & quasi rei mortis, & in peccati supplicium miserias nostrae peregrinationis & mortem patiamur, non est hic opus discutere. Et Natalis Beda de hoc disputat, circa 5. & 6. capita epistolae ad Romanos contra Fabrum, cuius vna propositio est, Quod fideles Christiani siue viuunt, siue moriuntur, Christum imitantur, & passiones corporales, morsque ipsa corporalis non illis obuenit ex obligatione, quasi supplicium, sed ex Christi imitatione. Et alia, Quod virgo Maria mortua est, non ex obligatione primi parentis, sed imitatione filij sui, vt in hoc Christi formis esset, & consolaretur omnes iustos posteros, qui ex imitatione Christiformiter moriuntur, & non amplius ex obligatione. Et propositione 33. Passiones corporales, morsque ipsa corporalis, fidelibus non obuenit ex obligatione, sed ex Christi imitatione: quas propositiones sumpsisse videtur ex Beato Athanasio superius citato.

Cur famet,  
mors, & simi-  
lia non tollantur  
baptismo

Mort an ba-  
ptizatis sup-  
plicium.

Et per baptismum nascimur filij Dei & haeredes vitae aeternae, cum sit lauacrum regenerationis. Nam qui ex Deo genitus est per spiritum Christi, filius Dei est, non sola adoptione externa, quomodo apud homines adoptantur filij, sed naturae diuinae participatione, vt dicit B. Petrus 1. epistolae, ca. 1. & eiusdem spiritus, quo Christus caput nostrum viuunt, consortio, vitaeque eiusdem per eum societate. Quare iure praetendimus & hereditatis communionem. Sic enim argumentatur Apost. Paulus: Si filij, & haeredes: haeredes quidem Dei, coharedes autem Christi: si tamen copatimur, vt & conglorificemur. Nam propter occultam communicationem & inspirationem gratiae spiritualis, qua quisque haerens Domino vnus spiritus est, in Christo iustificamur: quamuis eum & imitentur sancti eius, vt dicit B. Augustinus libro 1. de peccatorum remissione, cap. 10. Quod tamen deuotius sacramentum suscipimus, eo gratiores nascimur filij, & maioris gloriae haeredes. Numerat autem beatus Chrysostomus multos fructus baptismi in Homil. ad Neophytos, quae est 25. ad populum Constantinopolitanum, vt citat Augustinus lib. 1. contra Iulianum: Benedictus, inquit, Deus, qui fecit mirabilia solus. Ecce libertatis serenitate perfuuntur, qui tenebantur paulo ante captiui: & ciues Ecclesiae sunt, qui fuerunt in peregrinationis errore: & in sorte iustitiae versantur, qui fuerunt in confusione peccati: non enim tantum sunt liberi, sed & sancti: non tantum sancti, sed & iusti: non solum iusti, sed & filij: non solum filij, sed & haeredes: non solum haeredes, sed & fratres Christi & coharedes: nec solum coharedes, sed & membra: nec solum membra, sed & templum: non tantum templum, sed & organa spiritus. Vides quocumque sint Baptismatis largitates, & nonnulli deputant caelestem gratiam in peccatorum tantum remissione consistere? nos autem honores computauimus decem, hac de causa etiam infantes baptizamus, vt non sint coinquinati peccato, vt eis detur sanctitas, iustitia, adoptio, haereditas, fraternitas Christi, vt eius etiam sint membra. Multo igitur plura beneficia per gratiam Christi accepimus, vt etiam argueretur Apostolus Paulus, quam in Adam perdidimus: quum nec certum sit, quod filij Dei, & haeredes vitae aeternae fuisset nascitur, sicut certum non est, quod in gratia gratum faciente creatus fuerit Adam, de quo beatus Augustinus tom. 4. q. 123. quaestionum veteris & noui testamenti: Et secundum eum accepit, vnde stare posset, non autem vnde proficere: & hoc sequitur Magister in sententijs. Nec solum omnia peccata admissa ante baptismum eius virtute tolli, sed etiam omnia quae vsque ad finem nostrae peregrinationis sequuntur, docere videtur B. August. lib. 1. de nupt. & concupiscent. cap. 33. Eadem regeneratione quae nunc

Baptizati ve-  
re sunt filij  
Dei.

Baptismi esse  
ita.

Per Christum  
plus nobis ac-  
cedit quam  
per Adam est  
perditum.

Peccata sunt  
ra virtute ba-  
ptismi tolluntur.

fit per Sacrum lauacrum vsque in finem cuncta mala hominis purgante atque sanante, eadem caro per quam facta est anima carnalis fiet etiam spiritualis: sic enim accipiendum est quod ait Apostolus: Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet sibi ipse gloriosam non habentem maculam aut rugam: sic inquam accipiendum, vt eodem lauacro regenerationis & verbo sanctificationis omnia prorsus mala hominum regenerato mundentur atque sanentur, non solum peccata, quæ omnia tunc remittuntur in baptismo, sed etiam quæ posterius humana ignorantia vel infirmitate contrahuntur. Ipso enim quod semel datum est non solum antea, verum etiam postea quorumlibet peccatorum venia fidelibus impetratur. Quid enim prodest vel ante baptismum penitentia, nisi baptismus sequeretur, vel postea, nisi præcederet? ac per hoc, inquit, non solum omnia peccata, sed omnia prorsus hominum mala Christiani lauacri sanctitate tolluntur. Sed eo sensu hæc dicuntur, sicut ipse explicat, quod solis baptizatis sacramentum penitentia & alia peccatorum remedia sunt vtilia, non autem quod in eo perpetua offeratur propitiatio, ad quam semper habeatur recursus, vt ex eius recordatione peccata semper remittantur, & orationes exaudiantur, vt docent Philippus, & Ioannes Caluinus. Quæq; enim sacramenta suos habent effectus peculiare, qui tamen vniuersi baptismalem præsupponunt effectum. Et eodem sensu docet quod eius effectus erit perfecta renouatio ab omni vilitate & defectu, quæ fiet in regeneratione, quando se debet Filius hominis in maiestate sua, hoc est, quando fiet omnium mortuorum vniuersalis resurrectio, lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 3. & lib. 2. de gratia & peccato originali, cap. 39. An tamē sicut Baptismus à fictio susceptus, secundum eundem Augustinum semel valere incipit ad salutem, cum fictio veraci corde recesserit, & cum Sacramento penitentia suam habet effectum: ita semper operatur vsque in finem vitæ quando cessat impedimentum, vel sicut qui dat esse secundum Aristotelem, dat & operari, propter quod motus grauium dicitur esse à generante, à quo esse accipiunt: an hoc sensu omnis peccatorum remissio, & profectus tribuatur baptismum, per quem in Christo geniti sumus diuinæ naturæ confortes, & hoc intelligat Augustinus, præsens non requirit tractatio. Et est alius effectus baptismi. Nam quod per ipsum incorporamur Christo, dicit Apostolus in epistola prima ad Corinth. in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus.

**N**E C vnquam est iterandum, cum sit regeneratio quæ vnica est, vt generatio naturalis vna est vnius hominis. Et tempore legis non iterabatur circumcisio. Vnde Augustinus tractans verba Nicodemi: Nunquid potest in vterum matris iterato introire & renasci? dicit tractat. 11. super Ioan. Sic tu intellige generationem spiritus, quomodo Nicodemus natiuitatem carnis: quomodo enim vterus non potest repeti, sic nec baptismus. & lib. 2. contra literas Petilianas, cap. 72. Sicut non secundo circuncidebatur qui semel erat circumcisus etiam à pessimis sacerdotibus, ita nec rebaptizandus. Et lib. 2. contra epistolam Parmeniani, cap. 13. docet baptismum amitti non posse, nec characterem quem impressit, adducens exemplum de milite desertore exercitus, qui seruat characterem quamquam corpore ralem, nec ei restituitur quando ad ducem quem deseruerat, reuertitur: ita videmus apostatas à fide, non carere baptismate, quibus nec restituitur per penitentiam redeuntibus. Et Apostolus Paulus ad Ephes. scribit: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Et verissimilius est, quod iteratus non est sacramentum, nec effectum habet salutarem, si etiam sine culpa fiat iteratio, iuxta sententiam Apostoli ad Hebræ. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam. Et ad Rom. 6. docens baptismum esse figuram mortis Christi, per quam peccato morimur, & in nouitate vitæ resurgimus. Super quo celebratum est Concilium plenarium Ecclesie ante tempora Augustini, in quo definitum est, nullo casu baptisma esse iterandum, vt dicit lib. 2. contra Donatistas, cap. 9. Et postea sub Clemente Quinto definitum est, vnicum esse baptismum. Et in Concilio generali sub Innocentio 3. & in Concilio Florentino traduntur tria sacramenta esse initerabilia, & in Concilio Tridentino, & Leo papa ad Nicetam Episcopum scribit, quod nullo casu baptismus iterari potest. Et ad Neoniam Episcopum Rauennatem, esse inextinguibile scelus, quoties cogitur aliquis lauacrum, quod regenerandis semel tributum est, bis subire. Sed non oportet hic multum laborare, quando in isto nobiscum conueniunt aduersarij, imo & Anabaptistæ, qui docent infantes baptizandos esse, cum ad vsum peruenerint rationis, non quod sacramentum iterari debeat, sed ritè conferendum quod prius inaniter & sine fructu contra Domini institutionem fuerat ministratum.

Ex hac

Heb. 16.  
Roman. 2.

**E**X hac articuli declaratione manifestum fit, quod erronea & impia est opinio Ioannis Caluini, quam in pestilentia suo antidoto actorum Concilij Tridentini contra eiusdem definitionem de necessitate baptismi tradit, quod paruuli ex fidelibus parentibus geniti, sine baptismo lauacrum sola Dei promissione facta Abraham, Genes. 17. quod Deus erit ei, & femini eius post eum: est autē Deus ijs solis, vt ipse interpretatur, quibus gratiam & spiritum suum impartitur, propter quam dicit Apostolus Paulus ad Corinth. docere, sanctos nasci filios, qui ex altero parente fidei nascuntur.

Quod sine Baptismo paruuli non possunt saluari.

*Infantes, inquit, Parribus Concilij à regno Dei arcere libuit, qui ante erepti sunt ex hac vita, quàm offerri ad baptismum potuerint, quasi de nihilo dictum sit, eos nasci sanctos, qui ex fidelibus nascuntur: imò quo iure ad baptismum eos admittimus, nisi quia promissionis sunt hæredes? nisi enim iam ante ad eos perueniret vitæ promissio, baptismum prophæaret quisquis illam daret: quod si Deus in regnum suum eos adopraret, quanta iniuria sit promissioni, quasi per se ad illorum salutem non sufficiat? inclusa est enim iniuria salus in promissione, quæ fidelibus restat se fore illis in Deum & femini eorum, & hæc ratione sibi nasci pronuntiabat, qui ex Abraham ducerent originem, huiusq; promissionis beneficio ad baptismum recipiuntur, quia censentur Ecclesie membra: non à baptismo igitur initium habuit eorum salus, sed quæ iam in verbo sumdata erat, baptismo obsequatur. At obtundunt, inquit, sententiam Saluatoris: Nisi quis renatus fuerit in aqua & spiritu sancto. Primum si aqua baptismum illis significat, quis eis concedat simul etiam significatio baptismi suscipiendi votum: habet enim definitio Concilij, quam impugnat, quod translatio in statum gratiæ non potest fieri sine lauacro regenerationis, aut eius voto. At si dicam alium loci sensum, ac quosdam ex veteribus seculis, aque nomen pro mortificatione accipiunt, non erunt opinor tam infestis, vt me propterea hæreticum iudicent. Ego tamen epibetici vice additum interpreto, vt vim naturæ, spiritus exprimeret: neque enim efficiunt vt magis hæc aqua sumatur pro baptismo, quàm alibi ignis pro quolibet sacramento, cum dicitur in spiritu sancto & igni.*

Ioannes Caluinus.

Cui sententia reclamant scripturæ sacræ & generalium Conciliorum & omnium maiorum definitiones. Manifesta est enim scriptura, quod anima paruuli, qui non fuerit octauo die circumcisus, de populo suo peribit, hoc est, interibit æterna morte, vt interpretatur B. Augustinus, lib. 2. de gratia & peccato originali, cap. 30. & 16. de ciuitate Dei, cap. 27. & lib. 6. Hypognosticon, lib. 2. de nuptiis & concupiscentiis, cap. 31. & lib. 2. contra Iulianum in fine: Perire, inquit, de populo isto, est non introire in regnum celorum. Idem lib. 3. cap. 18. & lib. 6. cap. 3. Per circumcisionem igitur expiatum est peccatum originale, infantesq; Hebræorum Christo insiti, & citra illius remedium mortui damnabantur. Quod docet & B. Cyprianus de circumcissione & baptismo, epistol. 8. lib. 3. Nec nouam doctrinam tradunt, sed eam quæ semper fuit Ecclesie catholice, & omnium catholicorum scriptorum: etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, vt ait Apostolus Paulus & B. Petrus, corde compunctis perentibus quid facerent, vt in gratiam Dei redire possint, consulens, Vnusquisque vestrum, inquit, in nomine Iesu baptizetur in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti. Est enim sacramentum regenerationis & renouationis. Non igitur ante baptismum, peccatorum remissionem & donum hoc acceperant.

Dogmatum Caluini deprehensio, Genes. 17.

**Q**uod autem nascantur sancti, filij, & hæredes Dei, quotquot ex fidelibus nascuntur parentibus, scripturis aduersatur: quæ testantur, omnes nos nasci filios iræ, & peccato ac damnationi obnoxios. Nam iudicium ex vno, ait Apostolus Paulus, in condemnationem, & per vnum delictum in omnes homines in condemnationem: & in quo, inquit, omnes peccauerunt. Nec verba eiusdem Apostoli, 1. ad Corinth. ca. 7. sensum patitur, quod huiusmodi paruuli sancti & mundi à peccato nascuntur: Nam eodem loco dicit, quod sanctificatus est vir infidelis in muliere fidei: certum est autem, quod non ea sanctitate quæ est immunitas à peccato & à spiritu inhabitante, dicente Saluatoris, quod non habebit vitam, qui incredulus est filio, sed ira Dei manet super eum. Et cum Pelagius beato Augustino objiceret hanc sententiam Apostoli, ex ea concludens, fidelium filios non esse baptizandos, respondet lib. 2. de peccatorum meritis, cap. 26. Si de sancto aliqua sanctitas trahitur, illa talis non est quæ prohibeat paruulum pergere in damnationem, si non baptizatur: quid ergo illis ista sanctitas prodest? Nam si damnari faterentur immundos ex infidelibus natos, sanctos autem filios fidelium in Dei quidē regnum intrare non posse, nisi fuerint baptizati, non tamen damnari, quia sancti sunt, esset qualiscunque distinctio: nunc verò natos & de sanctis sanctos, & de immundis immundos æqualiter dicunt, & quia peccatum non habent, non damnari, & quia baptismum non habent, à Dei regno separari. Hanc absurditatem talia ingenia non videre quis credat? Nostræ autem imò ipsius Apostoli sententiæ, qui dixit: Ex vno omnes ad condemnationem: &

Paruulos non nasci sanctos nec filios Dei Rom. 4.

Augustinus;

ex vno

*Varia sanctificatorum genera.*

ex vno omnes, ad iustificationem vitæ, quam non sit contrarium hoc quod tradit, cum de alia re ageret, alioqui filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. paululum attende. Non vnus modi est sanctificatio: nam & catechumenos secundum quendam modum suum per signum Christi & orationem, manus impositione puto sanctificari, & quod accipiunt, quamuis non sit corpus Christi sanctum, est tamen & sanctius, quam cibi quibus alimur, quoniam sacramentum est, verum & ipsos cibos, quibus ad necessitatem sustentandæ vitæ huius alimur, sanctificari idem Apost. dixit, per verbum Dei & orationem, qua oramus vique corpuscula nostra refecturi. Sicut autem ista ciborum sanctificatio non efficit, vt quod in os intrauerit, nõ in ventrem vadat & in secessum emittatur per corruptionem, qua omnia terrena soluntur, videlicet ad aliam escam quæ non corrumpitur, nos Dominus exhortatur: ita sanctificatio catechumeni si non fuerit baptizatus, non ei valet ad intrandum regnum celorum, aut ad peccatorum remissionem. Ac per hoc & illa sanctificatio cuiuscunq; modi sit, quam in filiis fidelium esse dixit Apost. ad istam de baptismo, & de peccati origine vel remissione, quæstionem omnino non pertinet, Nam & coniuges infideles in coniugibus fidelibus sanctificari dicit, eo ipso loco ita loquens: Sanctificatur enim vir infidelis, &c. nunc autem sancti sunt.

*Sanctificatio filij Christi non tribuitur à Paulo, nihil ad baptismum pertinet.*

Non opinor quisquam tam infideliter intelligit, quodlibet in his verbis intelligat, vt ob hoc existimet etiam maritum non Christianum, quia Christiana fuerit vxor eius; neq; iam baptizari oportere, & ad peccatorum remissionem peruenisse, & in regnum celorum esse intraturum, quia sanctificatus dicitur est in vxore. Quisquis verò adhuc mouetur, quare baptizentur qui iam de baptizatis nascuntur, hoc breuiter accipiat. Sicut generatio carnis peccati, per vnum Adam in condemnationem trahit omnes qui eo modo generantur, sic generatio spiritus gratiæ, per vnum Iesum Christum ad iustificationem vitæ æternæ ducit omnes, qui eo modo prædestinati regenerantur. Sacramentum autem baptismi profectò sacramentum regenerationis est, & lib. 3. cap. 12. ostendit, quæ sit apud istos hæc sanctificatio & sanctitas. Et ob Pelagianos qui suum dogma, hæc Apostoli sententia stabiliabant, sæpe huius loci meminit & tractat, vt sermone 14. de verbis Aposto. circa finem aduersus Pelagianos, citans pro sententia communi Ecclesiæ beatum Cyprianum, & de sermone domini, lib. 1. vbi simplicem totius huius loci ponit intelligentiam. Et quanquam veteres non omnino consentiunt in huius loci interpretatione, quæ scilicet sit hæc sanctitas & sanctificatio: conueniunt tamen omnes, & sine dubitatione ait B. August. lib. 3. de peccatorum remissione, cap. 12. hoc tenendum est, atque concorditer tenent omnes, quæcumque illa sanctificatio sit, non valere ad Christianos faciendos, atq; ad dimittenda peccata, nisi Christiani & Ecclesiastici institutione sacramenti efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles quamlibet sanctis & iustis coniugibus hærent, ab iniquitate mundantur, quæ à regno Dei separatos in damnationem venire compellit.

*Cyprianus.*

*Sanctificatio illa paruulorum nõ facit Christianos.*

Nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisq; procreati, originalis peccati reatu absoluntur, nisi in Christo fuerint baptizati: id enim agit, inquit, illa dispositio Pelagij, sicut & nunc Caluini, contra cuius nouitatem antiqua veritate nitendum est, vt infantes omnino superfluo baptizari videantur: simplex autem est & germana huius loci interpretatio, quam facit B. Hierony. lib. 1. aduersus Iovinianum, quod apud Apostolum sanctum est fide candidatum, siue Christo iam animi destinatione deputatum: candidatus, inquit, Fidei est infidelis, si nolit à credente discedere. & similiter interpretatur in epistola ad Paulinum, qui per literas ab eo petierat, quomodo sancti sunt secundum sententiam Apostoli, qui de fidelibus, id est, baptizatis nascuntur, cum sine dono gratiæ postea acceptæ & custoditæ salui esse non possint. De hoc, inquit ipse, problemate, Tertullianus in libris de monogamia diseruit asserens sanctos dici fidelium filios, quod quasi candidati sunt Fidei, & nullis idololatriæ sordibus polluantur: simulq; considera quod & yasa facta in tabernaculis legimus, & cætera quæ ad ritum caremoniarum pertinent, cum vtiq; sancta esse non possint, nisi ea quæ sentiunt & venerantur Deum. Ideoma igitur scripturarum est, vt inter dum sanctos pro mundis & purificatis atq; expiatis nominet, sicut & Bethsabee sanctificata scribitur ab immunditia, sic & ipsum templum sanctuarium nominatur. Et quamuis, vt diximus, variè hic locus intelligatur à patribus, quod intelligit qui legit in Comment. B. Ambro. Chrysof. Theophila. & Oecumenium. Nemo tamen sequitur aut insinat hanc interpretationem Ioannis Caluini, Bullingeri, hoc est, Vlrici Zuinglij, quem huius hæresis authorem habent, sed alijs in locis ostendit eam cum scripturis pugnare. Nam in comment. B. Ambrosius circa locum: Sanctificatus est enim vir infidelis, &c. ait: habere illos beneficium bonæ voluntatis ostendit, quia hor-

*Caluinus. Zuinglianus.*

rorem nominis Christi non habent, & ad tuitionem hospitij pertinet, quod signum in eo sit crucis, quo mors victa est: sanctificatio enim est, alioqui filij vestri immundi essent: immundi, inquit, essent filij eorum, si dimitterent volentes habitare secum, & alijs se copularent: Essent enim aduleri, ac per hoc & filij eorum spurij, ideo immundi, nunc autem sancti sunt, quia de coniugiis licitis nati sunt: & quia sub Creatoris veneratione nati sunt propensiore parte: quia sicut quicquid per dicationem Idolorum fit, immundum est: ita & quicquid sub Dei creatoris professione fit, sanctum est. Nec minus erroneum est, quod paruuli sunt hæredes promissionum & membra Ecclesiæ antequam baptizantur. Nam cum in baptismo primum renascantur, & omnes in vnum corpus baptizati simus, in eo solo sunt membra & filij Dei, ad quos solos pertinet hæreditatis promissio, dicitur Apost. Si filius & hæres. Et August. de peccatorum meritis. cap. 27. lib. 1. De omnibus, inquit, Christi, quibus dat vitam æternam, paruuli esse non possunt, nisi per baptismum, & ideo si hoc non accipiunt, peribunt: vitam enim æternam quam dat suis omnibus, non habebunt, vbi etiam ostendit, quod sine baptismo nec Christum habere possunt: & qui Filium non habet, non habet vitam.

*Paruuli per baptismum filij & hæredes.*

ET longè aliter promissiones factas Abrahæ & semini eius interpretatur Apost. Paulus in epist. ad Rom. cap. 4. & 8. pertinere scilicet ad filios promissionis, non carnis, de quibus tamen Caluinus eas interpretatur: non enim omnes qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, hi sunt filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis ælimantur in semine. & alio loco: Ideo ex fide, vt ex gratia firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum, sicut scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te ante Deum cui credidisti. Et ideo Rupertus hæc verba pacti exponens lib. 5. Comment. in Genesim. Hoc pactum, inquit, in Christo est mediator Dei & hominum, per quem solum Abraham factus est pater multarum gentium, imò pater omnium filiorum Dei: omnes enim quotquot filij Dei dicuntur & sunt, non nisi per Christum talem gratiam acceperunt, per quam redempti & Deo renati sunt: at ille scilicet Christus secundum veritatem carnis assumptæ, semen Abrahæ est. Igitur omnium quorum Deus pater est, omnium, inquit, illorum & Abraham est pater. Et distinctio, ait, quam facit Deus, dicendo: inter me & te, & semen tuum post te, Item, vt sim Deus tuus, & seminis tui fœdere sempiterno, sic rectè accipienda est, vt in nomine Abraham omnes electos, qui ex carne simul & fide eius sunt: in nomine autem seminis post ipsum omnes electos ex gentibus intelligamus, qui non quidem Caro & sanguis Abrahæ, sed per fidem seminis eius quod est Christus, semen eius sunt. Et explicans quod sequitur: Et tu ergo custodies pactum meum & semen tuum post te, tanquam dicet: mea sunt gratiæ, spontaneum cum homine pactum inire, hominis sit tantum negligere gratiam, & pactum Dei sui non facere irritum. Nam ego quidem non prophetao testamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita, verum tamen quisquis irritum fecerit, ego vltor existam. Nam ex textu manifestum est, quod est pactum reciprocum, & promissio Dei conditionata. & ex hac argumentatione Caluini & intellectu verborum Genesim sequitur, paruulos ex fidelibus natos, non nati in peccato originali, nec filios iræ: cum sint filij Dei & hæredes ex promissione Abrahæ facta, quando nascuntur, sicut lib. 2. de remissione peccatorum, cap. 25. ait B. August. suo tempore quosdam docuisse, non esse opus quod paruuli baptizentur, quoniam sicut Leui decimatus est per Abraham, quia in eius lumbis erat, quando decimas soluit Melchisedech: ita paruulos baptizatos esse, quia in eorum lumbis erat: quando baptizabantur parentes.

*Promissiones Abrahæ alius promissæ, at ad vnuerfos eius posteror pertineant, vt Caluinus vult. Rom. 4. 8.*

Falsum est præterea, quod non à baptismo initium habeat paruulorum salus, cum baptismus sit in remissionem peccatorum, & in regenerationem qua sunt filij & hæredes Dei: omnia tamè Dei beneficia, & paruulorum Baptismus ab æterna Dei electione, vt frequenter dicit beatus Augustinus, originaliter proficiuntur: Non igitur de nihilo dictum est, quod sancti sunt qui ex fidelibus nascuntur, sed non tantum hæc sanctitas valet vt prohibeat ire in damnationem, si moriantur sine Baptismo. ad quid autem conducatur, satis ex superioribus constat. Et quos Dominus à regno suo arceat & excludit dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: quis tam potens, imò quis tam arrogans, qui cum Caluino eis regni aditum facere & aperire conetur? Nec ad Baptismum eos admittimus eò quod sunt promissionis hæredes: sed vt filij, & ita promissionis hæredes fiant, sicut olim circuncidebantur vt fierent pacti

*Baptismus salus primordium infantibus.*

Hilarius Hieronymus.

facti heredes, & in semine benedicerentur. Per Iordanem ait Sanctus Hilarius in psal. 67. via nobis caelestis regni, & nouae regenerationis lauacro, possessio aeternorum corporum inchoatur. & B. Hieronymus in comment. in Ezechielem. Ab eo tempore censemur ex quo in Christo renascimur. Falsum est etiam quod prophaneretur Baptismus si eis daretur antequam pertineret ad ipsos hereditatis promissio: quia quum ad infideles ethnicos non pertineat promissio, nec ipsos, nec eorum filios baptizare liceret. Magna est temeritas haec proponere quasi Fidei articulos, & doctrinam haec damnatam & absurdam per ea stabilire, quae nullum habent in scripturis fundamentum, quin potius per eas damnantur: quos autem Deus in regnum suum adoptat, per Baptismum adoptat, sine quo paruuli non sunt filij Dei adoptiui. Subiungit autem, quasi omnium horum fundamentum, Inclusa est, inquit, infantium salus in promissione, qua testatur se fore illis & semini eorum in Deum: Quasi vero soli & omnes filij Abraham secundum carnem ad hanc pertinerent promissionem. Sed alienum esse hunc promissionis intellectum, manifeste ex sententia Apostoli Pauli docuimus. Pro defensione autem huius doctrinae Henricus Bullingerus post suum praecceptorem Vltricum Zuinglium sic scribit in comment. 1. ad Corinth. 7. Hic obseruandum, quod Apostolus Paulus maritum nominat sanctificationem, sed liberos ipsos ex sancta matre natos, sanctos. hi enim virtute testamenti gratiae & promissionis Dei, sancti sunt, non utique virtute natiuitatis secundum carnem: sunt enim filij promissionis. Nam verbum promissionis est: Ero Deus tuus, & seminis tui in sempiternum, sed maritus dicitur sanctificatus, quantum uxorem concernit, propterea quod eius impunitas, neque uxori, neque liberis incommodat propter quod nihil eorum refert, qualis sit maritus. Sed vnde tibi constat Bullingere, quod hi paruuli sint filij gratiae & promissionis hereditatis caelestis? cum multo plures damnentur ex fidelibus nati parentibus, quam eam consequantur? quod certum est de adultis qui in peccatis sine poenitentia moriuntur. Nam adultos non minus complectitur promissio, quam paruulos: sicut igitur hanc Dei promissionem illis in hoc valere dices, quod salutem consequantur fidelium, hi filij adulti, si praescripta sibi in lege praestiterint: ita & nos infantes, si adhibeatur Baptismus, saluos fore docemus, & Dei filios. Nec omnes sunt filij promissionis, qui sunt filij secundum carnem: Et quos, precor, fideles intelligis parentes in sententia Apostoli Pauli? Et si credentes vera & solida fide, quae concomitantem habet charitatem Dei & proximi, & perfectam in omnibus obedientiam, hi certe pauci sunt, nec de eis certo iudicare homines possunt, nec tamen, vt diximus, delictum parentum qui sunt vere semen Abraham filij, semper sunt filij promissionis, sicut nec omnes filij Abraham secundum carnem, sed in sola Isaac (ait Dominus) vocabitur tibi semen: nec fideles apud Apostolum eos intelliges, qui fide mortua & sterili, sicut daemones, credunt. Nam hos non agnoscitis sub fidelium nomine. Quomodo igitur tam audacter pronuncias filios esse promissionis & testamenti participes vniuersos, qui secundum carnem a fideli parente nascuntur? Infirma isthaec sunt Bullingere fundamenta, quibus isthaec paradoxa semper ab Ecclesia damnata erigere conamini. Addit Bullingerus occurrens obiectioni: hac sententia Apostoli, quod filij sancti sunt, non negatur, inquit, originale peccatum, quod in carne quidem manet & vires in adultis exerit. Sed per gratiam & sanguinem Christi tollitur, ne imputetur: manet igitur in huiusmodi paruulis quando nascuntur, sicut est in eis baptizatis. Sed si non impuratur, non nascuntur filij irae & condemnationis, contra expressam sententiam Apostoli Pauli vt diximus, & se explicans, subdit, huius remissionis & pacti, inquit, Dei Sacramentum, hoc est signum, est Baptismus, cui apud veteres propter ipsam baptismi rem, & effectum attributa est originalis peccati emundatio. Non igitur in baptismo fit haec emundatio, sed significatur facta esse ex dei promissione. Haec certe dicere est negare paruulos cum peccato nasci, si ad aeternam mortem eius non imputetur, nec nascuntur filij irae reclamante scriptura, quod peribit anima paruuli non circumcisi octauo die de populo suo: & Domino Salvatore, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: hanc autem suam sententiam clare explicat in libro quem scripsit de testamento siue foedere Dei vnico & aeterno, quod docet in hoc pacto, quod pepigit cum Abraham Deus Gene. 17. consistere, hocque ipsum nouum esse testamentum & vetus.

Baptismus non prophanatur, paruulis communiatus.

Per baptismum adoptantur filij Dei.

Henric. Bullingeri refutatio.

Fideles Bullingeri qui charitate flagrant.

Paruulos non nasci filios irae Bullingeri.

Hic, inquit, obijciunt quidam, Ergo dum parens infidelis est, puer qui ab eo progeneritur foedere exclusus est: & infidelem vacant, qui vita impurore prophanat nomen Domini, quod aliis ore confitetur. Ceterum hi non expendunt, quod parens semel populo Dei inscriptus est, & quod parentum culpa non redimat

redundat in filios, id quod Dominus apud Ezechielem cap. 18. multis indicat. Nam circumcisi sunt filij israel & populus Dei appellati, tamen si progenerati parentibus malis. & quosque precor parentes intelligendi sunt, an immediati soli, sed & mediatos Ezechiel propheta complectitur: & si viderentur infantes natiuitate qui non aliquem parentem infidelem habuerit. & tandem versus finem: Vnde nos colligimus infantes qui nascuntur ex fidelibus, moriuntur autem priusquam vel viuere ceperint, vel sacro foedere signo inter populum Dei ascribi poterint, non posse huius loci praesidio damnari: de contempторibus enim foederis & de adultis loquitur Dominus: Masculus cuius praepitij caro, &c.

Martinus vero Bucerus in Comment. Matth. 3. de paruulorum salute sine baptismo indicat, non ex hac Dei promissione quae solum filios secundum spiritum complectitur, sed ex aeterna Dei electione.

Sacramenta, inquit, signa tantum sunt apud homines. Nec ideo paruulus saluatur, quia baptizatus est: multi enim baptizati statim morientes damnantur, & alij non baptizati saluantur, in eadem tamen conscientia impietate, quod sine baptismo ex Dei praedestinatione saluari possunt.

Sicut Caluinus & Bullingerus quod ex Dei promissione Abraham facta: & in eodem ferme errore fuit Vincentius quidam Pelagianus, contra quem Aug. scribit libros quatuor, de anima & origine eius, vt pater li. 2. cap. 9. & contra hunc errorem Caluini, Bullingeri, & Buceri, est aperta definitio Concilij Mileuitani, vt idem August. docet lib. 2. contra 2. epistolas Pelagianorum, cap. 4. citans etiam verba Innocentij Papae ad eiusdem Concilij Patres: illud vero, ait, quod eos vestra fraternitas asserit praedicare, paruulos aeterna vitae praemii, etiam sine baptismatis gratia posse donari, perstatum est. Elidunt autem & respondent nostri aduersarij scripturae Genesis 17. quod de adultis loquitur, qui soli post sunt (vt aiunt) pactum istud facere irritum: & sententiam Saluatoris secundum tropum interpretantur, & quosdam ex veteribus dicit Caluinus nomine aquae intellexisse mortificationem, neminem tamen nominans: ipse autem epitheti vice aquam spiritui addita arbitratur. Bullingerus vero intelligit aquam & spiritum, hoc est statum, corporales: insinuari tamen & intelligi vim & efficaciam spiritus refrigerantis, & pro hac interpretatione videtur citare beatum Cyrillum, cum tamen is plane nobiscum interpretetur de baptismo & aqua regenerante. hoc modo in scripturis, quando suo sensui non conueniunt, ludunt, tropos inducunt, aut ita habere dicunt veritatem Hebraicam, aut Graecae aliter legi. Certè omnium patrum & Conciliorum consensione de baptismo loquitur Dominus Nicodemo, quando dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. & cõcordi eorum interpretatione locus Genesis, paruulos in foedere complectitur, quod & ipsos in carne gerere oportebat, & ex more gentis secundum hanc legem octauo die circumcidebatur, quod & Euangelia de Ioanne Baptista & Christo domino testantur, & palam docet scripturae nos ex aqua naturali quam de baptizantur, renasci, ipsamque esse lauacrum regenerationis & renouationis. Et Philippo eunuchus ait, Ecce aqua, quid me prohibet baptizari? Equis tandem precor veterum Caluine interpretatus est aquam hic mortificationem? Lege beatos doctores, Cyrillum, August. & quorquor veteres in Ioannem scripserunt, & S. Basilium, Cyprianum & alios patres Ecclesiasticos, cõcorditer omnes aquam naturalem intelligunt in dicta sententia Saluatoris, similiter antiquus ille Clemens Petri discipulus in epistola, quae est ad Iulium & Iulianum: cuius est & memorabilis sententia in epistola ad Ecclesiam Hierosolymitanam. quod scripturae sacrae non secundum propriam ingenij intelligentiam, & ad eum sensum quem sibi vnusquisque praesumpserit, interpretandae sunt, quodque ab eo intelligentiam scripturarum, discernere oportet, qui eam a maioribus secundum veritatem sibi traditam seruaui & custodiuit. Et B. Chryso. hom. 24. super Ioannem ostendit, quod corporalis est aqua, de qua dominus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. Et Dominus Iesus vere baptizauit in spiritu & igne, quando sub specie ignis visibilis super centum & viginti viros Spiritus sanctus descendit: sic enim hunc locum in comment. Lucae 3. interpretatur Theophilactus & Euthymius Mat. 3. nostris maioribus hic sermo demonstrat spiritus sancti super Apostolos in linguis igneis descensum: tunc enim in igne & spiritu sunt baptizati. & quamuis ignis secundum tropum hic in telligeretur tribulatio, opera gratiae, vel ipse spiritus inflammans, vt etiam interpretari videntur B. Hieron. & Chryso. non tamen alia aqua intelligi potest, quam materialis, in verbis Saluatoris Ioannis 3. cum passim scripturae testentur in tali aqua fieri renascentiam, nec consequentia sermonis aliam intelligi permittit: & cõcorditer, vt diximus, Patres, & Concilia hanc aquam in intelligunt, non enim sunt ad tropos trahendae scripturae, quando sermonis proprietates nullam faciunt sententiae in cõmoditatem, & illam cõcorditer Patres sequuntur & interpretantur: nec tropis obscuris erat institutus Nico-

Bucerus cur neget paruulis baptismum esse necessarium.

Pelagianismus hodie re ab hinc reuocatus. Augustinus Concilij Mileuitani.

Ridicula aduersariorum insinuationes.

In aqua & spiritu sancto quid.

Caluinus veteres aliquos anonymos sibi citat.

Cyrillus falso ab ipsis laudatus.

Vetus loci sensus, nisi quis renatus fuerit ex aqua.

Aqua baptismi non est mortificatio, sed aqua materialis & corporalis.

Optima Mar-  
tini Lutheri  
sententia à Bu-  
cero pessime  
damnata.

An Baptismi  
votum par-  
vulos seruet.

Gerson.  
Caietanus.  
Gabriel.

Apostolica  
prædicatio de  
parvulorum  
Baptismo.

Sacramen-  
tum vsu an  
differendum.

Soluntur  
Gersonis ar-  
gumenta.

demus adhuc Catechumenus, sed sermone proprio & claro. Ex quibus patet, quòd Martinus Bucerus in còment. Ioan. 6. malè improbat Martini Lutheri sententiam verè catholicam, quæ habet, quòd baptismus est viua & vera regeneratio, non quia eam solù significat, sed quia est mediùm & instrumētum, quo viua regeneratio nobis exhibetur: & aliud eiusdem dictum, quòd Deus decreuit non dare dona sua, nisi per verbum prædicationis & sacramenta. docet enim Buc. quòd ad perniciè sacramenta suscipit, qui prius non est regeneratus.

**L**S T autem quorundam catholicorum circa necessitatem baptismi pia quædam, sed non secundum sententiã & scripturas sententiã, quam etiã magis proponunt quàm asserunt, Quòd sicut adultis sufficit baptismus in voto susceptus, ita & parvulis etiã antequam in lucè eduntur, susceptus voto & fide parentum, modò eis adhibeatur signum crucis aut aliquod huiusmodi, & Deo offeratur in nomine Patris & filij, &c. & hoc quãdo articulus necessitatis baptismi excludit. hanc sententiã proponit Ioannes Gerson, & Caietanus in còment. tertiæ partis, quæst. 68. art. 2. & 11. & Gabriel distin. 4. quarti, quæst. 2. sed scripturæ aduersatur: Nisi quis renatus fuerit, &c. sine exceptione quoad parvulos, nisi propter Christum occidantur, & quò ad adultos, nisi baptismi excludente necessitate ex fide ad Deum conuertantur, vel moriantur pro Christo. hos enim solos secūdum B. Augustinum aliã scripturæ ab huius sententiæ generalitate excipiunt. Aduersatur & generali fidelium consuetudini à temporibus Apostolorum obseruata, de qua August. in epist. 28. quæ est ad Hiero. quisquis, inquit, dixerit, quòd in Christo etiam viuificabuntur parvuli, qui sine eius participatione de hac vita exeunt, hic profectò & contra Apost. prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam, vbi propterea in baptizadis parvulis festinatur & curritur, quia sine dubio creditur aliàs eos in Christo viuificari non posse: qui autem non viuificatur in Christo, restat, vt in eadem damnatione maneat, de qua Apost. Per vnus delictum in omnes homines ad condemnationem. Est igitur hac opinio quamuis in speciem pia, contra Apostolicam prædicationem & institutionem Ecclesiæ: sed multò magis sententiã Caluini. Nam Ecclesia festinat & currit ad baptisma parvulorum, quia credit sine eo non posse saluos fieri. Et quæ esset religio ante rationis vsum eos baptizari? & quæ ratio huius institutionis Apostolicæ, si sine baptismo saluari possint? Iogè enim decentius est vsum rationis expectare, vt sua spòte & arbitrio Christi familiam ingrediatur eius leges obseruaturi, maiorisq; deuotione suscipiant sacramentum, & ob hoc vberiorè fructum: propter quæ quidam consulunt differendum Sacramentum Confirmationis vsq; etatè adultam. imò & b. Greg. Naziazenus in oratione in sacri lauacri, differendum infantium Baptismum iudicat, quando non imminet mortis periculum. Quid, inquit, de infantibus ais, qui neq; quid gratia, quidve sit pœna cognorunt, non & illos baptizemus? maximè quidem si periculum aliquod imminet: melius est enim nondum rationis compotes sanctificari, quàm non signatos & initiatos vita excedere, idque nobis designat post octauam diem circumcisio illa, quæ figurale fuit signaculum. De alijs verò concilium do, vt triennium expectent, aut paulò minus seu plus, vt & quid mysticum audire & respondere possint, & si non perfectè, attamen singulariter intelligant.

Quamdiu autem adultorum & parvulorum baptismus differri possit (nam de certo tempore nullum habemus præceptum Euangelicum: quale tamen olim erat de circumcissione) tractat B. Thom. in 3. parte, quæst. 68. art. 3. Adducunt autè pro hac sua opinione duo argumenta. Nam fides parentum inquit, non fuit maioris virtutis apud veteres, quàm nunc est apud nos. Sufficiebat autem nò solum ante circumcissionè institutam vniuersis, verum etiam toto tempore legis foeminis & masculis ante octauam diem morientibus: hi enim saluabantur per benedictionè seu oblationem factam ex fide parentum, & desiderio circumcissionis: & fidei operati apud veteres additus intelligitur baptismus, ait Cardinalis Caietanus sub ratione possibilis, hoc est, si adhiberi possit, & nò aliter. Cui respondetur, primò, quòd fides foris protestata sacrificio, vel alio signo sensibili, tunc erat sacramentum, vt superius diximus ex B. Aug. & ita operabatur virtute Dei ex pacto assistentis, & non ea quæ ex se habebat, quæ credentis personã excedere nò potest, nec iuuare alterum nisi orando, &c. & per institutionem circumcissionis nò fuit vetus remedium amputati, sed in sua efficacia manebat quoad foeminas simpliciter, & quoad masculos ante octauam diem: & ideo non mirum, si masculis ante octauam diem morientibus etiam valuerit, ante quem nec licebat, nec præceptum erat circumcidere. Sed quòd in necessitate post octauam diem parvulo valuerit, scripturæ aduersatur: Masculus cuius preputij caro, &c. Instituto autem baptismo, vniuersa remedia vetera penitus sunt abrogata, dicente do-

mino:

mino: Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. Secundò argumentantur, quòd nullum genus, nullamque conditionem vel ætatem hominum sine salutis remedio Dominus reliquerit, qui vult omnes homines saluos fieri: Cui respondetur, certum esse multos à Domino relinquere parvulos, & adultos, quòd salutis remedia non adhibeantur: ex Dei enim prædeterminatione proficiunt, quòd parvulus moriturus antea baptizatur. quod B. August. docet lib. 2. contra duas epist. Pelagianorù cap. 7. cur ex duobus parvulis absq; vnus diligentia & alterius negligentia, vnus abluitur baptismo, & alter relinquitur nulla certè præter voluntatem Dei, est causa, qui nemini est debitor, & ideo nemini facit iniuriam si hunc deserat, illum verò eligat. & idem fusius de peccatorum meritis, ca. 21. de quo copiose tractat M. N. Dominicus à Soto lib. 2. cap. 10. & Andreas de Vega. Et certè hæc Dei pietatem, qua sine sacramento parvulos saluaret, nec Patres, nec Concilia nouerunt, eò quòd scripturis non est consentanea.

**C**irca parvulorum baptismum, an sit ex Christi præcepto, & cum fructu baptizari possint, miras Martinus Lutherus, Philippus, Caluinus, Martinus Bucerus, patiuntur angustias, nec plene eas effugere valent, qui docent nihil esse credendum, quod non clarè scripturarum testimonijs probari potest: atque impiam esse opinionem, quæ tradit sacramenta ex opere operato conferre gratiam & peccatorum remissionem: hancque non obtineri, nisi fide apprehendatur promissio gratiæ, quam per ætatem infantes apprehendunt, recantare coguntur, si ad remissionem peccatorum vtilem esse consenserunt infantium baptismum: Et ideo Anabaptistæ eis obijciunt, quòd suum dogma ab eis didicerunt, ipsosque habeant sui dogmatis Magistros & authores: Non enim aliam scripturam Philippus adducere potest, quantumcumque conetur in libello contra Anabaptistas, & in Apologia circa articulum nonum ad probandum infantes in salutem baptizari, quàm locum Genesis 17. Ero tibi in Deum & semini tuo post te, quem tamen non sicut Caluinus & Bullingerus intelligit. Docet enim & rectè post suum præceptorem Martinum Lutherum, quòd sine baptismo non potest salus parvulo contingere: ne tamen ex opere operato consistatur gratiam conferri ad fidem, vel saltem fidei initia, hoc est, ad motus quosdam fidei & dilectionis parvulorum, in quibus nulla adhuc est discretio, contra sensum hominum communem, eam refert. quæ sententiã tandem comprobata est in solemni synodo VVittenbergæ celebrata anno 36. vigesima tertia Maij in actibus Martini Lutheri: cui intererat Martinus Bucerus, & multa sectarù capita, vt aliqua saltem iniretur concordia super huiusmodi perplexitatibus, quibus ex suis principijs implicabantur, vt in miscellaneis narrat Ioannes Cocleus: habent autem acta hoc modo:

*De baptismo infantium omnes sine ulla dubitatione consenserunt, quòd necesse sit infantes baptizari. Cum enim promissio salutis pertineat etiam ad infantes, & pertineat non ad illos qui sunt extra Ecclesiam, necesse est eam applicare infantibus per ministerium, & adiungere eos membris Ecclesie. Cumque de talibus infantibus qui sunt in Ecclesia dictum sit: Non est voluntas Patris vt pereat vnus ex illis, constat infantibus per baptismum contingere remissionem peccati originalis, & donationem spiritus sancti, qui in eis efficax est pro ipsorum modo. Reijcimus enim errorem illorum, qui imaginantur infantes placere Deo, & saluos fieri sine actione aliqua Dei, cum Christus clarè dicat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest, &c. Est igitur nos non intelligimus qualis sit in infantibus, tamen certum est in eis nouos & sanctos motus esse, sicut & in Ioanne in vtero noui motus seiebant. Nam etiamsi non est imaginandum quòd infantes intelligant, tamen illi motus & inclinationes ad credendum Christo & diligendum Deum, sunt aliquo modo similes motibus fidei & dilectionis: hæc dicimus, quum infantes habere fidem dicimus: ideo enim sic loquimur, vt intelligi possit, quòd infantes non sicut salui & sancti sine actione diuina in ipsis. Quamquam igitur mos est alicubi, vt certis diebus publicè administretur baptismus, tamen docendi sunt homines, si quid periculi est vite infantium, vt eos interim baptizari curent, & ministri debent talibus impartiri.*

In qua definitione multum recessum est à dogmate Lutheri, cui in sermone Dominicæ tertiæ post Epiphaniã, & in còment. ad Galat. 3. cap. circa locum: Ex operibus legis spiritum accepistis, non sufficiunt initia fidei, sed eandem fidem in pueris requirit tempore baptismi, quam ab adultis. Certè clarissimè testatur hæc ipsa definitio, viros aliqui doctos & in scripturis exercitatos, cæcitate & spiritu erroris percussos & in meridie quasi in tenebris palpare, vt veritates apertas seseque offerentes non videant, sed palam auerterentur etiam, adeoque impugnent, Sacramenta scilicet ex opere operato conferre gratiam, nec ex claris scripturis posse omnia credenda probari. Rectè sentiunt contra Anabaptistas & Zuinglianos, quòd necesse sit infantes baptizari, vt salui fiant:

F 2 in quo

Puerorum b. a  
pifimus mife  
rè corquet ad  
uersarios.

Anabaptistæ  
suum sese do  
gma à Lube  
rants haussif  
se conscriunt.

Melanchtho-  
ni baptizatus  
est parvulus  
necessarius.

Concilia bullæ  
VVittenbergæ.

Lutherus suæ  
dogma inno-  
uat.

*Lutherani  
Bucerum Cal  
uinum, et Zui  
nglianos dam  
nant.*

*Lutherani  
suis sese ver  
bis ipsi oppo  
gnant.*

*Saluti pro  
missio nō ad  
baptizatorū  
filios, sed Ba  
ptizatos ipsos  
pertinet.*

*Zutherani  
hic opus ope  
ratorum impru  
dentes statu  
unt.*

*Opus operati  
à Lutherani  
confirmatum*

in quo damnant apertissimè & hæresim Caluini superius ex antidoto narratam, & Martini Bucerii in comment. Euangelij secundum Matthæum, quamquam præfens fuerit & subscripterit. Sed inquiramus an ex claris scripturis adferant probationum testimonia. Cum enim, inquit, promissio salutis pertineat etiam ad infantes, & pertineat non ad illos qui sunt extra Ecclesiam, necesse est eam applicare infancibus per ministerium, & adiungere eos membris Ecclesiæ: pugnancia sunt ista, & scripturis aduersantur. Nā pollicitationem salutis & spiritus per fidem accipi, & scripturam omnia conclusisse sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, docet Apostolus Paulus ad Galat. sub nomine fidei intelligens & fidei Sacramentum. Quicunq; enim in Christo baptizati estis, Christum, ait, induistis. Non enim pertinet hereditatis vitæ & salutis promissio, nisi ad eos qui sunt filij & oues: baptismus autem facit tales, & ad Christum pertinere, vt docet ex scripturis B. Augustinus superius citatus ex lib. 1. de peccatorū remissione, cap. 27. Non igitur salutis promissio ad infantes pertinet, nisi fuerint baptizati: Nō enim intrabit in regnum cælorum, quod non fuerit renatum ex aqua & spiritu, sed in-teribit de populo electorum Dei: nec ante baptismum magis salutis promissio ad infantes fidelium pertinet, quam infidelium: vtriusq; baptismus ministrari potest. Et mirum quod dicunt ad hos infantes eam pertinere, & non ad illos qui sunt extra Ecclesiā: Nam paruulos ante baptismū certum est ex scripturis extra Ecclesiam esse, cui per baptismum incorporantur & inseruntur, vt docet Paulus ad Rom. 6. & primæ ad Corin. 12. In vno, inquit, spiritu in vno corpore sumus baptizati: de quo Aug. loco nunc citato: & in epist. ad Dardanum, & de baptizatis dicit scriptura, Act. quod coaptati sunt & adunati numero discipulorum: Pugnancia itaque sunt, promissionem salutis pertinere ad infantes, & non ad eos qui sunt extra Ecclesiam: cum hi sint extra Ecclesiam quamdiu non sunt baptizati, & per baptismum Christum induunt, & in Ecclesiam & Christi familiam recipiunt. Et quibus precor scripturis hæc monstrosa dogmata (ex quibus solis ostenditis necessarium esse infantes baptizari) comprobatis? & qui non permittitis nos ex Apostolorum traditione & consuetudine semper in ecclesia obseruata, docere baptizandos esse infantes, ipsi cogimini extra scripturas probationē mendicare ex sententis absurdis, & inuicem & scripturæ aduersantibus: vt magis Anabaptistas in suo errore confirmetis, quam conuincatis & errare monstretis. Addunt autem in sua definitione,

*Cum enim hæc promissio salutis ad infantes etiam pertinet, quibus tamen, non applicatur nisi bap-  
tismo, necessarium est eis huiusmodi ministerium, quo fiant salutis promissæ participes, & membris Eccle-  
siæ adiungantur.*

Et hoc est quod nos docemus, ex opere operato conferri peccatorum remissionem, hoc est, per baptismum adhibendum. Nam qui ante baptismum non erant salutis promissæ participes per ipsum, quia scilicet baptizantur, participes fiunt, sine ipsorum operatione. Et mirum quomodo ad infantes pertineat hæc promissio, priusquam eis applicatur & tamen pertineat solum ad eos qui sunt in ecclesia? & quomodo ad quosdam tantum, & non ad omnes etiam Turcarum filios? & ad infantes magis quam ad quoslibet adultos? & si tempore legis ad omnium Iudeorum filios, fidelium tamen bonorum & malorum, etiam quando Idola colebant: & si sic, quare damnantur, si sine baptismo nūc moriantur? Et idem quaeritur de Christianorum filiis. Et necessarium est, quod sunt extra Ecclesiam, qui nondum Ecclesiæ membris sunt adiuncti. Non possunt ad corpus pertinere, qui non agglutinantur eius membris. Et si dictum est de infantibus qui sunt in Ecclesia: Non est voluntas patris vt pereat vnus ex illis, nihil commune habet cum infantibus nondum baptizatis. Et qua scriptura docetis hoc de paruulis pusilla ætate intelligendum, non aut morum æstimatione, quales sunt infirmi, quasi modò geniti in Christo, vt Chrysol. & Origenes interpretantur? vel si de pusillis ætate, vnde constat quod erant nō circumcisi? Nec infans esse poterat hic paruulus, quem aduocauit ad se Christus, & series literæ ostendit sensum esse, Non esse voluntatē patris, vt pereat vnus ex his paruulis, qui scilicet se humiliauerint: Nam præcedit, Quicunq; ergo humiliauerit se vt paruulus, hic maior est in regno cælorum. Humilium itaque & de se modestè sentientium docet esse regnum cælorum. Nec sequitur, Non est voluntas patris, vt pereat vnus ex his, ergo ad eos pertinet promissio salutis. Est enim voluntas patris, vt ad eam pertingant per sacram Baptisma. Simili forma loquitur beatus Petrus, Patienter agit Dominus propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti, imò & ad baptismum, qui eius nondum sunt facti participes. Et quando iterum dicunt, per Baptismum contingere in-

*fantibus remissionem peccati originalis & donationem spiritus sancti, Nonne iterum consentitur id quod*

id quod in nobis impugnant? Infantibus dari gratiam ex opere operato baptismi, maxime quando addunt spiritum sanctum in eis efficacem pro ipsorum modo, quid hoc est, nisi sine eorum spontanea cooperatione: adultis enim proprium est, quod liberè cooperantur. Si autem intelligunt motus quosdam similes moribus fidei & dilectionis in paruulis, vt postea explicatur, & in adultis veros fidei actus, absurdum est: cum per artem non habeant intellectus sui, aut voluntatis vsum: vel sese explicent qui sunt hi motus, quod non potuerunt nec experientia, nec scripturis. Hæc autem probatio quasi ex certissimis & clarissimis scripturis apud hos viros constat, per baptismum infantibus contingere remissionem peccati originalis & donationem spiritus sancti: qua probatione non mirum quod Anabaptista in suo errore firmentur, cum infirma sit, & ex falsis assumptis procedat. Deinde reijciunt illorum errorem, qui imaginantur infantes placere Deo, & saluos fieri sine actione aliqua Dei, efficiente scilicet in eis nouos & sanctos motus, sicut & in Ioanne in vtero noui motus fiebant.

*Nam utiamsi non est imaginandum, aiunt, quod infantes intelligant, tamen illi motus & inclinatio-  
nes ad credendum Christum & diligendum Deum, sunt aliqua modo similes moribus fidei & dilectionis.  
Hæc dicimus, inquit, quando infantes habere fidem dicimus.*

Verè vos hæc dicitis primi, nec vnquam simile quid dictum est in Ecclesia catholica: & qua scriptura hoc vestrum dictum probatis? Nam quod peculiari priuilegio contigit femel in Ioanne Baptista, non oportet statim ad vniuersos paruulos extendi: Ipse enim erit magnus coram Domino, ait Lucas, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Nec tamen constat apud patres hæc Ioannis exultatio & motus fuerit fidei aut charitatis ex ratione proficiscens. De quo Augustinus in epistola ad Dardanum. Si vsque adeo (inquit) acceleratus est in illo puero vltis rationis & voluntatis, vt intra materna viscera iam posset agnoscere & credere, quod in aliis paruulis expectat ætas vt possint, in miraculis habendum est diuinæ potentia, non ad humanæ trahendum exemplū naturæ. Nam quando voluit Deus, etiam iumentum loquutum est. Hi autem in sua defensione hoc Ioannis miraculum ad exemplum trahunt naturæ, omniumq; infantium qui baptizantur, vel sunt circumcisi vnquam, nimirum vt tueantur suum dogma, quod non sit remissio peccatorum nisi fide apprehendatur: quam fidem hic extendunt etiam ad motus similes moribus fidei, quibus paruulos hic docent illam quasi apprehendere. Sed quia dicitis eos non intelligere, ætate hoc prohibente: qui sunt hi motus similes moribus fidei & dilectionis? an spontanei ex libero procedentes arbitrio? an necessarii non ab ipsis, sed in eis à Deo, sicut locutio asinae Baal? sed se expeditunt.

*Non (inquit) intelligimus quales sunt isti motus, certum tamen est in eis esse.*

Qua, præcor, scriptura, experientia, vel ratione certum est eos paruulis inesse? Nos autem plana & communis via incedimus & docemus, quod in schola Christi, Ecclesia catholica, didicimus non fide, sed sacramento fidei in Baptismo paruulos saluari, & accipere sui peccati remissionem, fieriq; filios ac hæreses Dei: & scripturas requirentes ad peccatorum remissionem, fidem, & charitatem, interpretamur de adultis post definitionem sedis Apostolicæ, in cap. Maiores, De baptismo & eius effectu, quamquam (vt ait ibi textus) dici possit, quod infantes suscipiant in baptismo fidem in habitu, vel in munere, non in vltu. Er vt docet beatus Bernardus Sermone 66. super Cantica, Nemo mihi dicat, quod non habet fidem cui mater impartit suam, inuoluens illi in Sacramento, quousque idoneus fiat, proprio non tamen sensu, sed assensu euolutam putramque percipere, actione quidem diuina salui fiunt in baptismo, sed qua eos regenerat & diffundit Spiritum in quo renascuntur, qui tandem sese exeret & ostentabit: In operatione autem huiusmodi Dei non nostra actio requiritur vt renascamur ex aqua & Spiritu. Non enim generationi potest cooperari ex qua esse accipit. Nec necesse est quod regenerationi cooperetur.

Ex quibus patere potest, quod securissima & firmissima est probatio B. Augustini libro 4. cap. 24. contra Donatistas, de baptismo, & super Genesim libro 10. cap. 23. & maiorum nostrorum, Origenis libro 6. comment. in epistolam ad Romanos, & ante eum Dionysij cap. vltimo Ecclesiasticæ Hierarchiæ, qua ex Apostolorum traditione & Ecclesiæ catholicæ autoritate, docent paruulos in salutem baptizari: & in æternū perire, si sine baptismo migrare eos ab hac luce cōtingat. Nam quæ petitur ex scripturis, aut circumcissione, quæ typus erat baptismi, vt habet Apost. ad Coloss. 2. multū probabilis est, non tamen sufficit apud quoslibet ad faciendam certā & infallibilem fidem: nec tam efficax est, quam traditio Apostolica. Et referuntur quidē apostoli Baptizasse totas domos

*Anabaptistas  
confirmat Lu  
therani.*

*Infantes quo  
sensu Luthera  
naris habeat  
fidem.*

*Ioannis bap-  
tiste factū non  
ad humane  
naturæ trahē  
dū exemplum*

*Paruulos nō  
habere motus  
similes moti-  
bus fidei.*

*Paruulos nō  
fide, sed fidei  
sacramento  
saluari.*

*Paruulorum  
Baptisma vn  
de confirman  
dum.*



Act. 16. & 1. ad Corinth. 1. B. Paulus scribit, se baptizasse domum Stephanæ, sed non cōstat nisi coniecturali argumento quod etiam infantes domus baptizarent. Nam in Actis dicitur quod locuti sunt verbum Domini custodi carceris, cum omnibus qui erant in domo eius, & statim sequitur: Et baptizatus est ipse, & omnis domus eius continuò. Nam intelligi posset omnis domus cui loquuti fuerant, quæ erat solum aduulorum.

**D**ocet præterea Baptismum quo vtiur & vsa est semper Ecclesia Christi catholica, esse institutum à Ioanne Baptista, & Christum nullum instituisse baptismum qui fiat in aqua: Sed conuincuntur statim verbis scripturæ Actuum 19. quæ apertè distinguit à baptismo Ioannis, baptismum Christi: iussit enim Paulus Apostolus eos qui baptizati erant baptismo Ioannis baptizari in nomine Domini Iesu: audiens enim ait Lucas quòd in Ioannis baptismo baptizati essent, dixit, Ioannes baptizauit baptismum Pœnitentiæ populum, dicens in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent hoc est in Iesum, quibus auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu, & cum imposuisset illis manus, venit Spiritus sanctus super eos. Et idem defendit B. Cyrillus in comment. super Ioannem, ex questione Ioanni Baptiste proposita, & eius responsione: Hanc, inquit, ego questionem dispensatione factam contenderim. Hinc enim incitatus ad longum & exquisitum de Christo sermonem Baptista, & quanta sit inter baptismum & baptismum differentia, planè ostendit: perpexit enim non multò post aliquos futuros, qui aut nullam inter baptismos differentiam facerent, sed pari laude vtrumque coronarent, aut ob imperitiam meliorem esse baptismum Ioannis putarent: nullum enim est tam turpe facinus, quod imperitia non audeat aggredi: nulla blasphemiam tam magna, vt aduersus sacratissima Ecclesiæ dogmata non dicatur libenter ab his, qui omnia (vt scriptum est) recta peruertunt. Ne igitur temerarij homines aquam Ioannis qua in Pœnitentiam baptizabat, spirituali baptismo Christi anteferre auderent, causas tam turpis temeritatis euerit, ipsum Baptistam Euangelista exponit huius questionis fragilem nodum dubitantibus suis discipulis dissoluisse: Baptizabat enim Christus per discipulos suos, Ioannes quoque ipse non per alios, sed manibus suis. Nam veluti lex Mosaica futurarum rerum & spiritalis cultus preparatio quedam fuit, occultam veritatem parturiens: sic baptismus Ioannis ad baptismum Christi collatus, preparatio vim obtinebat. Ideo enim proposita questione in magnificas Christi laudes Baptista prorupit, vt doceat nullam esse baptismatum comparisonem, sicut nec personarum. Et quando Euangelista interpretatur, quòd dixerat Christum baptizasse, non quòd ipse in sua persona baptizauerit, sed discipuli eius, insinuat ex eius instituto & mandato baptizasse: non enim vendicabat sibi Christus in discipulis officium Ioannis, sed prosequens doctrinam Nicodemo traditam, eos baptizare iussit in aqua & Spiritu aquam fecundante, & vim mentes purificandi tribuente. Eandem doctrinam tradit beatus Augustinus lib. 5. de Baptismo contra Donat. cap. 9. & tribus sequentibus. Et lib. 2. contra Iulianum Petilianum cap. 37. illud (inquit) manifestum est ex scripturis, alium fuisse baptismum Ioannis, alium Christi. Nam baptismus Ioannis solum erat in aqua Pœnitentiæ in remissionem peccatorum, quæ expectabatur, & re ipsa fiebat in Baptismo Domini. Et beatus Hieronymus in comment. Ioelis 2. & aduersus Luciferianos. Et ideo venerabilis Beda comparat Baptismum Ioannis Catechismo nostro, Quantū, inquit, catechumenis nondum baptizatis est doctrina Fidei, tantum profuit baptismus Ioannis ante baptismum Christi. Et infirma sunt argumenta Martini Buceri, quibus hanc veritatem catholicam in comment. Matthæi 3. impugnat circa locum, Et baptizabantur in Iordane ab illo.

*Baptismum Ioannis aliud esse à Christi Baptismo.*

Act. 19.

Cyrillus.

Augustinus.

Hieronymus.

Buceri argumenta dissoluntur.

Quid per Baptismum suum faciunt Catholic.

*Argumentatur enim Ioannes, eos quos baptizabat, consecrabat schola Christi, idem facimus & nos, sicut & Apostoli baptizando, & nos baptizamus in aqua in penitentiam, & Christus verò in spiritu & igne. Nam duplicis duntaxat baptismi, scilicet in aqua & spiritu, sacra Euangelia meminerunt. Cum igitur nos baptizemus in aqua, non in spiritu & igne, similiter & Apostoli, nos baptizamus est baptismus Ioannis, cui scripturæ tribuunt baptismum aquæ in penitentiam.*

Quibus responderetur, nos non solum scholæ Christi consecrare quos baptizamus, sed familiæ Christi & eius corpori eos vt membra adiungere, & aqua foris abluendo nouos homines facere: & infusus per nostrum ministerium spiritus Christi, omnem peccati maculam & reatum abolet & abstergit. Nam Christus est, qui in nostro baptismo nostroq; ministerio animum intus baptizat. Nec baptizamus in penitentiam, sicut Ioannes, sed in nouitatem vitæ, vt quæ retrò sunt obliuiscetes, feramur in anteriora, & ideo nos baptizamus est lauacrum regenerationis & renouationis, non penitentia, vt erat baptismus Ioannis. Nec tantum duos Baptismos nouit scriptura, sed ad minimum

tres

tres vel quatuor: addit B. Chryso. quintum, & Damasc. ca. 10. 4. lib. Theologia quatuor alios: Meminit enim scriptura Baptismi in aqua tantum, & alterius in spiritu tantum, & tertij in igne & spiritu, & apud Nicodemum baptismi in aqua & spiritu per aquam operante. Nec baptizamus ex Christi mandato & institutione in aqua tantum, sicut Ioannes: sed per aquam & sub aqua aspergimus sanguinem Christi, quo conscientia à peccatis mundatur, vt ex aqua & spiritu renascantur filij Dei. Ex eo autem hic error Buceri nascitur, quòd putat baptismum euangelicum esse signum tantum, non autem effectum habere regenerationis, quòdque baptismo aquæ in externam, & baptismo spiritus in internam Ecclesiam ascribimus. Christus Ioan. 3. docet baptismum esse ex aqua & spiritu, & ideo non solum duos esse Baptismos, in aqua scilicet & Spiritu, sed tertium etiam qui fit in vitroque, imò & quartum in spiritu & igne.

*Non tantum duos Baptismos agnoscit scriptura.*

*Buceri error origo.*

**T**olerabilior est opinio Ioannis Brentij, erronea tamen & à scripturis dissentiens, in Homil. 21. & 29. commentariorum in Euangelia secundum Lucam, quòd Christus quamquam nullum instituerit in aqua baptismum, (in hoc cum Bucero consentiens) à Ioanne tamen Baptista in initio virtutem dedit sanctificandi & remittendi peccata: & hoc solo vsos esse Apostolos ante & post Christi mortem: ait enim.

*Brentij error refutatur.*

*Christianismus, sive religio Christiana instituta est ab orbe & homine condito, quando serpenti dicitur est, ipsum contere caput tuum: Ioannis tamen ministerio Christum, in quem omnes promissiones spe habent, primum esse manifestatum, qui propterea primus est Christianismi instaurator, primus minister, & Apostolus noui testamenti, & Euangelij. Et huius, inquit, ministerio, institutum est sacramentum baptismi, quo Ecclesia vtiur nunc, & vtiur vsque in seculum consummationem. Iussit enim spiritus sanctus Ioannem predicare Euangelium Iesu, & baptismum instruere, ac baptismo peccata hominum abluere: testatur enim de eo Euangelista, quòd baptizabat in remissionem peccatorum, & ideo vocatur Baptista, quia per eius ministerium Dominus Deus noster instituit Baptismum lauacrum regenerationis, per quod credentes in Christo renascuntur, & à peccatis abluuntur. Nam sicut doctrina Ioannis nihil differat à doctrina Christi & Apostolorum, ita nec baptismus. Non predicabat baptismum penitentia, & Penitentiam, quæ duas partes complectitur: priorem quòd peccata agnoscantur: & alteram quòd propter Christum credantur remitti, Ecce, inquit, Agnus Dei, ecce, inquit, qui tollit peccata mundi, quibus pariter additur baptismus, inquam signaculum, quo remissio peccatorum credenti applicatur, & conscientia credentis certificatur.*

**E**T huius error ex eo nascitur, quòd arbitratur sacramenta operari significando duntaxat, & mentem ad credendum excitando, quòd circa articulum præcedentem est improbatum, tanquam scripturis repugnans. & palàm huic sententia reclamant scriptura act. 19. Cum enim Paulus Ephesi iuterrogaret quosdam discipulos, an spiritum sanctum acceperint credentes, & responderint, quòd neq; si spiritus sanctus est, audiuisent, quærebat: in quo ergo baptizati essent, quibus dicentibus, in Ioanis baptismo, ait ille: Ioannes baptizauit baptismum penitentia, & ideo in eum qui venturus esset post ipsum, hoc est in Iesum crederent, quibus auditis baptizati sunt in nomine Iesu, & cum imposuisset eis manus, venit spiritus S. super eos, & loquebantur linguis, & propheterabant. Vbi apertè distinguitur Baptismus Ioannis à Baptismo Christi, & ipse frequenter confitetur, quòd in aqua solum baptizabat. Nec fatiscit Ioannis Brentij ad hanc scripturam responsio, quòd in ea per spiritum sanctum non intelliguntur communia eius dona, quæ ad salutem sunt necessaria.

*Responsio Brentiana reprehensa.*

*Cum enim, inquit, essent discipuli Christi & in ipsum credebant, nouerant quòd David orauerat: Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Et simpliciter Spiritum ignorare non poterant, qui in Christum etiam in specie columbæ descenderat.*

Quasi verò nullus tam rudis fuerit Christi discipulus, nec Iudæus, nec Ethnicus, qui hæc ignorarit quæ ignorat & nunc multi Christiani.

*Sed dona, inquit, illa specialia intelliguntur, quæ in die Pentecostes distributa sunt in baptismo ignis, & ita his auditis, baptizati sunt in nomine Iesu Christi, non in aqua, inquit, sed baptismo ignis, qui in die Pentecostes effusus fuerat, propter quod, cum imposuisset illis manus, venit spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis.*

Sed hæc interpretatio scripturam corrumpit: est enim contra consuetudinem loquendi scripturarum, quòd baptismus in nomine Domini Iesu ab homine collatus fiat sine aqua, & vt diximus, opponitur baptismum Ioannis baptismum in nomine Iesu Christi: quem etiam distinguit à manuum impositione, per quam visibiliter dabatur spiritus sanctus

sanctus & dona illa specialia linguarum & prophetia. Et ideo Baptismus ille non potest intelligi Baptismus ignis, qui fiebat ad solam manuum impositionem: ait enim quasi de duobus distinctis: his auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu, & cum imposuisset illis (baptizatis scilicet) manus, venit spiritus sanctus super eos. & ex octavo ca. Act. & alijs locis constat, quod spiritus sanctus non dabatur visibiliter in baptismo, nisi accedente manuum impositione, & ideo Apostoli miserunt Samariam Petrum & Ioannem, vt baptizatis manus imponerent, & spiritum sanctum acciperent: nondum enim in quenquam illorum, ait Lucas, venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Nec satis facit, quod Ioannes fatetur se in aqua baptizare, propterea quod sua autoritate in aqua solum baptizabat, non in spiritu, & quod Deus, qui idoneum fecerat ministrum, per eius ministerium spiritum sanctum largiebatur. Quia ex scriptura ista Act. & Euangelistis constat, baptismum Ioannis solum fuisse in poenitentiam, & distingui contra baptismum Christi, quo fit renascentia ex aqua & spiritu sancto.

Zuingliane interpretatio nisi refutatio

**M**ultò autem minorem habet probabilitatem, quod Hulricus Zuinglius interpretatur hanc Scripturam Actuum, de baptismo doctrinam, dici baptizatos in nomine Christi post baptismum Ioannis, eò quod non fuerant plenè instituti & edocti, vt totaliter Christo fiderent & ab eo penderent, vt baptizatos esse in nomine Domini Iesu, sit doctos esse, vt plenè ei fidant: & semiplenè in doctrina Christi esse institutum, sit baptismum Ioannis esse baptizatum. Magnum apud hos viros, doctos tamen, est veteris doctrinæ fastidium, quando ita torquent & peruertunt scripturæ sensum, vt suas contra rationem Ecclesiæ & patrum doctrinam tueantur inuentiones. Zacharias in Cantico suo diligenter & plenè Ioannis præcuratoris Domini describit officium, Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præbis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Et ipse: Ego quidem baptizo vos in aqua in poenitentiam. Et Marcus, Fuit in deserto Ioannes baptizans & prædicans, non conferens baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, vel qui signum erat poenitentiae, per quam fit peccatorum remissio, ita vt non per baptismum. Varia quidem sunt de baptismo Ioannis & Apostolorum, ante mortem Christi, eiusque efficacia veterum sententiae. B. Basilij, B. Chrysostr. quem sequuntur Theophylact. & Eutymius, B. Cyrill. & August. In hoc tamen consentiunt, quod Christus instituit baptismum, in quo ex aqua & spiritu sancto renascimur, & hunc alium esse à baptismo aquæ, quo Ioannes baptizabat, fortassis & discipuli Christi ante eius mortem. Damna est autem hæc Buceri & Ioan. Brentij doctrina in Concilio OEcumenico Tridentino, & etiam interpretatio verborum Saluatoris: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. quæ ad Metaphoram Ioannes Caluinus ea detorquet. Si quis, inquit, dixerit baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, anathema sit. Et alius Canon: Si quis dixerit aquam veram & naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque ideo verba illa Domini, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit, anathema sit. Et decimus contra doctrinam Philippi de qua statim dicemus, habet: Si quis dixerit peccata omnia quæ post baptismum fiunt, sola recodatione & fide suscepti baptismi, vel dimitti, vel venialia fieri, anathema sit. Et decimus quartus contra consilium Erasmi, sub iisdem ferè verbis, anathema dicit, Si quis dixerit paruulos baptizatos, cum adoleuerint, interrogandos esse an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt. Et vbi se nolle responderunt, suo esse arbitrio relinquendos: Nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos, nisi vt ab Eucharistia, aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant.

Mali explicat Philippus vsum & significationem Baptismi.

**C**onstat etiam ex articuli declaratione, quod contra scripturas est explicatio vsus & significationis baptismi, atque formæ eius, quam habet Philippus in catechismo. Est enim, inquit, sententia verborum: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ego mihi iusser mandato diuino hac cæremonia resor, quod iam ille Deus recipiat te in gratiam, qui est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, quodq; sic vult agnosci & invocari, quod propter filium te recipiat, & spiritus sanctus te sanctificet. & sit tibi opitulatus, & inchoaturus nouam & æternam vitam, & ita, inquit, in his verbis comprehensa est promissio, & summa Euangely, & veri cultus descriptio, quare hæc verba semper sint nobis in conspectu, & personet nobis in auribus hæc vox Dei paciscentis nobiscum, quod verè velit nobis esse Deus, verè velit Filij beneficium, & Spiritum sanctum nobis impartiri, verè curet & exaudiat nos propter hoc factum.

Mitor & hic quomodo negare potes ex opere operato baptismum prodesse & conferre

ferre gratiam? quum dicas, propter factum, Deum impartiri suum spiritum, ideoq; Petrum dicere, Baptismum esse pactum bonæ conscientie erga Deum, hoc est, sic sentiens de Deo, quod verè non receperit propter factum, verè nos iam curet & exaudiat. Vbi precor Philippe hoc mandatum dedit ministro Deus, vt testetur quod sibi est ignotum, & plerumque contingit esse falsum? multi enim fide Sacramenta suscipiunt, quos in gratiam non suscipit Deus, nec suo spiritu sanctificat. non igitur ex mandato Dei minister testari potest, quod nouam & æternam vitam in eis est per baptismum inchoaturus. Nec dici potest, quod credentibus in Christum ex Dei mandato hæc testetur minister, & non quibuslibet, cum secundum eius doctrinam promissiones Dei de salute & vita in Christo sint absolute, sine modo & conditione. Nec tamen credentes sic suscipit Deus & nouam vitam inchoat, nisi credant fide per dilectionem operante, de qua non potest constare nec ei quidem qui baptizatur, vt circa articulum 8. dicitur, multò minus ministro. Quis enim hominum scit quæ sunt in homine, ait Apost. nisi spiritus hominis qui in ipso est? Et quæ scriptura sic explicat hæc verba baptismi? Mirum quod Zuinglius & Mart. Bucerus eam non viderint, qui apertè falsam, & contra scripturam docent esse istam tuam interpretationem, vt reuera est: Nā ex aqua & spiritu sancto renascimur quidem, vt simus filij Dei, & accipiamus peccatorum remissionem, si tamen poeniret nos veteris vitæ, & in Christum credimus, vt interpretatur in Act. B. Petrus. Et hoc ipsum efficaciter significatur, quantum est ex parte sacramenti, vt diximus circa articulum præcedentem. Sed de hac dispositione, poenitentia, & fide constare non potest ministro: & ideo si de remissione peccatorum perhibet testimonium, temere testatur & perniciosè, si hoc dicat se testari ex mandato Dei, de quo mandatum non habet: & saepe contingeret, quod Deum faceret mendacem. Et salutariter in eo Philippus, quod intelligit hæc verba formæ baptismi quasi purè enunciativæ & assertoria, non autem effectiua: ex eo enim quod effectiua sunt, significatur effectus sequi, quantum est ex parte sacramenti, hoc est, dispositio eo qui baptizatur. Et verba Petri Apostoli, quæ in sui dogmatis patrocinium mutat & torquet Philippus aliter, aliamque sententiam reddunt aliæ versiones latinæ, non solum verus, sed & Erasmi & Tigurina: habet enim editio Erasmi, Quod sit vt bonæ conscientia bene respondeat apud Deum: quam testatur Henricus Bullingerus optimè exponere idiotismum linguæ sanctæ, & vulgatæ editionis; quæ habet, Sed conscientia bonæ interrogatio apud Deum. Et Erasmus sequitur Tigurina, apud quos nulla pacti vel stipulationis fit mentio. Et si donetur ei, quod legatur sicut post Martinum Lutherum ipse citat, pactum bonæ conscientie cum Deo vel stipulatio, sicut citat in Locis, quomodo docebit quod bona conscientia intelligitur, conscientia sic de Deo sentiens ex testimonio ministri, quod nouam vitam induit? & in gratiam à Deo fit receptus? Nam pacta intelliguntur salus legibus & conditionibus secundum quas sunt inita. Explicans autem Erasmus in Paraph. Baptismus, inquit, ritè acceptus seruat ab exitio, ac diluit sordes non corporum, sed animorū. Neque tamen satis est, quod per baptismi diluuium periere peccata vitæ pristinæ, nisi adsit conscientia, per omnem deinde vitam respondens diuino beneficio: sicut Christus mortuus est semel duntaxat, & resurrexit nunquam moriturus. Secundum veterem verò editionem, quæ habet, Sed conscientia bonæ interrogatio in Deum. B. Petrus docet, quod saluos nos facit baptismus, non quilibet, quia non Iudæorum, non Ioannis, nec hereticorum, sed is in quo est interrogatio bonæ conscientie, id est, in quo exigitur à ministro ecclesiæ, an baptizandus bonam habeat conscientiam, & propositum rectæ fidei, & vitæ Christianæ, an scilicet verè credat, & renunciet pompis diaboli: conscientia, in quâ, tendentis in Deum per fidem. Nec tamen baptizando sufficit bonam habere conscientiam, ait glofa, nisi ad interrogationem Ecclesiæ fidem suam ostendat. Hoc ferè modo interpretatur venerabil. Beda. Alij interpretantur causaliter: Baptisma enim ablutionem sonat. Et dicit Petrus, sese non loqui de ablutione quæ est depositio sordium carnis, & mundat corpus: sed de ea cuius effectus est, non solum purgatio sordium animæ, sed quæ post hanc facit inquiri & examinari conscientiam, si in ea lateat quod oculos Dei possit offendere. facit præterea quod baptizatus se interroget & inquirat coram Deo, & quomodo ad opus applicet cognitionem, qua in catechismo est institutus, vt vitam ducat quæ deceat suam vocationem. Pro maiori verborum B. Petri intelligentia, adijciemus interpretationem insignis theologi, Græcæ & Hebraicæ excellenter periti, & nostræ scholæ Louaniensis Magistri, Domini Ioannis Hassellani, cuius memoria apud Deum & homines in benedictione est, qui cum illum D. Petri locum apud publicum auditorium interpretaretur: Quomodo, inquit, baptismus est interrogatio bonæ conscientie erga Deum?

Melanchionē Bucerus & Zuinglius reprobant

Vera verborum, Ego te baptizo, intellegentia. Loc. D. Petri, Baptismus est interrogatio

Interpretatio doctissimi viri D. Ioannis Hassellani in locum Petri.

Deum est obscure dictum, si dixisset, est acquisitio bonae scientiae, esset apertius. Verus intellectus huius interrogationis petendus est ex 2. ca. Rom. ubi agitur de illis, qui non sunt omnino caeci, sed male viuunt. Qui ergo credunt aliquas esse poenas impiorum, & praemia iustorum, isti cogitant: Deus est misericors, ignoscet: Item est iustus, vlciscetur. Tales cogitationes habebant philosophi: erant enim adulteri: adulterium animorum facebat eos sollicitos de iudicio illo. Talis est interrogatio conscientiae, Cio iudicium illud seuerissimum futurum, quid mihi tum fiet? Malo igitur referre ad bonam conscientiam in Deum, vt sit sensus: baptisma non corporalem effectum habet, licet corporalis sit, sed in conscientia habet effectum suum, id est efficit, vt conscientia habeat pacem, & desinat cogitationibus accusare, & defendere die qua iudicabit Deus occulta cordium. id enim est quod habet. In Deum, quod ad Roman. 5. *ωπερ τῶν ἁγίων*. ad Deum, id est, erga Deum pacem habeamus. Vt magis istud appareat videndum an D. Perus Hebraismo hic sit vsus. Quaedam enim verba apud Hebraeos studium habent inueniendi aliquid & interrogationem. Vnam petij à Domino: iustificaciones tuas exquisiui, interrogat Dei voluntatem vt faciat, sic Petrus videtur miscuisse duo significata: primum videndum, in quo est posita ista interrogatio? secundum an habeas? Oecumenius satis accedit, in vna parte baptismi est arrhabo, pignus *ἀρραβὴ*. Qui enim bonarum rerum sibi sunt consciij, id est, qui inculpam vitam amplectuntur, & habere pra omnibus quaerunt, ac veluti *ἀρραβὴν* (siquidem id accidere solet quaerentibus aliquid vt interrogent) hi ad baptismum quoque accurrunt. Istud mouet me propter com. Philip. Melanch. in Locis, cuperet in interrogationem esse iuris vocabulum, quod vocant stipulationem, dicit: cuiusque credit, accipit remissionem peccatorum. Sed quorsum ergo baptizatur? vt habeat signum, inquit, quo Deus testatur eum in gratiam receptum. Sed catholici dicunt, ideo baptizatur, vt auferantur peccata. Nam catechumenis credentibus in Christum, non remittuntur peccata. Ille verb: vt baptismus sit solum signum, & non causa remissionis peccatorum, hoc est haereticum. Nam etiam nos fatemur esse signum aliquando. Sed an signum in singulari, an ad te Ioannem gratiam pertinet, ita videlicet, vt tam certo credas tibi remissa peccata, quam si Deus noua aliqua voce testaretur, te ab ipso in gratiam receptum? omnes veteres Theologi docent fieri posse, vt baptizatus re vera, propter occulta peccata sit in odio Dei: item vt puret fornicationem, & vsuram non esse peccatum. Sic nos speramus in sacramento poenitentiae, sed propter affectus tam multos saepe dubito an ego. Dicit ergo Melanc. voce Petri significari stipulationem.

Nam baptismus restatur promissionem gratiae vere ad hunc pertinere. Et verba baptismi vt proponit promissionem & consolationem: ita vicijsim postulant fidem & hanc obligationem, vt Patrem, Filium, & Spiritum S. agnoscamus. De hoc fœdere dicit Petrus, quod est stipulatio bonae conscientiae erga Deum, Deus proficitur se remittere, id conscientia credens amplectitur.

Sicut ergo per stipulationem interrogatio promittit se facturum, ita vult in baptismo esse stipulationem, & baptizandum respondere. Credo tam certo mihi remitti peccata, quam si Deus loqueretur. Sed deberet dicere: Ego bene confido de me, sed de virtute baptismi non dubito. Docet itaque stipulationem esse necessariam ex isto verbo D. Petri: baptismus est stipulatio, ergo est necessaria. Sed videndum studioso, vnde istud habeat. Oecume. doctus lingua Graeca non vidit istam significationem. Hæc, inquit Melanchton, recta de Deo sententia, est bona conscientia. Istud indoctè dictum est, quod scriptura conscientiam semper ad affectum & vitam, nunquam ad intellectum referat: imo opponunt fidei. Sic monet Timotheum, vt semper curet esse bonae conscientiae, ne sit sibi conscius atari animi, aut impudici, quia istam repellentes naufragauerunt circa fidem, cum permitterent ea sibi, quae sciebant sibi non licere secundum Christum. Videtis ad vitam pertinere, & opponi fidei & dogmatibus. Videtis ergo indoctum esse Melanchtonis commentarium. Si tractaret verba susceptorum, esset vera stipulatio. Quorsum enim stipulatio, vbi non est eius relatiuum? Relatiua enim sunt stipulatio & promissio. Dabis? dabo: facies? faciam. Iam D. Petri vox *ἐπεστυμα* est forte stipulationem significet, tamen cur hæc significatio isthuc adfertur? Arripuit ergo Melanchton hanc Petri vocem ad occasionem hæreseos, iam Oecumenius non sic exponit vocem Græcam. Quemadmodum ergo illos octo saluatur aqua reipsa, non professione, ac significatione demum: sic nos saluos facit baptismus reipsa. Nā vox illa Petri antiquæ scholæ *ἀντίτυπος* rem habet typo respondentem, quasi dicat: baptismus est regione respondet typo antiquorum. Petrus ergo hoc dicit, baptisma facit vt quiescat conscientia coram Deo, quasi omnia

Conscientia in dote à Melanchtone Fidei tribuitur

omnia vetera essent remissa. Sic etiam facit Poenitentiae Sacramentum, quando adhibitus est debitus modus. Item quando non est sibi male conscius. Lege cap. 4. li. 9. consess. Augustini, sed incipe à cap. vltimo li. 8. Illo cap. statuit semel bene viuere, nunquam fornicari. Item statuit nullam spem seculi habere. Item libro 9. totus est in fletu, dolet de peccatis, præterea dicit: Amen iudes mea non sinebat me plane esse securum. Videtis contra Melanchtonem fidem non remittere peccata non baptizatis. Post tam egregiam conuersionem, quam explicat toto ca. fides non sinebat eum esse securum de præteritis peccatis. Videtis hic in August. interrogationes accusantes & defendentes.

CAETERUM quod concupiscentia in baptizato maneat propria ratione peccati, Dei odio & supplicio futuri seculi dignum, quodque propterea non omnia peccata in baptismo tolluntur, probare conatur Ioannes Caluinus in Antidoto cõcilij Tridentini.

Nos, inquit, totum peccati reatum verè tolli in baptismo asserimus, ita quæ manent peccati reliquæ non imputantur. Rectè hoc dicitis, sed ex eo quod reatus totus tollitur, infert B. Hieronymus & August. quod & ratio peccati tollitur: facit enim peccatum ex sua ratione & malitia reum, id est dignum supplicio: qui ergo eo dignus non est, nec peccatum habet. Et quando asserere potestis reatum tolli, qui concupiscentiam doceris manere, Dei odio dignum facere, iniustum, & in gratiam, duntaxat Christi non imputari ad supplicium? Quod porro adiciit: Et quo res, inquit, clarus pateat, in memoriam reuocent Lectores duplicem esse Baptismi gratiam. Nam & peccatorum remissio illis & regeneratio nobis effertur. Idem docemus & nos post B. Augustinum in locis superius citatis circa huius particule declarationem, nisi quod & hic renouationem inchoari dicere maluimus, quam regenerationem: hæc namque perfecta est in baptismo, quamquam filij in eo hati adhuc sint quasi modo geniti infantes, qui crescere habent in viros perfectos: sed non tam generatione aut regeneratione, quam augmento & virtutis perfectione: habetur enim ex lauacro aquæ spiritus vitæ, & idem quo vixit Christus caput nostrum, sicut ex generatione naturali animalis, per quam ex generatione Petrus est homo.

ADDITIONE Caluinus: Proinde manet, inquit, verè peccatum in nobis, neque per baptismum statim vno die exinguitur: sed quia deletur reatus imputatione, nullum est. Negamus hanc collectionem: reliquæ peccati manent, & regeneratio inchoatur, suosque tota vita facit progressus, ergo manet verè in nobis peccatum. supponit enim propositiones subsumptas, quæ in quaestione veniunt, & subintelliguntur: Reliquæ peccati manent in baptizato peccata: & regeneratio non solum est à vetustate, sed ab eo quod propria ratione peccatum est & culpa, hæc enim probanda erant, non tanquam certa supponenda. Nam ex B. August. diximus superius, quod omni peccato caret baptizatus, non omni malo: mala enim sunt, vt ait, ignorantia, & concupiscentia, non peccata in baptizato, lib. 6. contra Iulianū ca. 5. à quibus tota vita renouamur secundū Apostolū Paulū. Docemus & nos, quod per baptismū non statim exinguitur concupiscentia, sed quod reatus, & imputabilitas ac culpa eius baptismō tollitur statim, & vno momento exinguitur in Ecclesia Christi didicimus, constanterque ex scripturis consistemus & docemus, quodque ablato reatu nō solum imputatione, sed & imputabilitate nullū est, nec dignum manet quod imputetur, sicut nec imputabile esset in homine, qui sic esset à Deo creatus. Non enim per se culpabilis est concupiscentia, nec semper, ne in nobis quidem: quod tamen Ioannes Caluinus in sua argumentatione supponit: est autē semper in nobis turpis, mala, vitiosa, cui reluctari oportet etiam in statu, pro quo defectus esset naturalis, & nō propriè mala aut vitiosa, quia non ex peccato, sed ex partium esset compositione. Et efficax est ac firma argumentatio Patrum Synodi. In renatis nihil odit Deus, nullū igitur in eis est peccatum. Ad quam tamen Caluinus: Vt hoc, inquit, Patribus concedam, quod in renatis nihil odit Deus, an propterea sequatur: nihil odio esse dignum? an non potius ideo nihil odit, quia quod iure possit odisse, ignoscitur? Quæ responsio non satisfacit, eò quod iudicium Dei est in veritate, & ex iudicio amat quod amabile est, & odit quod dignum est odio, & iure odisse potest. Nam sicut non potest ei nō placere charitas, fides, iustitia, dicente propheta: Oculi tui fidem respiciunt, propterea quod sunt verè amabilia: ita peccatum non potest ei non displicere, nō odio haberi: ignoscendo autē facit, vt nō maneat quod displicebat, sed delet & tollat: & si manet peccatum, displicet, quamuis ad supplicij fortassis possit nō imputare, hoc est, ipsum nō exigere: tamen si in peccatum & culpam supplicio dignam imputet semper: adiciit enim scriptura Ecclesiast. 12. & Sapient. 14. similiter sunt odio Deo impius & impietas eius. Quando igitur Patribus cõcedis, quod nihil in renatis odit Deus, concedis & confessione, quod concupiscentia in renatis nō est peccatum.

Augusti li. 8 Consess. Fidem nō remittere peccata sed baptismum.

Responsio ad argumenta Caluini, quibus concupiscentiam in baptizatis peccatū efficere conatur. Hieronymus Augustinus.

Concupiscentia in baptizatis malum est, non peccatum.

Caluini elusio reprehensa.

Peccatū Deus non potest non odisse.

Addit

Altera Caluini eni-  
more  
preben-  
sa.

Adit Caluinus : testimonium Apostoli quod arripunt nobis plane suffragatur, nihil esse damna-  
tionis ijs qui sunt in Christo Iesu, quia fideles his verbis non eximit a culpa, quasi puri sint & omni pec-  
cato immunes, sed tantum reatu liberat, eò quod sub peccati opere gementes, hac consolatione solentur:  
cuius ante meminerat. Mirum certe quomodo testimonium hoc tibi suffragatur, quum  
apud Apostolum condemnatio etiam causam includat? peccatum scilicet originale &  
mortale, sicut cap. 5. iustificationi condemnationem opponit, dum ait: Sicut per vnus  
delictum in omnes homines in condemnationem, sic per vnus obedientiam iusti constituen-  
tur multi. Intelligit igitur condemnationem quæ iustitiæ opponitur, & causa est rea-  
tus, vt sit sensus: Nihil condemnationis, nihil condemnationem dignum, nulla causa, ob  
quam condemnari possint, est his qui sunt in Christo Iesu. quem sensum etiam insinuat  
particula illarua, ergo, quæ respicit id quod præcedit: igitur ego mente seruius legi Dei.  
Est præcepta condemnationis culpæ & pœnæ, sicut frequenter dicit B. Augustinus, quod  
baptizatis concupiscentia non imputatur ad peccatum, sicut nec ad supplicium. Est  
Apostolus hoc testimonio reatu liberat fideles, simul liberat à culpa: docet enim idem  
Augustinus lib. 1. de nup. cap. 26. quod in peccato esse, est esse reum. Nec solo hoc tamè  
testimonio Apostoli Patres nituntur, verum etiam alias scripturas miscent, quibus sig-  
nificatur munditia baptizatorum: aiunt enim, In renatis nihil odit Deus, quia nihil est  
damnationis ijs, qui verè conspulti sunt cum Christo per baptismum in mortem, qui nõ  
secundum carnem ambulant, sed veterem hominem exuentes, & nouum qui secundum  
Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti ef-  
fecti sunt: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita vt nihil profusus eos ab in-  
gressu cœli remoretur. Non autem mundus dici potest, qui tanta immunditia, tantis  
sordibus, & culpæ macula conspurcatus est, qualem docent esse concupiscentiam in ba-  
ptizato remanentem, nec dici potest ablutus, sanctificatus, & iustificatus. Cæterum  
Caluinus: Adit præerea, inquit, patres nihil esse quod eos ab ingressu cœli remoretur. Fateor,  
non tamen quod nihil impedimenti habeant, sed quia Christi innocentia vestitus nihil nocet, ipsi verò  
longè aliam causam assignant, quia scilicet veterem hominem exuentes, & induentes nouum, qui secundum  
Deum creatus est, puri sint ac innoxij. Quis non eos præuocari dicat? Nam qui adhuc in actu  
sunt, nondum effectum habent. Non ergo caret aperta repugnantiâ, eos vocari puros & innoxios, qui  
adhuc presunt in veteri homine exuendo. Quod si præsentis tempore, loco præteriti se abissos esse re-  
spondeant, illos omittant. Fideles enim Paulus alloquitur, cum iubet Ephesus veterem hominem exueret,  
quo significat non vnus diei esse hanc tantam mutationem, qua ex carne in spiritum renouantur.

Caluinus cũ  
Luthero pu-  
gnat.  
Peccatum so-  
lū ab ingres-  
su cœlorū nos  
remoratur.

Baptizatus  
non vestitur  
externa Chri-  
sti iustitia.

Fatur hic Caluinus contra absurdum Martini Lutheri dogma, hoc peccatum in  
Christo renatos non remorari ab ingressu cœli, & in hoc patribus consentit: eorum  
tamen rationem, quæ quidem solida est, infirma autem quam reddit ipse, impugnat.  
Nam solum peccatum ab eo remorari potest, vt docet B. Augustinus lib. 21. de ciuit. Dei,  
cap. 16. & lib. 1. de peccatorum meritis cap. vltimo, & lib. 2. cap. 4. & 25. & 6. libro  
contra Iulianum cap. 8. loquens de secunda ætate hominis in libro de ciuitate Dei, quæ  
pueritia vocatur: vbi nondum, inquit, ratio suscepit hanc pugnam, & ferè sub omni-  
bus vitiosis delectationibus iacet, in qua nondum est præcepti capax infirmitas mentis,  
si sacramenta mediatoris acceperit, si hanc in eis annis vitam finiat, non solum pœnis  
non præparatur æternis, sed ne vlla quidem post mortem purgatoria torméta patietur:  
Nam illi duntaxat ab ingressu cœli retardantur, qui super Christum fundamentum, lignum,  
scænum & stipulam superædificauerunt, & salui sunt quasi per ignem purgati,  
quæ cum secum plerumque ferant, Christi etiam iustitia vestiti (ea enim vestiuntur  
quicumque Christum fundamentum habent) & hi ab ingressu cœli propter peccata re-  
tardantur. Quod autem non quodlibet peccatum Christum à fundamento pellit, docet  
B. Augustinus, lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 10. & lib. 21. cap. 26. & in epistola ad Hilarium,  
quæ est 89. Vera igitur ratio ob quam baptizati non retardantur à cœli ingressu, est,  
quia à peccato mundi sunt, vt dicunt patres: & non quia innocentia Christi sunt ves-  
titi. Nam ciuitatem sanctam Hierusalem non intrabit aliquid coinquinatum. Nec  
igitur concupiscentia in renatis non sit peccatum, non solum non impedit, sed nec im-  
pedimentum est, quod iure remorari possit, aut retardare hunc cœli ingressum. Nec re-  
natus in baptismo vestitus est innocentia Christi, quasi extrinsecus adiacente duntaxat,  
vt præterit hic & aliis in locis Caluinus, alludens ad historiam Iacob, qui patrem sub  
alienis, Esau scilicet fratris sui, vestibus se fecit: sed verè innocens est, propria donatus  
innocen-

innocentia & iustitia, & à peccato immunis. Per vnus, inquit Apost. Paulus, obedientio-  
nem, iusti constituti sunt multi: & teste Salvatore, Mundus est totus, vt dicitur circa ar-  
ticulum 8. & 9. quamuis tamen adhuc multum retineat vetustatis à qua renouari opor-  
ret, sed hæc non est peccati vetustas, sed reliquiarum primi Adæ, propter quas in veteri  
homine exuendo, proficere oportet de die in diem: palmites enim mundos Saluator ad-  
huc vult mundari: & qui lotus est & mundus totus, opus habet vt & adhuc pedes lauet.  
Nam B. August. lib. 20. de ciuitate Dei, ca. 26. audeat dicere, paruulos esse mundos, sicut est  
Christus. Ait enim: In paradiso primi homines puri atque integri ab omni forde ac labe  
peccati seipso Deo mundissimas hostias offerebant. Cæterum ex quo commisit præua-  
ricationis causa inde dimissis sunt, atque humana in eis natura damnata est, excepto vno  
mediatore, & post lauacrum regenerationis quibusq; adhuc paruulis: Nemo mundus à  
forde, sicut scriptum est, nec infans cuius est vita vnus diei super terram. Non vnus diei  
esse hanc mutationem, qua ex carne in spiritum renouemur, & nos doctimus superius  
ex Augustino & scriptura Apostolica, esseq; totius temporis quo peregrinamur à Domi-  
no, & quàm diu viuimus partim esse novos, partim vetustos, partim filios huius seculi,  
& partim Filios Dei: non tamen partim iustos & iniustos partim. Nulla est enim partici-  
patio iustitiæ cum iniquitate, nec societas luci ad tenebras: nec in corpore subdito pec-  
catis habitare potest spiritus sapientiæ, nec intrabit in animam maleuolam. Et mirum  
est quod addit:

Non ergo caret aperta repugnantiâ, eos vocari puros & innoxios, qui adhuc proficiunt in veteri homine  
exuendo. Nam qui adhuc in actu sunt, hoc est (vt credo) veterem hominem exuunt, nondum effectum habent.

Nam patres hæc dicunt ipsis verbis Domini Saluatoris Ioannis 15. vbi docet palmites  
mundos purgandos esse, vt fiant mundiores. Et Ioannis in Apocalypsi, Qui iustus est, in  
stificetur adhuc, & qui sanctus est sanctificetur adhuc. & se adhuc sanctificat qui san-  
ctus est. Non igitur est pugnantia, quod effectum habeant, hoc est nouitatem & sancti-  
tatem, qui in actu sunt se sanctificandi: iustificantur enim, qui in iustitia crescunt, quam  
uis iusti sunt: vt contra Stoicorum sententiam docet Augustinus, vt superius diximus.  
Fallitur autem Caluinus in eo quod non aduertit duplicem esse vetustatem, culpæ scilicet  
& pœnæ, & non omnem esse culpæ: quicquid enim pertinet ad primum Adam, om-  
nesq; eius reliquiæ veteris sunt hominis, & pertinent ad vetustatem: ait enim quidam san-  
ctorum, quod Christus nostram suscepit vetustatem, vt suâ nobis in funderet nouitatē,  
simplicem accepit ille vetustatem, id est, pœnæ, vt nostrâ duplam consumeret. Deinde Cal-  
uinus excutit patrum decretum: Pergamus, inquit, in excutendo eorum decreto: negant concupi-  
scentiam vel fomitem peccati, quæ fatentur manere in renatis, nocere posse non consentientibus, cum ad a-  
gonē relicti sit. Næpe ideo non nocet, quia Deus virtutē suam in nostrâ infirmitate perficit. Sed si exercet  
de tantum virtutis nam esse voluit, falsè conqueritur Paulus, hoc solo nomine se esse miserū. Tamen si in  
epist. facio, qui ex voce miseræ aduersus eos pugnam, cum nec concupiscentiæ, nec vitij, nec peccati nomina  
eos moucant. Rectè patres negant concupiscentiâ nocere posse non consentientibus, cum  
ad agonem sit relicta. Nam ipsi ferè verbis idem frequenter dicit B. Augustinus, prout  
superius sententiæ eius plurimæ sunt citatæ. Et verba Apostoli quæ citat Caluinus, hanc  
sententiam confirmant: virtus enim in infirmitate perficitur, quia perfectio virtutis est,  
vt ait B. Augustinus, quæ infirmitatē, cum qua legitimè certer, habet contrariâ, & certan-  
do acquiritur victoria & virtutis consummatio, & ideo sequitur. Cum infirmior, fortior  
sum: nec solum, vt citat Caluinus, suam virtutē Deus in nostra infirmitate perficit, sed &  
nostrâ. Nec probabile est quod addit: Si exercende tantū virtutis cotē esse voluit, falsè conqueri-  
tur Paulus, hoc solo nomine esse se miserū. cum magna miseria sit hæc concupiscentia, etiâ quado  
peccatū non est, secundum eam enim vanudati sumus sub peccato, nobis ipsis contrarij,  
sentientes superiori, hoc est, menti rebelles esse, quod deberet esse subiectum atq; morige-  
rū, nosq; ipsos difficiles ad bonū, carne aduersus spiritū concupiscentie: hæc enim magna  
est miseria, de qua conqueritur Ecclesiasticus ca. 41. Nec causam suæ huius infelicitatis ta-  
cuit Apostolus, ait enim, Quis me liberabit à corpore mortis huius? quod habere, miseria  
est, non peccatū. Et verè inepitissimè facis, qui ex voce miseræ, vitij, & concupiscentiæ, cõ-  
tendis probare fomitem peccati, propria ratione esse peccatum, cum hæc omnia ad alia  
se extendant: Omni, inquit August. peccato caret baptizatus, non omni malo nec vi-  
tio: est enim vitium, authore eodem, lib. 3. de lib. arb. cap. 13. quicquid deest perfectioni  
naturæ. Nam eo ipso quo vitium est, contra naturam est: si enim naturæ non nocet, nec  
vitium est. Et lib. 12. de ciuit. Dei, cap. 3. & 8. docet quædam vitia esse naturalia & defe-  
ctus naturales. Nam de vitij, inquit, non naturalibus, sed voluntarijs pœnam luimus.

Rom. 5.  
Ioan. 13.

Iustus magis  
magisq; vetu-  
statem depo-  
nit.

Peccatū est  
duplex.

Concupiscenti-  
a baptizatis  
licet malū sit  
& vitij non  
tamen est pec-  
catum.  
Baptizati pec-  
cato carenti.

Vitium, quod  
naturæ nocet

Et ca.3. vitium est quod naturæ nocet, adimendo integritatem, pulchritudinem, salutem & virtutem, & quicquid boni naturæ per vitium detrahi siue minus potest. & alio loco, quod perfectioni naturæ deesse perspexeris, id vitium voca. In eo namque vniuersumque rei est vitium, quod non est disposita secundum quod conuenit suæ naturæ. de quo B. Thomas 1.2. q. 71. ex Augustino & Tullio in Tuiculanis quæst. & Aristoteles in 3. Ethicorum dicit, hominem non ob omne vitium esse culpabilem, sed ob illud solum, in quod sua sponte venit. Non igitur omne vitium, nec omnis miseria propria ratione est peccatum: & vocem peccati, plerumque secundum tropum in scripturis dici manifestum est.

**P**ergit Caluinus: Si prauitas in voluntate non est peccatum, neque homo est animal: Si vitium coram Deo culpa caret, sol non est lucidus de peccato quid dicam? Caullantur hoc verbo abisum esse Paulum, quia peccati causa sit & pena: quasi non plane reclamet contextus, postquam enim peccati meminit, mox subiicit, Inuenio per legem volenti mihi facere bonum adiacere malum: an hoc quod illis improprie dictum videtur? Si verbi tantum esset questio, tamen nihil plus essent audiendi, quam qui negant inuentionem proprie cum peccato nasci, vitiumque peccatum eodem modo interpretatur, hoc interest, quod posteriores de originali peccato generaliter sic loquuntur (sic scilicet, vt eam intelligere puro, quod concupiscentia nec ante, nec post baptismum propria ratione sit peccatum) isti autem venerandi patres eandem rem contendunt à baptismo non amplius esse quod prius erat, cum tamen eadem res maneat: si causam suam meliorem esse volunt, imprimis doceant oportet, ita conuerti rerum naturas, vt quod idem est, sibi sit dissimile: sed ipsa rei consideratio certamen omne tollit: negari enim nisi impudenter non potest, quin repugnantia aduersus legem Dei verè sit peccatum. atqui hoc de morbo in renatis habente Apostolus prædicat: sequitur ergo suapte natura esse peccatum, tamen si non impetur, ac proinde Christi gratia abolitus sit reatus.

**S**i expendamus hanc Caluini ratiocinationem, inuenietur multis modis sophistica esse, nec quicquam habere soliditatis, & primò, quasi de causa sua diffusus, disputationem quam instituit de concupiscentia carnis, quam Apostolus Ioannes cõtra oculorum concupiscentiam & superbiam vitæ distinguit, & de qua patres post B. Augustinum principaliter loquuntur, transfert ad prauitatem voluntatis: quæ longè alia est, quam concupiscentia carnalis, de qua potissimum prosequenda erat instituta disputatio. Et studiose hoc fecisse videatur propterea, quod voluntatis prauitas ipso nomine propriæ rationis peccatum significare videtur. Quod si dicat eandem esse rationem de prauitate voluntatis & concupiscentia siue fomite peccati, ex eo quod & voluntas corrupta est & vulnerata per peccatum, sicut caro siue appetitus sensitius (Nam post Venerabilem Bedam, quatuor traduntur vulnera naturæ, inter quæ vnũ scilicet malitia respicit voluntatem) hoc explicare conueniebat, quod videlicet non auaritiam, superbiam, vel vitia cetera intelligeret, sed voluntatis infirmitatem, & naturalem ad carnis hospitiæ suæ desideria, eique complacendi pronitatem, de qua scriptura: Sensus & cogitatio cordis in malum propa sunt ab adolescentia sua: sed hæc voluntatis pronitas, quæ naturæ corruptam necessario sequitur, non magis potest esse peccatum in renatis quam concupiscentia, quæ est carnis pronitas & morbus. Quod enim B. Augustinus vbique de concupiscentia docet, doceret & de hac cordis prauitate, quæ nomine concupiscentiæ etiam intelligi potest: Loquens enim lib.2. contra Iulianum de hoc malo, quod nascendo cõtrahimus, Quantum ad nos, inquit, attinet, sine peccato semper essemus, donec sanaretur hoc malum, si ei non consentiremus ad malum, sed in quibus ab illo rebellante, etsi non letaliter, sed venialiter tamen vincimur, in his cõtrahimus, vnde quotidie dicamus, Dimitte nobis debita nostra, quod & exemplo declarat. Et lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 25. Si illa concupiscentialis inobedientia, quæ adhuc in membris moribundus habitat, præter nostræ voluntatis legem, quasi lege sua mouetur, quanto magis absque culpa in corpore non consentientis, si absque culpa in corpore dormientis? Nam vbique B. Augustinus, voluntatis consensionem requirit, vt concupiscentiæ etiam desideria & motus proprie sint peccata. Et B. Iacobus. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: fatemur tamen hanc carnis & voluntatis ad malum pronitatem esse obliquitatem, & deuiationem à lege, & regula, secundum quam natura instituta est ad Dei imaginem & similitudinem in iustitia & veritate, & ideo modo quodam, vt diximus, ante baptismum esse peccatũ, & æternæ dånationis paruulum facere reũ, quia peccando in Adã, Dei in se imaginem dehonestauit & conspurcauit: sed in renatis peccati ratio aboleretur, deletur, & tollitur, & Dei imaginis restituitur honestas & pulchritudo, quando charitas & iustitia in cordibus eorum diffunduntur per spiritum sanctum, qui abudè eis donatur. Sed quia hæc est

Caluinus calidè in ista disputatione alio irasert.

Voluntatis in malum pronitas an peccatum. Augustinus.

Consensio peccatum facit.

hæc est regula & lex conditionis naturæ, non mortum siue vitæ, recessus ab ea esse potest peccatum naturæ, non mortum. Nulla igitur apparentia est in hac propositione conditionali, nullaque consecutio. Si prauitas in voluntate non est peccatum, nec homo est animal, & multò minor in altera: Si vitium coram Deo culpa caret, sol non est lucidus. Non enim peccatum propriè dictum genus est prauitatis, quæ est propensio voluntatis ad malũ, sicut animal est genus hominis, cum docente vbique B. Aug. nec eius quidè desideria, & ad malũ motiones, sine voluntatis consensione, sint peccata. Est enim in omnibus renatis, de quibus vbique testatur beatus Aug. quod omni peccato caret: Tu, inquit, ad Iulianum lib. 6. cap. 5. qui putas, quod si malũ esset cõcupiscentia, careret ea qui baptizatur, multũ, inquit, erras: omni peccato caret, nõ omni malo. Et testatur Apostolus Paulus Corinth. Abluti estis, sanctificati estis, in nomine Domini Iesu Christi, & in nomine Dei nostri, de quo prolixè diximus superius. nec peccatum esset hæc voluntatis prauitas in homine extra gratiã & iustitiã à Deo in naturalibus creato: nõ igitur huiusmodi prauitas substantialiter est peccatũ, sicut homo est animal, sed ei accidit, & multis modis ab esse potest: sicut accidit & carnis cõcupiscentia. Ex eo enim modo quodã peccata sunt, quod peccati sunt effectus & sequela, & sine gratia inueniuntur. Et ideo si cõsideretur sine relatione ad peccatũ, vel cum mente Deo per gratiã cõiuncta, & secundũ Aug. solum reatu, desinunt habere peccati rationem. Fallitur igitur Caluinus, & supponit quod probatum oportuisset, quod hæc voluntatis prauitas per se & ratione sui ac essentialiter est peccatum, sicut homo est animal. Et multo ineptior est altera conditionalis illatio,

Si vitium coram Deo culpa non est, sol non est lucidus, eò quod vitium, vt diximus post B. Augustinum, multò latius patet quam culpa. Quicquid enim perfectioni naturæ deesse perspexeris, ait tertio lib. de libe. arbit. id voca vitium. Nam vitium hominis & cuiuslibet animalis, est defectus membri vel potetiæ, vt est cæcitas, Non igitur culpa est proprietas necessariò vitium comitans, sicut à sole inseparabilis est luciditas. Quare ineptissima est collectio, Si vitium coram Deo culpa caret, sol non est lucidus. Nec caullantur patres, quia de post beatũ Augustinum interpretantur beatũ Paulum in 7. cap. ad Roman. concupiscentiam vocasse peccatum secundum tropum, eò quod peccati causa est, & pena. Nec reclamant epistolæ contextus, quin potius confirmat, dum dicit: quod per legem inuenit sibi volenti facere bonum, adiacere malum, hanc scilicet concupiscentiam, quæ ad mala sollicitat. Nam hac ratione subinducit esse malum, dum dicit, Operatum est in me omnem concupiscentiam, & factum est supra modum peccans peccatũ, quasi hac ratione nominasset peccatum, & quod peccatum appellauerat, dicens: Quod habitat in me peccatum, generali nomine postea vocat malum: Inuenio legem, inquit, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet, quod generalius est, quam peccatum. Nam apud Esaiam: Ego Dominus faciens pacem & creans malum, qui peccati author esse non potest. Et in Euangelij Saluator: Sufficit diei malitia sua. Nec verbi tantum hic questio est, sed rei maxime, an videlicet in baptizatis paruulis aliquid sit quod Deo displiceat? quod odiat, & ob quod digni sint æterna damnatione, & dånandi essent, nisi in gratiam Christi eis parceretur: hoc est, an sit in eis quod faciat verè iniustos, impios, & in seipsis apud oculos Dei abominabiles, sicut erat ante baptismũ, vel potius verè sint innocetes, recti corde, à peccato mundi, Deo grati, ac dilecti, nõ solum in Christo, sed in semetipsis, propter spiritũ charitatis in ipsis manentè: has enim laudes de renatis baptismo, & iustis, scriptura sacra vbique prædicat. Innocentes, inquit propheta David, & recti adhererunt mihi: & interrogas, Quis ascendet in montè Domini? Respondet, q. innocens manibus & mundo corde. Et B. Iob se innocentè agnoscit, & confidens de Domino auidet dicere, Non recedat ab innocentia mea. celebrat etiã homines bonæ voluntatis, quam nõ cõpatitur cordis prauitas: maximi igitur potèdis est hæc tractatio & non verbalis tantum. Nec quicquam cõmune habent, qui docent post baptismũ concupiscentiã nõ esse peccatũ, cũ his qui negat proprie nos cum peccato nasci, & paruulos dånari, solum ab Adæ inobedientiam, à qua extrinsecè nuncupentur peccatores. Hi enim docet eos non contrahere in seipsis peccatum, & ideo non propriè peccatores nasci, nec immundos aut fordidos, propter quod hunc tropum, quo dicerentur paruuli in peccato nasci ipsumque contrahere, quia causam vel penam peccati contrahunt, nõ cõmode admittit scripturæ. Ecce, inquit David, in iniquitatibus cõceptus sum, et in peccatis cõcepit me mater mea. Et Apostolus Paulus: Per vnũ hominẽ peccatũ in hunc mundum intrauit, in quo omnes peccauerunt: & per vnus inobedientiam peccatores cõstituti sunt multi. Loca autem Apostoli Pauli, quæ concupiscentiã in renatis peccatum appellant, necessario, vt ex dictis patet, hæc est

Omni peccatores baptizatus.

Vitium nup est culpa.

Caluina Caluini depulsa.

Catholici Iuugistimè ab his à Pelagianis

Hunc tropum requirunt: ideo patres post B. Augustinum docent, post baptismum concupiscentiam solum esse peccatum secundum hunc tropum, & anathema dicitur his qui contrarium senserint. Nec oportet in quolibet loco figuratè accipi peccatum, si in locis quibusdam sic dicatur. Nam & Christus in scripturis vocatur peccatum. Sacrum enim baptismum peccati maculam & rationem, vt saepe diximus, sanguine Christi in quo lauantur, abstergit & abluir.

Calvini inco- sideratio.

**N**ec consideravit Calvinus peccatum non substantiæ nomen esse, sed qualitatis, quæ abesse potest & adesse, vt quod modo peccatum est, postea peccatum non sit. Nam dare elemosynam vt videamur ab hominibus, peccatum est: mutata autè intentione, sanctum est & Deo gratum. Quidam enim, inquit Paulus, propter inuidiam & contentionem Christum prædicant, alij propter bonam voluntatem. Et fieri poterat, vt qui prius propter inuidiam, ex bona voluntate postea Christum prædicarent, & ita eadem prædicatio lapsu temporis prius peccatum, & postea Deo grata fuisset & non peccatum: ex fine enim diuerso eidem operi accidere possunt bonum & malum, sicut & homini eidem. Concupiscentia itaq; habitualis, modo quodam peccatum est in nascentibus, eo quod cum mentis auersione à Deo contrahitur, & in renatis peccatum non est, mente per spiritum inhabitante ad Deum cõuersa, ipsiq; in Christi familiam relicto veteri patre Adâ translatis, vt non amplius iam huius sint parètis, sed eius qui ex mortuis resurrexit, prout de lege dicit Apost. ad Rom. 7. Et saepe diximus, quod peccatum esse non potest sine mentis auersione à Deo, quod & docet B. August. 12. de ciuit. Dei. cap. 8. & lib. 2. & 3. de lib. arb. propter quæ non necessariò, vt diximus, culpa est vel peccatum hæc concupiscentia, sed contingenter, sicut idem homo iam iustus est, & postea iniustus, non conuersione naturarum, sed nouæ formæ vel denominationis successione, ita frequenter clamat b. Aug. quod baptizatus, omni crimine, omniq; peccato caret, non omni malo.

Concupiscentia quo sensu contra legem Dei.

**G**rauitur etiam fallitur Calvinus ex repugnantia aduersus legem Dei demonstrans concupiscentiam ex sua natura esse peccatum: Hæc enim repugnantia ei non conuenit, nisi secundum suos motus & desideria quæ excitat, de quibus modo non disputatur à patribus, sed de habituali morbo duntaxat: & fieri posset quòd repugnantia contra legem esset peccatum, & non id quod repugnat. Nam multi doctores veteres, vt Beatus Ambrosius post Originem, intelligunt peccatū & malum in carne habitans esse diabolum, & similiter quod dicit, Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, & peccatum vobis non dominabitur, & in locis similibus peccatum intelligunt esse diabolum peccati authorem: per Adam enim peccantem incepit in genere humano habitare tyrannus peccati diabolus, factusque est nobis intraneus hostis, assidue suggerens & stimulus ad ea quæ sunt huius mundi. Et reuera per primum hominem factum est, vt peccatum in nobis habitet, tam fomes, quam diabolus. Et verisimilis fit hæc interpretatio ex eo quòd huic peccato siue malo inhabitanti, ab Apostolo quædam tribuuntur, sicut operari omnem concupiscentiam, operari mortem, & fieri supra modum peccans, & alia huiusmodi, quæ propriè non qualitati, sed soli personæ, siue supposito conueniunt. Certum est autem diabolus repugnantem sua sollicitatione legi mentis, peccare quidem, sed non esse peccatum. Et dissimulat Calvinus quòd multiplex est repugnantia aduersus legem, variâq; contingit ratione: legi enim repugnat, qui eam vult aboleri, qui docet eam esse iniquam, & qui falsa intelligentia eam corrumpit, repugnat etiâ, qui ad eius sollicitat transgressionem. Nam est repugnantia formalis, est & effectiua. Et de concupiscentia dicit Iacobus, quòd ab ea vnusquisque tenatur abstractus, & illectus quasi effectiue in peccatum. Et est legi repugnans, quod per eam est prohibitum, hoc autem modo repugnans verè est peccatum, & nõ quod ei repugnat aliis modis. Malum autem in carne habitans nulla lege prohibetur: nulla enim lege prohibita est naturalis quasi ad mala desideria propensio, sed eius desiderii obedire: Non regnet peccatum, inquit Paulus, in vestro mortali corpore, vt obediat concupiscentiis eius: non autem ait, non maneat, non habitet, quod nouerat fieri non posse pro huius peregrinationis statu: pugnandum tamen est semper contra ipsum tanquam hostem domesticum, sicut contra mundum & dæmonem ad mala inuitantes. Creaturæ enim Dei factæ sunt in multisculam pedibus insipientium, & species mulieris decipit & subuertit cor cõtra legem mentis inclinando. Nec repugnantia qualiscunque verè peccatum est & propriè, quamdiu voluntas & mens non consentiunt, vt saepe diximus post Augustinum: sola enim voluntate peccatur, & ex corde procedunt, quæ hominem coinquinat. Nec Paulus habet, quòd hoc malum in baptizato repugnat legi Dei, sed legi mentis tantum, propterea

Varia est in legem repugnantia.

propterea quòd contrarij sunt eorū motus, carne secundum legem membrorum concupiscente aduersus spiritum, & spiritu secundum legem mentis aduersus carnem. An verò hi motus carnis sint contra legem mentis, vt lex obligatoria est, & participatio legis Dei, est præter Apostoli intentionem, & ideo legis Dei hic non meminit, sed legis mentis tantum. Nulla igitur ratione sequitur quod cõcludit Calvinus, quòd morbus qui in renatis hæret, siapte natura fit peccatum. Porro adiicit Calvinus. *Si ista est vera, inquit, iustitiæ regula, Deum ex toto corde diligere, ex tota mente, ex totis viribus, cur certè alio inclinari non poterit, quin à iustitia declinet. Atqui se impediri conuenitur Paulus, ne bonum quod cepit faciat: postquam, inquam, Dei amorem lex requirit. Non præstamus. Curandum erat, nos claudicando lentè progredimur. Nihil in tali defectu reperimus venerandi patris, cur peccatum censere debeam.* Conitemur & nos quòd vera & absoluta iustitiæ regula est, Deum ex toto corde diligere, ex tota mente & ex totis viribus: & regula iustitiæ quæ communis est omni rationali & intellectu naturali natura, omni homini ante & post peccatum, & etiam sanctis Angelis & benedictæ Trinitati, in qua persona se mutuo ex se totis diligunt: non enim maior esse potest dilectio, quàm quæ fit ex toto corde, ex tota mente, & ex totis viribus. Et quia regula siue mensura in vnoquoque genere perfectissimum est, quo vnusquodq; eiusdem generis cognoscitur, vt docet Aristoteles 10. metaphysices. Ideo ex toto corde diligere, ex tota mente, & viribus, regula est, vt rectè dicis, & metrum omnis dilectionis Dei, omnique iustitiæ: quò enim prius ad hanc dilectionem accedit, perfectior est dilectio & iustitia. Nam sicut docet B. Augustinus cap. vltimo de natura & gratia, charitas inchoata, inchoata iustitia est: charitas prouecta, prouecta iustitia est: charitas magna, magna iustitia est: charitas perfecta, perfecta iustitia est: sed charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta: quæ tunc maxima est in hac vita, quando pro illa ipsa contènitur vita, sed minor, ait, si nõ habet quo crescat eum de mortali ceçesserit vita. Vbi obseruandū est quòd dicit, charitatem perfectam esse eam quæ procedit de corde puro, & nõ, quæ est ex corde toto, ex tota mente, & ex totis viribus: quam cõstat multò esse perfectiorem, sed eam reseruari nouit: vitæ æternæ. Itæ quòd etiam dicit, tunc maximam esse in hac vita, quãdo pro illa ipsa contemnitur vitæ, in hoc secutus sententiam Saluatoris, Maiorè charitatem nemo habet, quàm vt ponat animam pro amicis suis: in his clarè doces, quòd vera est Dei dilectio, vera & iustitia, quamuis à perfectissima (quæ regula est & mensura) dilectione, videlicet ex toto corde, deficiat. Videtis igitur non sincere agere dum assumis: *Ista est vera iustitiæ regula, Deum ex toto corde diligere, &c. & ex eo colligis quòd à iustitia declinat, cuius cor alio inclinatur, quàm videlicet ad Deum.* Sed in ferre oportebat, quòd à perfectione declinet & deficiat iustitia: ad perfectionem autem conclusionem assumendum erat, quòd vera iustitia est, Deum ex toto corde diligere, vel huiusmodi dilectione sequatur, quod saltem est si cõuerribiliter intelligatur, quasi non sit iustitia vera, vbi nõ est dilectio ex toto corde, &c. Nam iustus nõ esset in terris, si iustitiam relinquit, cuius cor aliò inclinatur, & Deum ex toto corde non diligit: nullus enim est mortalium, in quo nõ aliquando mala excitantur desideria: In multis enim, inquit Iacobus, offendimus oes. Et si dixerimus quoniam peccatū non habemus, &c. nõ enim mala est respublica, in qua desiderantur quædam, quæ in ea requirit Plato. Nec statim iniustus est qui peccat, & frequenter veram iustitiam & Dei dilectionem B. Augustinus distinguit, ab earū perfectione & dilectione quæ est ex toto corde, quas Calvinus hic confundit quasi easdem: Hæc est, inquit, in lib. de perfectione iustitiæ, nostra in peregrinatione iustitia, vt ad illà perfectionem, plenitudinemq; iustitiæ, vbi in specie decoris iam plena & perfecta charitas erit, nunc ipsius cursus recludit & perfectione redamur, castigando corpus nostrum & seruituti subiiciendo. Hæc est nunc nostra iustitia, qua currimus esurientes & sitientes ad perfectionem plenitudinèq; iustitiæ, vt ea post satiemur: Hinc dicit Apostolus, nõ quia iam acceperim, aut iam perfectus sum, fratres, ego nõ arbitror me apprehendisse, vnus autè quæ retrò sunt obliuiscens, in ea quæ antè sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis Dei in Christo Iesu, quorquot ergo perfecti hoc sapiamus, id est quorquot perfectè currimus, hoc sapiamus, quòd nondum perfecti sumus, vt illic perficiamur, quòd perfectè adhuc currimus: In qua plenitudine charitatis præceptum illud implebitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiæ, quod vel continèdo frangitur, nõ omni modo ex tota anima diligitur Deus: Non enim caro sine anima concupiscit, tunc erit iustus sine vilo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis, sed prorsus toto corde, tota anima, diligit Deum, quod est primum summuq; præceptum.

Charitas est iustitiæ norma.

Iustitia est charitas.

Charitas per facta quæ.

Iustitia vera nobis est licet non perfecta. Iustitia nostra peregrinationum quæ. Augustinus.

Plenitudo  
charitatis  
olim erit mer-  
ces.

Cur ergo non præcipetur homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? non enim rectè curritur, si quò currendum est, nesciatur: quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur: sic audiamus præcepta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis: non enim ad saturitatem iustitiæ, cum hinc exierit, quisque peruenit, nisi ad eam cum hic est, esuriendo & sitiendo cucurrerit: Beati quippe qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Sic ergo curramus ut comprehendamus. Nam plenitudo charitatis, qua ex toto corde, & c. diligitur Deus, merces erit laboris, cuius in hac peregrinatione meritum est comparandum. Nec culpe, inquit, de spiritu & litera, cap. ultimo deputandum est, si esse nondum potest tanta dilectio Dei, quanta illi cognitioni plenæ. perfectæque debetur: aliud est enim totam nondum allequi charitatem, aliud nullam sequi cupiditate, quamobrem debet homo, quamvis longè minus amet Deum, quàm eum potest amare conspectum, nihil tamen appetere illicitum: sicut etiam in his quæ adiacent sensibus corporis, potest oculus nullis tenebris delectari, quamvis non possit in fulgentissima luce desigi. Et eandem sententiam tradit lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 7. ubi tractans locum, Virtus in infirmitate perficitur: quæ, inquit, virtus? nisi ad quam pertinet non extollit: & minus insipienter dicitur tantum amari Deum antequam videatur, quantum amabitur cum videbitur. Porro si in hac vita, pio nemine dubitante, quanto amplius diligimus Deum, tanto sumus utique iustiores, quis dubitet piam veramque iustitiam, cum fuerit dilectio Dei perfecta, tunc perfici? Et in fine capituli, licet non immerito in aliquibus iustis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur iustitia, parva tamen est ad illam magnam quam capit æqualitas Angelorum, quam qui nondum habebat, & propter illam, quæ iam inerat, perfectum: & propter istam, quæ adhuc deerat, se imperfectum dicebat. Sed minor ista iustitia facit meritum, maior illa sit præmium: nec tamen ipsa facienda tunc mandabitur. Et de spiritu & litera cap. ultimo & penultimo, & in epistola 29. penitus idem tradit, ubi contra Stoicos docet, quòd verè iusti & sapientes sunt, qui tamen adhuc in eis proficiunt, concordans scripturas, quæ in speciem videntur contrariæ: Non iustificabitur in conspectu Dei omnis viuens, & tamen iustus ex fide vivit; & induci sunt Sancti iustitiæ, & addit, quòd ad rectè viuendum attinet, virtus est charitas, quæ id quòd diligendum est, diligitur: hæc in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est. Plenissima verò, quæ iam non possit augeri, quamdiu hic homo vivit, est in nemine: quamdiu autem augeri potest, perfectò illud quòd minus est quam debet, ex vitio, hoc est infirmitate nostra est. Ex quo vitio non est iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Ex quo vitio non iustificabitur in conspectu Dei omnis viuens. Propter quòd vitium si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Propter quòd etiam quantumlibet profecerimus, necessarium est nobis dicere. Dimitte nobis debita nostra, cum iam omnia in Baptismo dicta, facta, cogitata, dimissa sint. Quid itaque, qui rectè videt, videt unde, & quando, & ubi speranda sit illa perfectio, cui non sit quòd adhiberi possit: si autem præcepta non esset, non utique esset, ubi se homo certius inspiceret & videret, unde auerteretur, quòd conaretur, qua re gratularetur, quid peccaretur. Magna est ergo utilitas præceptorum: & quia hæc dilectionis perfectio, ut ex toto corde diligitur Deus, huius peregrinationis non est, ideo dicit cap. ultimo de spiritu & litera, quòd ad illam vitam iam immortalem attinet, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua: ad hanc autem, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideris eius, hoc est, sic diliges ut non regnet peccatum, &c. Et ad illam, Non concupisces: ad istam, Post concupiscentias tuas non eas: hoc est, sic non concupisces, ut eas post tuas concupiscentias: ad istam, hoc quòd agit in opere habere, & illius perfectionem pro mercede sperare, ut per illam iustus sine Fide vivat in specie, quam in ista desideravit, per hanc autem iustus vivat ex fide, in qua illam certo sine desiderat. Et libro 3. contra duas epistolas Pelagianorum, hic præceptum est, ut non peccemus: ibi præmium non posse peccare: hic præceptum est, ut desideris peccati non obediamus, ibi præmium, ut desideria peccati non habeamus. Non igitur ad veram iustitiam, quam nunc requirit Deus à nobis, necessarium est ipsum diligere ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus. Et ideo nec Apostoli in suis epistolis ad sic diligendum hortantur, imò nec huius dilectionis, quæ est ex toto corde, meminerunt. Et Domino Salvatore in Euangelij satis est, quòd ipsum diligamus supra patrem, & animam nostram, & cætera omnia: Qui amat, inquit, patrem & matrem plus quam me, non est me dignus.

Quem

Charitas plenissima nulli mortalium consistit.

Perfectio dilectionis non est huius peregrinationis.

Ex toto corde diligere, quo sensu præcipitur.

Bernardus.

Chrysostr.

Augustinus.

Quem locum tractans beatus Augustinus libro 21. de civitate Dei, cap. 26. qui has necessitudines, inquit, sic amat carnaliter, ut tamen eas Christo Domino non præponat, malitque ipsis carere, quam Christo, si adhuc fuerit articulum tentationis adductus, per ignem saluus erit. & idem in epistola 89. quæ est ad Hilarium. Ex quibus manifestum est, quòd diligere Deum ex toto corde, ex tota mente, & ex totis viribus, ita ut nihil sit carnalis concupiscentiæ, quæ vel continendo frenetur, & sensus omnes ac vires sine impedimento semper Deo vacent ut cor aliò non inclinetur, non est pro hac peregrinatione præceptum, nisi ut scopus quo curramus, & finis nostrorum desideriorum: non autem ut sic diligamus. cum ad præmium duntaxat spectet & plenam hominis sanitatem, quando nulla erit infirmitas, ut B. Bernardus dicit in lib. de diligendo Deo: nec anima beata hoc præceptum implere possunt ante corporum resurrectionem, propter proprium & naturalem earum tractum & inclinationem ad corpus, quæ impedit ne toto corde in Deum ferantur. Diligere autem Deum ut nihil super eum aut contra, vel ei æqualiter appreciativè diligitur, huius vitæ præceptum est. Et contra charitatem & veram iustitiam peccamus, si ipsum violemur. Atque hoc sensu videtur B. Chrysostr. interpretari, quòd Saluator mandat de diligendo Deo ex toto corde, ut cor tuum, inquit, non sit inclinatum ad alium rei dilectionem magis quam Dei: quòd enim eo modo diligitur, ut præ ipso contemnantur reliqua, rectè tanquam totius vitæ finis dicitur ex toto corde diligi. Omnis tamen affectus carnalis tamen vincatur, retardat, ut non totus homo in Deum feratur. Nec solum Dei ex toto corde, tota anima, & viribus dilectio, sed hæc etiã eius tanquam finis ultimi, in animo præponderans amor nobis scopus esse debet, cuius sicuti iustitiæ, quæ illi coheret, augmentum & profectum propterea semper sitiri oportet: beati, ait Dominus Saluator, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam hi soli satiabitur. Et sicut duæ sanguisugæ filiæ semper dicunt adfer, adfer, nec satiantur vnquã: ita nec vera Dei charitas: finis enim præcepti est charitas, quæ propterea sine mensura diligitur: nec præcepti tantum est finis, sed & omnis consilij, totiusque vitæ Christiani: quæcunque ait B. August. cap. 121. enchirid. mandat Deus, & quæcunque non iubentur, sed speciali consilio manentur, tunc rectè fiunt, cum referuntur ad diligendum Deum & proximum propter Deum, & in hoc seculo & in futuro. ad hoc enim tendere debet omnis noster conatus, ut erga Deum simus affecti amore, fiducia, & timore quasi filij erga patrem, semperque hic affectus magis abundet, magisque quotidie ei placeamus. Et hunc intellectum præcepti Saluatoris de diligendo Deo ex toto corde, verba admittunt, ut ex toto corde Deum diligere dicatur, qui sincere eum diligit, nec affectum habet contrarium, ut interpretatur B. Chrysostr. & plurimæ scripturæ ipsum & solum hanc cordis totalitatem requirunt, ut cum dicitur Deuter. 4. cum quaeris Dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quaeris eum. Et cap. 26. hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi, ut facias mandata hæc atque iudicia, & custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Et primi Reg. 7. Si in toto corde vestro revertimini ad Dominum, auferite deos alienos de medio vestri, & præparate corda vestra Domino, & seruire ei soli: ubi Samuel declarare videtur, quid intelligat reverti toto corde ad Dominum, tollere impedimenta contraria, & facere seruitium necessarium. Ex modo igitur loquendi scripturæ certum est, quòd toto corde reverti ad Dominum, ipsum quaerere & præcepta implere possumus, & quòd nec fomes, nec vlla hominis infirmitas hanc reversionem ex toto corde impedit. Et propheta David audeo dicere Domino: In toto corde meo exquisivi te, & in toto corde meo scrutabor mandata tua. Et alio loco: Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine, Et Ezechias secundi Paralip. 30. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt eum, & non imputabit eis quòd minus sanctificati sunt: & infiniti sunt huiusmodi sermones in scripturis. propter quæ doctores scholastici, quando quaerunt: an teneamur ad illum modum implendi quem Dominus in præcepto implicat, Matth. 22. duplicem distinguunt cordis animæ & mentis totalitatem. potest enim intelligi, quòd amor Dei totum cor possideat: aut ita ut excludat omnem affectum extraneum, & omnes motus cordis in Deum referat, & tunc dominatur plenè & perfectè cordi & plenum eius ponitur dominium: alio modo, ut excludat omnem affectum contrarium, hoc est, ut nihil diligatur supra Deum, vel ei æqualiter, quòmodo Deum diligit ex toto corde qui diligit eum propter se & super omnia. prima totalitas, ait Sanctus Bonaventura, non potest haberi ante adoptionem gloriæ, vel ad ipsum Deum aspiciemus & ferremur continue: secunda verò haberi potest per in fusionem gratiæ, quæ expellit omnem mortalem culpam. Si ergo in illo præcepto, ait, intelligatur totalitas

Ex toto corde diligere in variis patet sensum.

talitas secundum primam acceptionem, sic modus ille non obligat ad sui impletionem, sed exprimitur in præcepto, vt sciamus, quò in hac peregrinatione per amorem tendere debeamus, & vt nemo se perfectum arbitretur, quovisq; illam perfectionem fuerit assecutus. Si verò intelligatur totalitas secundum acceptionem secundam, sic tenemur ad illum modum implendum. Et quia secundum vtramque acceptionem Spiritus sanctus voluit prædictum mandatum intelligi, hinc est, quòd dicunt quidam ipsum posse impleri in via: & alij quòd non potest impleri donec perueniatur ad patriam. Quibus & addit: Si quis opponat modum illum secundum primam acceptionem totalitatis simpliciter posse impleri in via, quatum ad aliquod tempus, quo potest homo totaliter ferri in Deum, ita vt nec sint in eo motus charitati oppositi, nec etiam extranei: responderi potest, quòd licet hoc esse possit & aliquando sit in aliquibus personis excellentibus, non tamen communiter reperitur in hominibus iustis: & licet ibi sit totalitas motuum vt nunc, non tamen simpliciter, & ideo defectus est à perfecta totalitate, quæ est motuum & temporum: & ideo modus ille non omnino impleri potest, sicut insinuat in illo præcepto. Quòd & innuit August. cum dicit: Cum aliquid adhuc est carnalis concupiscentiæ, non omnimodè ex tota anima diligitur Deus, & hoc ipsum (inquit) insinuat Magister, cum dicit quòd impleri potest hic modus prædictus secundum perfectionè viæ, quæ est perfectio currentis, non secundum perfectionem patriæ, quæ est perfectio peruenientis, & ita ex parte non omnino perfectè & integrè impleri potest. Alij interpretantur toto corde fieri, quòd ex animo & sincera mente fit: & toto corde amare, qui sincero & ardenti affectu ad eum suspirat, quem amat. Et hunc dicunt esse morem scripturæ, vt toto corde fieri dicat, quòd sincère & ex animo fieri significat: quemadmodum contra vbi fraudulentos ac fallaces obiurgat cor, & cor exprobrare solet. Deum igitur diligere ex toto corde, &c. regula est & metrum iustitiæ, non autem necessarium ad eam, cum esse possit cū peccatis quotidianis, nec ad dilectionem quam à nobis requirit Deus: & quocunq; cor inclinet, quam diu à scopo non recedit, nec aliò se vertit tanquam ad finem, non receditur à iustitia, nec à vero Dei amore: quia cordis fundamentum, & quòd principaliter super omnia amatur, manet Deus. & ideo falsum est quòd allumit Caluinus,

*Si ista est vera iustitiæ regula, Deum ex toto corde diligere, cor certè aliò inclinare non poterit, quia à iustitia declinet.*

Nam B. Bernardus sermone 49. in Cantica. Quomodo, ait, ego proficere possum, qui fratri proficenti inuideo? Si doles quòd inuides, sentis, sed nò consentis, passio est, quando que sananda, non actio damnanda: non nocet ambulanti & extendenti se ad meliora, quòd non iam ipse operatur, sed quòd habitat in eo peccatum. Non est ergo damnatio illi qui non dat membra sua arma iniquitati, non linguam ad detrahendum, &c. magis autem confunditur sic se esse malè affectum & inoleum ex longo vsu: vitium consistendo, flendo, orando conatur expellere, & cum non præualeat mitior inde ad omnes, atque apud se humilior inuenitur. Quis sapiens hominem damnet, qui à Domino didicit mitis esse & humilis corde? absit vt sit expers salutis imitator Saluatoris sponsi Ecclesiæ Domini nostri. Si autem salutis huiusmodi expers non est, nec iustitiæ igitur: cuius tamen cor alio quàm ad Deum inclinatur. Multum autem conducit ad intelligentiam eorum quæ dicta sunt ex Augustino de duplici iustitia, quòd idem Bernardus in sermone 5. de verbis Esaie, quadruplicem distinguit iustitiam hominis videlicet instituti, hominis lapsi, Angelorum & Dei: lapsi enim hominis iustitiam dicit esse rectam, sed non puram propter venialium peccatorum in eadem anima, non autem in eodem opere admixtionem. Nam recta non esset, si aliquam in se haberet peccati impuritatem, & primi hominis in initio rectam & puram, sed infirmam: & Angelorum rectam, puram & firmam: sed in natura quæ iniustitiæ capax est, propter quòd B. Iob dicit, quòd vera illa iustitia in Angelis suis inuenit prauitatem. Et propheta Dauid: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. ne ipsos quidem Angelos fortè spiritus excipientes: viuunt enim & ipsi & tanto verius, quanto propius astant ei, apud quem est fons vitæ. Et meritò Paulus se impediri conqueritur, ne bonum, quòd cupit, faciat, & impediri propter malum, quòd in carne habitat, quia verus Dei amor sine impedimento toto corde Deo seruire, & bonum perficere desiderat. Sed addit Caluinus.

*Perfectum Dei amorem lex requirit, non præstamus. Currendum er at, nos claudicando lentè progredimur:*  
Fatemur quòd perfectum Dei amorem lex requirit, sed non eum, qui est ex toto corde, tota mente, & ex totis viribus. Nam beatus Ioannes docet perfectam esse charitatem Dei in eo qui seruat verbum eius, & in hoc esse perfectam charitatem Dei nobis eum, vt fidu-

*D. Bernar. in Cant.*

*Iustitia quadruplex Bernardo.*

vt fiduciam habeamus in die iudicij, quam interpretatur B. August. inimicos ad hoc diligere, vt sint fratres: vtraque autem inferior est ea quæ ex toto corde. Amorem autè eum requirit, quo Deus appetitur, & charus habeatur super omnia, vt ex Augustino & scripturis docuimus, imò & tam perfectum, quòd ametur vt finis vltimus omnium & totius vitæ nostræ, sic vt omnia, saltem virtualiter, referat in Deum, vt docet ex scripturis B. Tho. in quæstionibus de charitate, art. 10. & 11. vbi diligèntissimè inquiri, an possit esse in hac vita charitas perfecta, & an omnes ad eam teneantur, qui enim vt finem vltimum Deum amat, ad eum eiusq; honorem, affectu, mente, & verbo omnia refert. Nec vllam vitæ suæ partem excludit, quamuis opere & exercitio hoc præstare non possit & persicere: vt & hic locum habeat: Velle adiacet mihi, perficere non inuenio, in quo excellit amor Dei ex toto corde, & hoc fortassis intelligit B. August. quando dicit, quòd præceptum istud implere non possumus opere præstando, ita videlicet, vt tota vita nostra sit ministerium Dei, & in nullo seruiamus cupiditati. Quæ præcepti impletio, siue executio non cadit propriè sub præcepto dilectionis, nec est actus eius: consistit enim in executione omnium præceptorum, quæ & ad alias virtutes pertinent. Et ideo nec peccatur immediatè contra hoc præceptum, sed contra temperantiam & alias virtutes carnaliter concupiscendo, vel peccando: Peccata enim speciem sumunt ab obiecto, & non ab auersione: & præcepta secundum actus virtutum & vitiorum distinguuntur. Dilectio itaque qua omnes cogitationes, omnem intellectum, & totam vitam in illum affectum conferimus, à quo habemus omnia, actus est charitatis perfectissimus, qui nobis hic cōtingere potest: quæ tamen opere non impletur, quamdiu caro concupiscit aduersus spiritum, & in multis offendimus omnes. Potest igitur hoc præceptum secundum modum etiam totalitatis, & hoc ad affectum voluntatis à nobis impleri, quamuis non secundum operis imperati exercitium, propter virtum inferiorum rebellionè, & voluntatis inconstantiam & infirmitatem. Cum enim ad voluntatè solam, & nullam aliam hominis potentiam pertineat Deum diligere, ideo ex tota anima, tota mente, & viribus eum diligere, est sic diligere, vt ex voluntatis imperio mens, & omnes vires moueantur ad cauendum quæ Deo sunt contraria, & sanctificandum nomen eius. Propter quòd ad voluntatis imperium hic modus diligendi pertinet, & non ad proprium eius actum. Si autem omnino contendatur, quòd Deus hunc amorem ex toto corde, &c. à nobis requirit, nec solū vt scopum, ad quem aspiremus, sed vt opere etiam ipsum præstemus, non requirit quasi ad salutem necessarium quo ad modum totalitatis: sed vt diximus solummodo secundum substantiam dilectionis, tanquam finis, sine qua nec charitas Dei, nec vera iustitia esse potest. De ista autem perfectione amoris, quam à nobis requirit Deus, tractat B. Augustinus lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum ca. 7. vt superius citauimus. & lib. 2. de peccatorum meritis, cap. 13. & 15. vbi docet considerandum esse, cum dicitur alicuius perfectio, in qua re hoc dicatur. Sunt enim, inquit, perfecti cursores, perfecti milites & peregrini, qui non sunt perfecti comprehensores, peruētores aut victores, sicut perfectus est puer, si nihil desideretur quòd ætas illa requirit. Ita perfectum dicimus viatorem, cuius bene promouetur accessio, quamuis nondum facta sit peruentio: & perfecti sunt milites, qui militum præstant officium: multipliciter enim, inquit, dicitur perfectio. Quando igitur Caluinus hanc iustitiæ & dilectionis perfectionem, quæ sit omnimoda obedientia mandatorum Dei, à nobis requirit viatoribus & statim pueris, qui ex parte cognoscimus & diligimus, exigit, quòd solum est beatorum, qui braviū currentibus propositum apprehenderunt, resumptis tamen prius corporibus. Rectè dicit VVilhelmus Parisiensis cap. 13. rhetoricæ diuinæ, quòd iustitia diuina non potest exigere ab infirmo fortia: à puero & infante, quæ sunt viri: vt enim paruulus loquitur, ita & facit quæ sunt paruuli. Hæc tamen iustitia & Dei dilectio, quamuis vtcunque perfecta sit, vt diximus ex 3. lib. contra 2. epist. Pelagianorum, non tamen est sine peccatis: & qua ex causa sine eis non fit, ostendit B. Augustinus cap. penultimo de spiritu & litera. Nec mirandum est, quòd claudi claudicando lentè progrediantur, cum expectari non possit recta ambulatione ab eo qui claudus est, quæ nec ei mandari potest: nec infanti, quòd viriliter progrediatur: nec oportet quòd lentè progrediantur, qui claudi sunt: ait enim vnus ex peregrinis & infirmis: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Et vsu scripturum defectus, qui est in operibus nostris, non est propriè claudicatio. Nam recti sunt gressus iustorum, soluta genua: ait eis Apostolus Paulus, Erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Nec in hoc defectu (vocetur claudicatio, quòd vult Caluinus) vllum est peccatum, & ideo nò mirum quòd patres

*Præcepti dilectionis ex 10 corde quantum præstandum.*

*Perfectio est variis generis*

*Iniquè Caluini iustitiæ perfectionem à nobis exigit.*  
*Vilhelmus Parisiensis.*

*Caluino oēs claudicamus*

*Inforti gressus recti. Hebræ. 12.*



patres non inuenerint, cur peccatum censere debeant. Nec Augustinus diligentissime aduersus Iulianum disquirens, potuit inuenire ipsum esse peccatum. Quantum ad nos, inquit, attinet, sine peccato semper essemus, si nunquam consentiremus ad malum. Sed hæc omnia, vt etiam prius diximus, extra propositam sunt disputationem, quæ instituta est de morbo animæ inhærente, per quem aliò cor non inclinatur, nisi habitualiter, non autem de eius desideriis, de quibus tamen est tota hæc Caluini argumentatio:

Adijcit porrò Caluinus:

*Eiusdem est improbitatis, inquit, quòd declarat Ecclesiam nunquam secus intellexisse. Atqui Ambrosius teste August. disertè iniquitatem nominat. Quid ipse Augustinus? Dulci sunt loci, ex quibus nò obscurè eius confessio apparet, quemadmodum eam tradidit lib. 2. contra Iulianum, peccati legem in baptismo remitti, non siniri. Item solum esse reatum, ipsam manere. Item mortuum esse peccatum in reatu, quo nos tenebat, sed mortuum quoque rebellare, donec sepulchræ perfectione sanetur. Item Homilia in Ioannem 41. Quam diu viuis, peccatum necesse est esse in membris tuis. Saltem regnum illi auferatur, non fiat quod iubet.*

**H**S T autem patrum definitio in seisione, contra quam hic agit Caluinus, hanc concupiscentiam, inquit, quam aliquando peccatum Apostolus appellat, sancta synodus declarat, ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quòd verè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinatur. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit: quam sumpserunt ex B. August. qui hanc sententiam ipsdem ferè verbis in variis locis docet: nullam autem in hoc decreto esse improbitatem, sed meram veritatem, clarè conspiciet, qui veterum scriptorum Ecclesiasticorum monumenta reuoluerit. Nam ex B. August. multas adduximus superius sententias ex libro 1. contra 2. epistolas Pelag. & lib. 1. de nup. & concup. cap. 23. Et contra Iulianum li. 2. & lib. 6. cap. 5. in quibus docet, concupiscentiam non esse peccatum, nisi secundum tropum, quem Patres hic explicant. Ostendimus etiam superius B. Hierony. Chrysof. & alios veteres idem docuisse, & hoc ipsum quod prius didicerant in Ecclesia catholica. Et qui alias Patrum sententias videre desiderat, legat Reuerendum patrem prouincialem Euerhardum Billick in defensione iudicij Vniuersitatis & Cleri Colonienfis, vbi citantur Epiphanius, Methodius, Clemens, Cyprianus, Ambrosius, Basilius Magnus, Chrysofomus, Ambrosius, & Innocentius primus, qui omnes concorditer eandem veritatè tradiderunt. Nam Epiphanius hanc Caluini & Martini Lutheri heresim ferè ad verbum recitat, tanquam hæresim Procli Origenistæ, à quo isti mutuati videntur, quæ de concupiscentia docent. Refert etiam quæ Methodius ante annos mille trecentos contra eam scripsit: Procli autem sententiam his verbis refert: Viuente adhuc corpore, antequam moriatur, necesse est simul viuere peccatum: intus in nobis radices suas abscondens, etià si forinsecus per castigacionum & admonitionum sectiones fuerit refrenatum: alioqui post illuminationem non contingeret nos iniusta facere, vt prope peccato penitus synceriter à nobis ablato. Nunc verò etiam postquam credimus, & ad aquam purificationis detenuimus, saepe in peccatis reperimur. Quare constat contrahi quidem ac sopiri per fidem nunc peccatum, ne fructus noxios producat, nò tamen radicibus tolli: & nunc quidem prauas cupiditates ac cogitationes, velut germina ipsius cõtrahimus, ne qua amara radix sursum enascens infestet, non sinentes hiare & aperiri conclusa ostia ad faciendos exortus, doctrinæ ratione instar ascia radices ipsius infernè nascentes secante: tunc verò etiam ipsa cogitatio de malitia dissipabitur. Neque verò scripturarum testimonio hic sermo caret, si quis synceriter verum dicere velit. Nam nouit etiam Apostolus, nondum radicem peccati integrè ex hominibus sublatam esse, nunc quidem dicens, Noui quòd non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: & Si quod nolo, hoc facio, nò amplius ego facio ipsum, sed quod habitat in me peccatum: nunc verò, Video aliam legè in membris meis rebellantem legi mentis meæ, & omnino captiuum facientem me legi peccati, quæ est in membris meis, adeo nondum contigit peccatum funditus ac radicibus excusendi: non enim penitus moritur, sed viuuit. Obsecro te Lector, quid aliud sonant Lutherus, Bucerus, & Caluinus? Nam Proclus ait peccatum viuere etiam post baptismum: idque negat radicibus tolli, donec corpus per resurrectionem reformetur: dicit castigacionibus frenari: per fidem verò comprimi & sopiri, ne pariat fructus malos, quæ omnia docent & illi: nisi quòd postremum istud non consentirent, Proclo in hoc pestilentiores. affirmant enim peccatum suos interim morus perficere, & nulla quiete sopiri: per fidem autem operiri vt non impudentur. Cui hæresis opponit Epiphanius beatum virum Methodium Eubulum, qui proluxa oratione opinionem illam confutat.

Cuius

*Veterum omnium concordia sententia non est peccati in renatis concupiscentia.*

*Euerardus Billick.*

*Int. & Cal. opiniones veterem Procli heresim resuscitant.*

*Procli heresim de Baptismo concupiscentia ex D. Epiph.*

*Procli concordia cum Lutherus, Caluino, & Buceo*

*Lutherani Proclo heretico magi Simpij.*

Cuius confutationem prolius esset huc transferre. Narrat eam totam Epiphanius. Et quia beatum Ambrosium in suam sententiam Caluinus trahere conatur, ex eo quòd vitium in carne habitans vocat iniquitatem, eum iudicem faciamus, & audiamus eius sententiam.

*Concupiscentia quo sensu inquit a Ambrosio distat.*

Nam in Apologia Dauid cap. 12. non tam sepius, inquit, quàm plenius lauari petit Dauid, vt conceptam sordem possit eluere: nouerat secundum legem plura quidem mundandi esse subsidia, sed nullum plenum atque perfectum: ad illud ergo perfectum tota intentione festinat, quo iustitia omnis impletur, quod est baptismatis sacramentum. Et iterum in eadem, lauari secidum Euangelium concupiscit, & super niuem se existimat, si lotus fuerit, dealbandum per hyssopi fasciculum. Per hyssopi fasciculum aspergebatur agni sanguine, qui mundari volebat typico baptisate: lauatur autem qui diluitur aterni fontis irriguo, & super niuem dealbatur, cui culpa dimittitur. Denique de ipsa anima dicitur: Quæ est hæc quæ ascendit dealbata? Antequam baptizaretur, ipsa est quæ dicebat, Nigra sum & decora filia Hierusalem: erat enim nigra tenebroso peccatorum horrore deformis, sed posteaquam abluta erat per baptismum, remissionem meruit delictorum, dealbata ascendit ad Christum. Inde per Esaiam locutus est Dominus: Si fuerint peccata vestra sicut phenicium, vt niuem dealbabo: id est, si cruenta, si tetra, mundabo. Et lib. 1. contra Iul. citat B. August. B. Ambrosio dicere, quòd paruuli anima in baptismo à malitia reformatur. Certum est igitur Ambrosium dicere, quòd paruuli anima in baptismo à malitia reformatur. Certum est igitur Ambrosium sensisse, quòd nullum vitium nascendo contractum post baptismum verè sit peccatum. Et B. Cyrillus Alexandrinus circa nonum caput euangelij secundum Ioan. docet per baptismum omnes peccatorum sordes deponi, & tolli vitæ vetustatem, & baptismum lotos ab omni prorsus animæ lepra, peccatoq; purgari, cuius & alia, sicuti & plurima Augustini, Isichij vetusti scriptoris, & B. Grego. in epist. ad Theotistam patriciam, testimonia idem venerabilis pater prouincialis adducit. Iustissima igitur ratione synodus declarat, Ecclesiam nunquam intellexisse concupiscentiam in renatis appellari peccatum verè & propriè, sed solum quia ex peccato est, & ad peccatum inclinatur: nihil enim patres hic docuerunt, quod in schola Ecclesiæ catholicæ non didicerant prius.

*Iustitia omni baptismo impletur.*

*Baptisato culpa dimittitur*

*Animæ baptismum reformatur à malitia. Cyrillus.*

**A**T qui Ambrosius, ait Caluinus, teste Augustino disertè iniquitatem nominat. Bonus rector, inquit Ambros. cap. 8. de Isaac & anima, malos equos restringit & retocat, bonos incitat: boni equi sunt quatuor, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia: mali equi, Iracundia, Concupiscentia, Timor, Iniquitas. Sed hæc verba eò quòd obscura sunt, explicat B. Augustinus, præcipue quòd iniquitatem annumerat vitijis nobis cõnatis, post verba Ambros. addens: Nunquid bonus rector bonos equos habet, malos non habet? sed ait, Bonos incitat, malos restringit & renocat, & catholice istos equos intelligimus vitia nostra, quæ legi mentis ex lege peccati resistunt. Sed quare non in baptisate perierunt? An nondum fateberis Iuliane, quòd reatus eorum perierit, infirmitas manserit: nò reatus quo ipsa rea fuerant, sed quo nos reos fecerat in malis operibus, quòd nos retraxerant? vbi aduerte eum dicere, quòd hæc vitia nos reos fecerant, non tam per se, quàm in malis operibus. Et ne male intelligeremus cum Caluino, iniquitatem propriè dictam nùmerari inter vitia quæ post baptismum manent, addit B. August. Nec in his equis malis iniquitatem nominasse putandus est illam, quæ deletur in baptismo, sed legè peccati cuius manentis reatus in sacro fonte remissus est, propterea vocauit iniquitatem, quia iniquum est, hoc est inordinatum, & contra naturæ institutionem, vt caro concupiscat aduersus spiritum, quamuis addit in nostra renouacione iustitia, qua iustum est vt aduersus carnem spiritus concupiscat, vt spiritu ambulemus, & concupiscentias carnis non perficiamus. Nò igitur inferri potest, quòd sententia B. Ambros. concupiscentia in renatis sit propria ratione peccatum, ex eo quòd iniquitatem videatur vocare: tum quòd concupiscentiam distinguit contra iniquitatem, & alium equum malum dicat concupiscentiam, alium iniquitatem: tum quòd interprete B. Augustino, B. Ambrosius non propriè accipiat iniquitatem: sed communiter pro inordinatione, quam fugit & detestatur naturalis ratio, & aduersatur institutioni naturæ humanæ factæ in Adæ formatione, quæ propterea etiam vitium est in baptisato, non peccatum, vt in eodem lib. 2. dicit B. Augustinus, Sine peccato semper essemus, si nunquam ad malum consentiremus. Et in eodem libro superius, Non talia sunt vitia in renatis, quæ iam peccata dicenda sunt, si ad illicita spiritum concupiscentia non trahat, & concipiat, pariatque peccatum: quæ enim participatio, ait Apost. Paulus, iustitiæ, qua donati sumus in baptismo, cum iniquitate? Est enim concupiscentia omnium vitium corruptio contra ordinem à Deo in nostro natura

*Ambrosii verba D. August. explicat.*

*Iniquitas que post baptismum manet.*

natura instituitur.

institutum, hoc est, contra illam æquitatem & iustitiam in qua conditus est homo, quam & naturalis ratio naturæ hominis iudicat esse consentaneam. Definiunt enim & philosophi quod bonum hominis est secundum rationem esse, & operari naturale est enim & æquissimum, quod pars inferior menti obediat: & iniquum ac ordinis peruersum, quod reluctetur & repugnet: quod & Aristoteles, Cicero, Plato, & alij philosophi ethnici ex naturali rationis lumine cognouerunt. Nam in tertio lib. de anima, dicit peruersum esse quod natura superius & præstantius plerumque ab inferiori superetur, vincatur atq; rapiatur: quod fieri dicit apud incontinentes, cum tamen in spheris celestibus superior rapiat inferiorem, & hæc sequatur semper. Et August. lib. 4. contra Iulianum cap. 12. citat Ciceronem in tertio libro de repub. grauius conuenientem aduersus naturam, quod hominem, nõ vt mater, sed vt nouerca in vitam ediderit: de quo dicit quod rem vidit, causam nesciuit, cur tam graue iugum esset super filios Adam à die exitus vsq; ad sepulturam impositum: quia sacris, inquit, literis non eruditus, ignorabat originale peccatum: idemq; grauius improbat libidinem, tanquam naturæ hominis dissentaneam, nesciebat tamen unde hoc acciderit, quod caro aduersus spiritum concupisceret: vocat autem libidinem Cicero, quam scriptura concupiscentiam: Plato autem voluptatem. De quo etiam Augustinus cap. 14. & cap. 15. de iisdem inducit iudicium Platonis. Iniquitatem igitur vocat B. Ambrosius vicia quæ nascendo contraximus, non talem cui supplicium debetur, nec peccatum propriè dictum: sed vt interpretatur B. Augustinus, talem iniquitatē quæ contra æquitatem est, hoc est ordinem in natura diuinitus institutum, qui & naturæ est consentaneus: talis est iniquitas, quod caro aduersus spiritum concupiscat: quamuis adfit in nostra renouatione iustitia, qua iustum est, vt aduersus carnem spiritus concupiscat. Et hunc intellectum verborum Ambrosij clarè docet lib. 2. contra Iulianum. Quantum, inquit, ad nos attinet, sine peccato essemus, si nunquam ad malum consentiremus: & alio loco eiusdem libri, Manent vitia, sed non talia, quæ peccata dicenda sint. Non est vitandum hoc verbum iniquitas. quo vitatur Ambrosius contra veritatem & mentē eius, quando de ea clarè constat (vt patet ex superius ex eo citatis) quod non maneat peccatum propriè dictum in renatis. Et ne quis offenderetur hoc verbo, interpretatur ipsum B. August. qui & ipse vocat concupiscentiam iniquitatem ca. 8. 6. libri contra Iulianum, & cap. 3. 5. libri, sed secundum quod interpretatus fuerat, verba B. Ambrosij, quomodo ibidem dicit quod iniustum esset obtemperari à seruo ei qui non obtemperarat Dominò suo, hoc est indecens, indecorum. Sententia autem B. Augustini de hac concupiscentia, quod in renatis peccatum non est, manifesta est & obuia legenti libros, quos scripsit contra Pelagianos, Celestium, & Iulianum, & verè non obscura est, vt ait Calvinus, eius super hoc confessio, vt patere potest ex multis locis superius citatis, propter quæ veritatis euidentia conuictus scribit in sua institutione ca. 2. Neq; ab hac doctrina videlicet quod concupiscentia peccatum manet, tantum discedit August. quantum in speciem apparet, dum inuidiam plus æquo reformidat, qua eum grauari studebat Pelagianij, à peccati nomine interdum abstinere, nec vllam appetentiam faciunt loca, quæ adducit hic Calvinus, quod fuerit in sententia alia. Et loca hæc quæ contra patres adducit, eorum atq; catholicæ magis subscribunt sententiæ: loquitur enim in eodem libro ad Iulianum. Iam percipis, inquit, in baptisinate omnium fieri remissionem peccatorum, & cum baptisatis quasi ciuile bellum interiorum manere vitiorum. Non enim talia sunt vitia, quæ iam peccata dicenda sint, passiones sunt, vitia sunt frenanda, cohibenda & sananda sunt, sed dum curantur, infesta sunt. Quid igitur contra patres faciunt quæ citas ex August. videlicet quod lex peccati in baptisinate remittitur, non finitur? Imò quod non desunt hæc vitia, quàm diu hic viuimus, & quod soluto reatu, concupiscentia maneat, quando non manet, vt ipse ait, peccatum, dimittitur enim vt peccatum non sit, neq; maneat, & mortuum reatu peccatum, peccatum non est, sicut nec homo mortuus, est homo, quamuis mortuum adhuc rebellet donec sepulturæ perfectione sanetur: discedete enim, ait, hinc anima pia, hæc vitia peribunt, nec in resurgente redibunt, in carne quidem habitat peccatum, sed prohibitum est ne regnet, sed peccatum secundum tropum, sicut eodem loco intelligit Apostolus Paulus, sic interpretante B. Augustino.

*Loca Augu-  
stini ad  
Iulianum  
de catholi-  
cis stant.*

*Calvinus.*

**C**AETERUM ex multis locis vnum opponere sufficet, qui videtur data opera ad refutandum eorum vanitatem conscriptus. Nam August. li. aduersus Iulianum 5. nominatim tres causas enumerat, cur peccatum vocetur etiam in renatis. Verba sunt.

*Vt cæcis cordis peccatum est, quo in Deum non creditur, & pœna peccati, quia superbum cor digna animaduersione puniunt, & causa peccati, cum aliquid cæci cordis errore committitur, ita concupiscentia*

*carnis*

*carnis, cui resistit bonus spiritus, & peccatum est, quia illi inest inobedientia aduersus dominatum mentis, & pœna peccati, quia reddita est meritis inobedientis, & causa peccati, desectiõne consentientis, vel coniugione nascentis. Significationem verbi quam veteri Ecclesie fuisse incognitam Synodus declarat, primo loco hic poni à Primario antiquitatis teste, nempe est qui non videat: Falleris hic Calvinus, vel (quod verisimilius est) lectorem indiligentem & incautum fallere moliris, non hic tres causas enumerat Augustinus, cur concupiscentia peccatum vocetur: sed quia dixerat Ibro 1. de nupt. & concup. quod carnis inobedientia inobedienti homini dignissimè esset retributa, quia iniustum erat quod obtemperaretur à seruo suo, id est, à corpore suo, ei qui non obtemperauerat domino suo, concludebat Iulianus carnis concupiscentiam esse bonam & laudabilem: quemadmodum si persona aliqua peccatorem affligeret, & ex Dei mandato scelus vlcisceretur: Ostendit igitur ex scripturis B. August. quod malum esse possit & peccatum, quod peccati pœna est & supplicium, quodque propterea & carnis concupiscentia peccatum esse possit, quamuis simul & supplicium sit peccati. Scopus igitur disputationis inter August. & Iulianum in hoc cap. est, quod pœna peccati non semper bona sit & laudabilis, sed possit esse peccatum. Quod autem triplici ex causa concupiscentia appelletur peccatum, extra disputationem est: nec declarat synodus, sicuti nec August. significationes peccati, quarum ne meminerunt quidem: nec synodus dicit aliquam veteri ecclesie fuisse incognitam, & ita mera calumnia est, quod dicitur significationem verbi, quam veteri, inquis, ecclesie fuisse incognitam, synodus declarat primo loco poni ab August. Habet enim decretum hoc modo: Hanc concupiscentiam quam aliquando Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis sit peccatum, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Lege decretum synodi, & confer cum verbis Calvinij, vedebis multas calumnias impigni sacrosanctæ synodo. Sed verba Augustini expendamus, an faciant pro causa Calvinij, an potius pro patribus: & quia obscura sunt, ex planioribus eius sententiis intelligentiam colligere oportet. Concupiscentia, inquit, carnis, aduersus quam bonus concupiscit spiritus, peccatum est, quia inest inobedientia contra dominatum mentis, sine cuius accessione, concupiscentia nec peccatum esset, nec vitium in homine: sed vt in pecoribus naturalis proprietatis, dominatus itaque mentis facit eam malam esse in homine, quæ laudatur in pecoribus, & hoc est quod hic dicit B. Augustinus, Concupiscentiam peccatum esse, quia inest ei inobedientia. Potest autem hic intelligi concupiscentia habitualis, quam docuerat esse peccatum originale: potest intelligi & actualis, desideria videlicet mala, quæ peccata sunt, si mentis accedat consensio: intelligi etiam potest inobedientia actualis & habitualis: & dominatus mentis intelligitur mens ipsa quæ domina est corporis, vel eius dominatus, ius scilicet & autoritas dominandi seu imperandi. Si autem actus intelligantur vel habitus vt hos complectuntur, sicut quidam intelligunt, extra scopum disputationis est tota hæc Augustini sententia. Concupiscentiæ autem habituali de qua agitur, & quæ peccatum est originale, inest inobedientia tanquam causæ effectus, ad quem inclinat: excitat enim desideria aduersus mentem dominam suam, eiusque imperium, & imperandi autoritatem. Hac autem ratione concupiscentia carnis semper mala est, hoc est, indecens & disconueniens naturæ & rationi hominis, quæ tamen in pecoribus laudabilis est, quia non habet mentem in eodem supposito coniunctam, cui aduersetur, vt docet B. August. lib. 4. contra Iulianum cap. 14. vbi ex hac causa malam nominat concupiscentiam in homine, non peccatum. In isto verò capite quod citat Calvinus, dicit & peccatum esse, quamuis pœna sit peccati: sed quia contra Iulianum disputat, qui concupiscentiam vt diximus, dicebat bonam esse & laudabilem, non malam. Igitur nihil refert in hac cum Iuliano disputatione, an concupiscentia propriè peccatum sit, an mala tantum, & ideo solum peccatum, quia deformitas est, vitium & deonestatio naturæ primitus in Adam condita, & ab institutione deuatio. Non igitur ex hac Augustini sententia haberi potest quod concupiscentia in renatis propriè sit peccatum. Nam renatorum ne meminit quidem, vt hic sit & tertia calumnia Calvinij, quod Augustinus dicit, tres causas enumerare, cur concupiscentia peccatum vocetur etiam in renatis. Probat enim in genere ex scripturis, quod tamen concupiscentia sit pœna peccati, & iusto Dei iudicio inobedienti homini retributa, nihilominus sit mala & peccatum, hoc est vitium. Et secundum eius sententiã ante baptisina peccatum est, ob quod æternaliter homo damnatur: in renatis verò peccatū propriè nõ est, sed ad agonem relinquitur, & in virtutum, maximè humilitatis, exercitiū. Virtus, inquit Apof. Paul. in infirmitate perficitur, illa precipue ad quã pertinet*

*Calvinus fal-  
lendi studio  
Augustinum  
torquet.*

*Augustinus  
Calvino adeo  
non suffraga-  
tur vt aduer-  
setur proprijs*

*Concupiscentia  
Iuliano  
bona.*

*Concupiscentia  
quo sensu  
Augustino  
peccatum a*

non extolli. Loquitur autem, vt diximus, B. Augustinus de concupiscentia in genere, sicut & de cæcitate etiam infidelium, quam tamen non semper peccatum esse proprie testatur Dominus Saluator, dum dicit apud Ioannem. Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent. Si tamen omnino contendatur, quod intelligat de concupiscentia etiam in renatis, quamvis hoc nulla sermonis circumstantia conuincat, sed aduerferit, magis intelligendum erit accedente mentis confessione, vel negligentia. Nam idem ipse sæpè dicit, vt superius patuit, quod aliter non est peccatum proprie, in iisdem etiam aduersus Iulianum libris, Non talia, inquit, sunt vitia, quæ peccata dicenda sunt, & sine peccato essemus, si malo carnem inhabitanti nunquam consentiremus, omni peccato cetera baptizatus. Incredibile est, quod in iisdem his libris, quos aduersus eundem Iulianum scripsit, sibi ipsi aduersaretur. Et quia proprie non aliud est concupiscentiæ inesse obedientiam contra dominatum mentis, quam carnem concupiscere aduersus spiritum, quod 2. lib. dixerat esse iniquum, sicut spiritum aduersus carnem concupiscere, iustum dixerat & æquum: ideo etiam hoc sensu concupiscentia hic intelligi potest peccatum in renatis, inordinatio scilicet & naturæ corruptæ deformitas atque indecentia. Nec secundum mentem B. Augustini hæc causalis vera est: Concupiscentia peccatum est, quia inest ei inobedientia contra dominatum mentis, nisi generaliter intelligatur peccatum pro defectu, vitio, vel deformitate naturæ, cum secundum eum in renatis peccatum non sit, & inest homini si quem Deus crearet quales ex Adam nascimur, vt dicit in 3. lib. de libero arb. cum hac contra dominatum mentis inobedientia, & generaliter hic peccatum accipi, sufficit causæ, quam agit contra Iulianum, quo sensu in principio eiusdem capituli dicit iniustum esse, quod obtemperaretur ei à seruo suo, qui non obtemperarat domino suo, quod solum indecens est & simpliciter iustum, non iniustum. De homine tamen ex Adam nato, antequam renascitur, vera est secundum Augustinum hæc propositio causalis, intelligendo proprie peccatum. Vera est etiam si intelligatur (quod sæpè explicat) inobedientia cum mentis complacentia. Ex his patet quod nihil soliditatis habet tota hæc deductio Caluini, sed sophistica est, ex falsis, ambiguis, & amphibologicis & multiplicibus sententiis non sine calumniis procedens, & ex eis contra veritatem & patrum sententiam ac decretum concludens, quod tamen inuiolabile manet concupiscentiam, scilicet in renatis non esse proprie peccatum, sed sic aliquando ab Apost. nominari, quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat.

**A**d maiorem intelligentiam eorum quæ dicta sunt de peccato originis & concupiscentia nobis ingenta, sequuntur aliquot propositiones. Quarum prima est: Firma & infallibili fide credendum est vniuersos homines ab Adam seminaliter procreatos, ex sua origine contrahere peccatum, & nasci filios iræ, & æternæ damnationi obnoxios, prout docet Apostolus Paulus ad Rom. cap. 5.

Secunda propositio: Eadem fide credendum est, quod virium rebellio & motiones inordinatæ, ignorantia, infirmitates, mors, & vniuersæ miseræ, quas patiuntur, sunt peccati, & non naturales hominis conditi conditiones. Nam per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, vbi nomine mortis Apostolus complectitur vniuersas miserias, quibus sumus subiecti, de quibus etiam Ecclesiasticus cap. 40. Et beatus Iob, cap. 14. Homo, inquit, natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.

Tertia: Vniuersa hæc mala potuissent esse naturales hominis conditiones & proprietates, vt si hominem creasset sine gratia & iustitia originali, quæ sola impediēbat, ne hæc mala essent in homine, sine qua secuta fuissent principia naturæ, sicut & nunc sequuntur naturam ab ea destitutam, quemadmodum earum plurimæ sunt in cæteris animalibus. Istud enim supponit fieri potuisse B. Augustinus lib. 3. de lib. arb. cap. 20. & sequentibus.

*Augustinus.* Nam sicut hominem à natiuitate cæcum facere potest, & verisimile est, quod pueri ex Adam, etiam si non peccassent, sine scientia agendorum, & sine rationis perfectio vsu generati fuissent. Ita & sine gratia gratum faciente & iustitia originali, eum creare potuisset, & hæc omnia, imò & carentia iustitiæ, & ad malum pronitas solum defectus fuissent naturales, nec culpæ nec pœnæ habuissent rationem. Non enim hominem creando necessario eum fecit naturæ diuinæ confortem, spiritum suum ad inhabitandum comunicando, nec filium & vitæ æternæ hæredem, hæc enim omnia singulari sua largitate & misericordia, supra naturam ei est largitus.

Quarta propositio: Vniuersa hæc mala pœnæ sunt & supplicia peccati, sed magis concomitantia iustitiæ originalis carentiæ, quam à Deo taxata vel inflicta, vt docet B. Tho. 2. quæst.

2. quæst. 164. art. 1. & de malo, q. 5. art. 4. qualis pœna est, de qua dicit B. August. lib. 1. conf. cap. 12. Inuisisti Domine, & sic est, vt pœna sua sibi sit omnis inordinatus animus. Et ideo variè & diuersis modis inueniuntur in filiis Adæ, multi enim aliis in his calamitatibus secundum complexionum diuersitatem sunt miseriore.

Quinta: Sunt autem pœnæ supplicia & effectus, non solum peccati Adæ, sed & proprii, & proximorum parentum, horum enim omnium peccatum, quod in origine contraxerunt, sequuntur, à solo tamen Adam eiusq; peccato originaliter habent, quod pœnæ sunt vel peccata. Nam si referantur ad proprium peccatum, vt in quolibet est, vel ad proximorum parentum peccatum, solum defectus sunt naturales, non pœnæ, vel culpæ: & hoc sensu dicit beatus Augustinus, quod paruulus contrahit meritum pœnæ, quodque iniustum esset Dei iudicium, si paruuli innocentes mortem traherent sine meritis, libro 3. contra duas epistolas Pelag. cap. 4. & lib. 6. contra Iulianum cap. 4. & lib. 3. cap. 18. Et B. Thom. in 2. Sententiarum, distinct. 20. quod peccatum originale non transfunditur per modum meriti, sed traditionis tantum. Nam B. Augustinus intelligit meritum pœnæ indignitatem & conditionem, quam pœnæ sequuntur: & B. Tho. quod transfunditur non per modum meriti, cui proprie hæc mala respondeant & infligantur, esse autem supplicia inobediētiæ primi parentis, testatur Apostolus Paulus in epistola ad Corinth. Sicut in Adam, inquit, omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Per vnus hominis inobediētiā in omnes homines in cōdemnationem, & per vnus hominem in omnes homines mors pertransiit. Et inter has pœnas concomitantes videri posset ponenda esse carentia diuinæ visionis, quæ sequitur carentiam iustitiæ & gratiæ gratum facientis, quæ vt filium ita & hæredem facit æternæ hereditatis. Non enim irrogari videtur paruulis sine baptismo decedentibus ob culpæ malitiam, sed magis ob indignitatem & incapacitatem eius.

Sexta: Certa fide tenendum est, quod peccatum originale, & vniuersa peccata actualia in baptismo remittuntur: non solum vt non imputentur in gratiam Christi ad supplicium, verum etiam vt tollatur omnis deformitas culpæ, omnis macula, & culpæ ratio, omnisque reatus & dignitas supplicium sustinendi: & similis sit remissio in penitentia perfecta dicente Propheta Dauid: Lauabis me, & super niuem dealbabor: & Esaiæ primo cap. Si fuerint peccata vestra sicut coccinum, sicut nix dealbabitur: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt: & apud alium prophetam testatur Dominus, quod non recordabitur iniquitatum impij, qui se à peccatis auerterit. Tollit enim remissio peccati in baptismo & perfecta penitentia, quicquid mali per peccatum accessit in anima: remissio enim peccatorum maior est & perfectior, ampliusq; completitur, quam peccata ad supplicium non imputari: sicut maius est iustificari, quam peccata non imputari, de quo Oecumenius & Theophilactus circa locum Apost. ad Rom. 4. quemadmodum & Dauid beatificationem hominis dicit, cui Deus imputat iustitiam absque operibus, beati quorum remissa sunt iniquitates. Videtur, inquit Oecumenius, alienum quodammodo testimonium. Neque enim habet, Beatus cui fides ad iustitiam absque operibus imputatur, atramentum est admodum conueniens. Nam si beatus est cui peccata secundum gratiam remissa sunt, terq; quaterq; certè beatus est, quem Deus secundum gratiam iustificauit. Non autem potest peccatorum fieri remissio sine iustificatione, cum per peccatum iustitia & gratia amittatur: & ideo non perfecta fit eius remissio, quousque non fuerint reparata.

Septima: Peccatum originale non est peccatum illud, quo Adam per inobediētiā transgressus est pactum Domini: hoc enim transfundi non potest, cum fuerit actus Adæ personalis: sunt enim actiones suppositorum: & ideo eius personam excedere non potuit, nec in posterum transfundi, nisi secundum suos effectus, carentiam videlicet gratiæ Dei, iustitiæ originalis, & aliorum beneficiorum, quæ pro se & tota posteritate accepit, nec magis transgressio hæc secundum se, & id quod erat, transfundi poterat, quam proximorum parentum peccata: dicimur tamen illa transgressione esse præuicari, sed in Adam solum, non in nobis ipsis, & hoc sensu quod hæc transgressio inobediētiæ Adæ nobis imputatur, nõ solum ad supplicium, sed & ad culpam: non quidem quod hæc transgressio sit peccatum nostrum, à quo formaliter sumus & dicamur peccatores, quamvis denominatione extrinseca, prout intelligere videtur Ambrosius Catharinus, & Albertus Pighius: sed quia per eam, vt supplicio sumus obnoxij, ita & culpæ, per quam sumus intrinsicè peccatores. Dicit enim Apostolus, Per inobediētiā vnus hominis peccatores constitutos esse multos, sicut per vnus obedientiam

iusti constituuntur multi: iusti autem constituuntur intrinsecè per spiritum iustitiæ inhabitantem.

Octava: sicut Adam ex sua prævaricatione factus est peccator, & in multas venit calamitates, ita & nos ex eadem & per eandem nascimur, nõ solum miseri, carentes iustitia originali, rectitudine ac ordine virium animæ: sed & peccatores & rei æternæ damnationis per eorundem absentiam, sic quòd carentia ista nõ solum pœna & effectus peccati est, sed etiam culpa & peccatum: nõ quo peccamus, sed quo formaliter sumus peccatores.

Nona: Quemadmodum Adam factus est peccator, & Dei inimicus, ex eo quòd peccando habitualiter à Deo est auersus, eum fontem aquæ viæ relinquendo, & se conuertendo ad creaturam vxorem suam, & fructum vitium: ita & nos nascimur peccatores, quia habitualiter à Deo nascimur auersi, & ad commoda nostra & bonum commutabile propensi. Consistit autem hæc auersio in Adam, & in nobis in iustitiæ huius & gratiæ carentia. Non enim Adam positivè & formaliter per Dei tãquam finis refutationem ab eo est auersus, sed ex consequenti ad creaturam se conuertendo, quam conuersionem secuta est gratiæ & iustitiæ originalis priuatio, & ita à Deo auersio: Et quia pro se & posteritate acceperat gratiam & iustitiam, eius carentia ex peccato profecta, peccatorem constituit eum, in quantum eius persona per eum ordinata erat, constituit & peccatores vniuersos eius filios, in quibus tamen carentia ista prior natura est conuersione & pronitate ad malum. Nã ad iustitiæ priuationem vires hominis ordine ad bonum virtutis destituntur, & sic destitutæ ad malum sunt pronæ.

Decima propositio: Quamuis non solum per Adam, sed & per parentes proximos transfundatur peccatum originale, cum naturam corruptam in filios traducant, ex sola tamen Adæ inobedientia naturæ corruptio, siue iustitiæ carentia constituit nos peccatores, & rationem habet culpæ siue peccati, & non ex aliquo parente proximo, in quibus personales sunt gratia & iustitia, quam in baptismo & penitentiâ suscipiunt, & ita in posteros transfundi non possunt: rectè enim B. Thom. scribit 12. quaest. 81. artic. 2. ad 3. argumentum, quòd solum primum Adæ peccatum naturam humanam corrumpit corruptione ad naturam pertinente, hoc est, ad vniuersam eius posteritatem, eum videlicet iustitiæ tollendo, quòd non Adæ tantum, sed toti naturæ humanæ ex eo propagandæ saltem virtualiter erat datum: alia, inquit, peccata nostram naturam corrumpunt, sed corruptione ad solam personam pertinente, propter quod in filios transfundi non possunt: nulli enim nunc nec post Adam data est iustitia, vel quoduis aliud donum ad salutem conducens, nisi pro eius persona tantum: & ideo alia peccata post primum Adæ præuaricationem, sicut transfundi non possunt secundum actiones in quibus consistunt, ita nec maculare possunt, immundos aut iniustos facere eos quos generant, vt sic propriè post primum Adæ inobedientiam verificetur, iustitia iusti super ipsum: & Iniquitas impij sui per eum: & Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: quòd de solo Adæ peccato verum non erat, & ideo iniqua erat Iudæorum de patrum suorum peccatis querimonia, quòd comedissent vnam acerbam, & dentes eorum stupefcerent. Impossibile enim est, vt dicit Beatus Thomas, quòd aliud peccatum, quàm primum Adæ transfundatur: & ideo si in naturalibus Adam fuisset creatus, vel gratiam sicut modò nos omnes, pro sua tantum persona accepisset, nullum potuisset in filios transfundere peccatum. Oportet igitur peccatum originale consistere in defectu proprietatis naturalis: & quia sola gratia, iustitia, siue rectitudo hominis erat hoc modo naturalis, quòd naturæ Adæ, hoc est toti eius posteritati in eo data erat, necessarium est quod in eius priuatione aut carètia, prout tamen ex peccato inest, & his quæ eam sequuntur in viribus animæ virtutis & vicij capacibus, originale consistat peccatum: quòd & docet Concilium Arausicanum, & post ipsum Tridentinum, dum interpretatur peccatum originis esse mortem animæ, quam certum est fieri ex priuatione vitæ, & ita ex carentia gratiæ, quæ per spiritum inhabitantem cõcessa, animæ est vita. Et quamuis carètia gratiæ, sicut & concupiscentia & viriũ hominis corruptio secundum se, & vt in parulo, considerare, nullam vt diximus habere possint peccati rationem: si tamen referantur ad Adæ transgressionem quam sequuntur, peccati rationem habent, & peccata dici possunt. Ex cuius inaduertentiã natus est error Ambrosij Chetani & Alberti Pighij, si tamen error dicendus est, & non potius inconsideratio, quòd solum peccatũ transgressionis Adæ originale est peccatũ, quòd nascendo secundum eos cõtrahimus: non transfusione, sed extrinseca tantũ denominatione: quòd quæ nihil est in parulo recenter nato, quòd odit Deus, vel ratione possit habere peccati. Considerant enim iustitiæ

Thomas.

Concilium  
Arausicanum.

iustitiæ carentiam, concupiscentiam, & alia quæ illam sequuntur, solum in relatione ad nascentes: secundum quam nec pœnæ, nec culpæ rationem habere possunt, prout superius ostendimus docuisse etiam B. Thomam. Et solum considerauerunt rationem peccati, secundum quam dicimur peccare & legem transgredi: non eam secundum quam dicimur peccatores, de quo diximus etiam superius.

Vndecima propositio: Non est eadem peccati ratio qua dicimur peccare, & ea à qua dicimur peccatores: à legis enim transgressionem, sumus peccantes, non peccatores propriè formaliter, sed casualiter tantum. Nam legis transgressio peccatores facit, & ideo peccatum originale per quod nascimur peccatores, sicut non est actio, ita nec alicuius legis transgressio: quamuis sit deuiatio à lege secundum quam ad Dei imaginem homo institutus est & creatus. Sed quia hæc lex, regula est, & ratio in mente diuina, secundum quam hominem condidit, non est directiua vitæ & actionum eius: quapropter non obligat, nec constituit ab ea deuiantem peccatorem. Et B. Augustinus dicens 16. de ciuitate Dei, cap. 27. Quòd paruuli non propriè, sed originaliter nascuntur peccatores, vt in eis etiam verum sit, præuaricatores æstimari omnes peccatores terræ, quòd quæ omnes legis alicuius præuaricatae sunt rei, qui aliquo peccato tenentur obstricti, intelligit eos præuaricatores esse & transgressos legem siue testamentum Dei, Adæ datum in paradiso: sed transgressos non in se, sed in Adam, dicente Apostolo: In quo Adam scilicet omnes peccauerunt, & non docet originale peccatum esse transgressionem alicuius legis, sed in parulo contrahi, quia in Adam peccauit: quapropter dicit non esse sine præuaricatione, quam est secutum, Deuiatio tamen à regula siue lege, secundum quam ad imaginem suam Deus hominem creauit, constituit vitium naturæ, & non peccatum ad supplicium imputabile, nisi in quantum voluntaria est, & tunc solum ad illud supplicium, quòd excludisset iustitia vel donum secundum quod ab institutione declinat & deficit. Et sicut in Adam nullus habitus positiuus, nec qualitas aliqua secuta est eius transgressionem & iustitiæ carentiam: ita nec nobis quando nascendo originale peccatum contrahimus, & si Adæ transgressionem qualitas aliqua positiua fuisset sequuta, personalis fuisset sequuta, personalis fuisset, nec potuisset transfundi, sicut nec viciosa qualitates proximorum parentum, & sola iustitia originali sublata quæque vires ad propria habiles & pronæ feruntur, sicut fera bestia sublato & soluto freno quo arcebantur, nec opus est aliqua qualitate impellente ad illicita desideria in nobis, sicut nec in huiusmodi bestiis, & difficile est intelligere vnam aliquam qualitatem ad diuersa desideria in omni vitiorum genere inclinare, & ideo superuacanea esset, nec vlla eius causa assignari posset, nisi Deus, quo autore nemo fit deterior.

Duodecima: Quemadmodum iustitia originalis, primò mentem, totumque hominem Deo subijciebat, & deinde voluntatem, omnesque vires inferiores ordinabat ad bonum virtutis, ita ea ablata mens tota totusque homo à Deo, eiusque obedientia auersus est, & voluntas ac reliquæ vires ordine suo destitutæ ad sibi propria ac commoda factæ sunt habiles & propensæ: & ideo peccatum originis primò consistit in gratiæ ac subiectionis carentia, & deinde in voluntatis ad sui amorem, omneque malum pronitate, & reuerti loco in virium inferiorum facilitate & procliuitate ad sibi commoda, quæ duo posteriora peccati rationem habere non possunt, nisi à carentia gratiæ gratum facientis & subiectionis erga Deum, siue ab eo auersione habituali, in quantum scilicet hanc sequuntur ex Adæ peccato contracta: gratia autem restituta peccati rationem habere non possunt, nec ipsius quidem iustitiæ originalis carentia ex ea parte qua ab hac gratia differebat, hoc est, vt partem sensitiuam in ordine continebat, sicut nec iustitia hac parte sine gratia propriè virtus erat. Perdita autem iterum hac gratia baptismali, quamuis sint cum gratiæ carentia, nec tamen sunt, nec denominari possunt peccata, quamuis ex Adæ peccato nata sint, eo quòd non cum illa carentia quæ ex eius peccato, sed proprio secuta est, maneant. Rationem autem peccati solum habent in quantum sunt cum carentia gratiæ ex Adæ peccato secuta.

Decima tertia Propositio. Ex dictis patet, quòd erronea est sententia Ioannis Caluini, quòd peccatum originale consistit in qualitate positiua, accedente & inflammante ad omne malum: ita enim ait in sua institutione, ca. de Baptismo: Hæc, inquit, peruersitas, nunquam in nobis cessat, sed nouos assidue fructus parit, ea scilicet, quæ antè descriptimus, opera carnis, nõ secus atque incensus formæ flammæ & scintillas perpetuo efflat, aut scaturigo aquam sine fine egerit: restatur enim & docet contrarium B. Aug. lib. 6. cõtra Iulian. Inest, ait, homini malum, etiam præter istum actum, id est, præter hunc mortem,

August. lib. 6  
contra Iulian.

unde scilicet surgit hic motus, quem motum dicimus desiderium. Declarat enim concupiscentiam actu manere in baptizatis, quia manet secundum mala desideria, quæ commouet. Non enim, inquit, semper est desiderium contra quod pugnemus: sed si tunc non est, quando non occurrit quod concupiscatur, siue animo cogitantis, siue sensibus corporis, fieri potest ut insit qualitas mala, sed nulla sit tentatione commota: sicut inest timiditas homini timido, & quando non timer. Cum verò occurrit quod concupiscatur, nec desideria mala nobis etiam nolentibus commouentur, sanitas plena est. Vocat autem concupiscentiam, qualitatem malam, quia per modum qualitatis se habet: de quo B. Thomas, quaest. 82. artic. 1. Hic docet beatus Augustinus non semper esse desiderium contra quod pugnemus, quando scilicet non occurrit quod concupiscatur. Non igitur esse potest peccatum originale, siue concupiscentia quasi incensus fornax, qui flammam & scintillas perpetuo efflat. Aptior est comparatio, quam facit B. Anselmus, cap. 5. De conceptu virginali. Nam quemadmodum, ait, indomita fera ruptis vinculis, discurrendo sauit: & cum nauis, si gubernator dimisso gubernaculo dimittit eam ventis & motibus maris, vagatur & inuehitur in quælibet pericula, dicimus, quia hoc facit absentia catenæ vel gubernaculi, quoniam si adesset, facerent ne sauiret fera, aut periret nauis. Ita cum malus homo sauit, & in quælibet animæ suæ pericula impellitur: clamamus, quia hoc operatur iniustitia, non quod ipsa vlla essentia sit, aut faciat aliquid: sed quoniam voluntas, cui subditi sunt omnes voluntarij motus totius hominis, absente iustitia diuersis appetitibus impulsâ, se & omnia sibi subdita, in multimoda mala leuis & effrenata, & sine rectore præcipitat: quod totum iustitia, si adesset, prohiberet ne fieret. Nam etsi pronitatem concupiscendi eiusq; desideria qualitas habitualis ad malum inclinans sequi possit, quia tamen nasceretur ex huiusmodi actibus, personalis esset, nec posset transfundi. Ex quibus omnibus patet omnium peccatorum etiam venialium, ut etiam superius diximus, minimum esse peccatum originale, minimumq; habere culpabilitatis, nec eadem ratione dici peccatum, quia peccata alia, ut dicit beatus Thomas in questionibus de malo materia 4. quaest. 2. ad 4. argumentum. Ex quo infert Ioannes Capreolus eius defensor, quòd hoc peccatum non vniuoce, sed multum æquiuoce dicitur peccatum cum peccatis actualibus, cum ratio peccati propriè consistat in deordinatione actus, non naturæ nec agentis.

**D**E concupiscentia, quæ est peccatum originale, vel potius eius effectus, fit hæc prima propositio.

Quamuis secundum usum sacrarum scripturarum & rationem nominis, concupiscentia sit bonarum æquè ac malarum rerum appetitus, libido tamen in homine semper mala est. Nam concupiscentia secundum Aristotelem in primo lib. Rhetoricorum, est appetitus siue desiderium delectabilis: delectamur autem in bono & malo, turpi & inhonesto, sicuti & vtraque amamus: & appetitus sensitivus in irascibilem distinguitur & concupiscibilem. quarum concupiscentiarum passiones quædam sunt laudabiles, alia vituperantur. Sapiens enim dicit, Quòd concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Et Propheta: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Et Apostolus Paulus: Spiritus concupiscit aduersus carnem: quas concupiscentias certum est bonas esse: frequentius tamen scriptura sacra atque Doctores ecclesiastici in malam partem hoc nomine vtiuntur: quod cognosci poterit ex circumstantiis, vel adiectione rerum de quibus est concupiscentia: ut B. Ioannes in prima epistola: Omne quòd est in mundo, ait, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: quæ est concupiscentia honoris & gloriæ: de qua in genere dicit, quòd non est ex patre, sed ex mundo, qui transibit & concupiscentia eius. Et Iacobus Apostolus: Vniquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum. Et beatus Petrus: Fugientes, inquit, eius quæ in mundo est concupiscentia corruptionem. Et beatus Paulus subindicat aliquam concupiscentiam bonam esse, quando iubet mortificare libidinem & concupiscentiam malam. De libidine autem docet beatus Augustinus de malis tantum dici, ait enim contra Pelagianos, lib. 4. Hypognost. Sine dabo à libendo, hoc est, à libitu, libido est nuncupata, sed non omne quod liber, libido est, in bono enim libitum, libido dici non potest, sed voluntas de ratione exoriens: in malo verò libitu, non voluntas, sed voluptas est, quam fecit transgrediens protoplasti voluntas. Differt & hoc libido à concupiscentia, quod est amor ad reuerentiam, & priuatus, siue voluntas propria, qua amamus aliud à Deo irreferibiliter ad eum, & bonum virtutis: quam voluntatem sequitur concupiscentia siue desiderium:

& in

Anselmus de concept. virg. cap. 5.

B. Thomas.

Quid concupiscentia.

Sap. 6. Psal. 118. Galat. 5.

1. Ioan. 1.

Iacob. 1.

2. Petr. 1. Coloß. 3.

Augustinus.

Differt pretere rea libido à concupiscentia

& in hoc conueniunt, quòd ambo sunt circa obiecta sensibilia & spiritalia: Quamuis vt dicit B. Augustinus lib. 14. de ciuitate Dei. Cum multarum sint libidines rerum, tamè cum libido dicitur, neque cuius rei sit additur, non solet animo occurrere, nisi illa qua obsecnæ partes corporis excitantur, cum tamen sit generale vocabulum omnis cupiditatis. Nam & ipsam iram nihil aliud esse quàm vlciscendi libidinem, veteres appellauerunt. Est igitur libido vlciscendi, quæ ira dicitur: est libido habendi pecuniam, quæ auaritia: est & gloriandi, quæ iactantia nuncupatur. Multæ sunt variæque libidines, quarum multæ etiam habent vocabula propria, quædam autem non habent. Omnis autem libido est amor creaturæ in ea quiescens, siue sit corporalis, siue spiritalis, in Dei dono faciens delectari, & largitoris obliuisci.

Secunda propositio: Secundum Aristotelem in primo libro Rhetoricorum & in 3. Ethicorum: Quædam concupiscentia est naturalis de bono scilicet secundum sensum conueniente, per quod natura corporis sustentatur per conseruationem indiuidui: quales sunt cibi, potus, & huiusmodi: siue per conseruationem speciei: & alia innaturalis, quæ est de eo quod per imaginationem vel intellectum apprehenditur esse bonum, quamuis naturæ corporis non conueniat, iudicat enim plerumque ratio bona, quæ sensus refugit, aut quæ eum superant: imò & alia quæ simpliciter homini sunt mala, cuius generis sunt honor, gloria, diuitiæ, virtus, sapientia. De qua duplici concupiscentia tractat beatus Thomas 12. q. 36. & q. 77. explicans sententiam B. Ioannis: Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, quam Aristoteles naturalem vocat: & concupiscentia oculorum, quæ est secundum apprehensionem boni delectabilis, & pertinentis propriè ad concupiscibilem: & superbia vitæ, quæ est concupiscentia honoris & gloriæ, & boni ardui, circa quod est virtus irascibilis, eam extendendo: sicut & concupiscibilem ad mentem & voluntatem.

Tertia propositio: Concupiscentia quæ secuta est peccatum Adæ, & ab omnibus eius filijs contrahitur, est immoderatus appetitus delectabilis, hoc est, qui nascitur ex libidine siue amore sui priuato, in se quiescendo, siue secundum sensum, siue voluntatem. Hæc enim rationis imperium præuenit, & eius serenitatem obnubilat. Nam cum mens nostra se iungit desiderio carnis, infirma inquit B. Ambr. redditur & languida, spiritualem perdit vigorem, suumque patitur interitum, stimulat etiam & sollicitat aduersus dominatum mentis. Et ideo secundum Augustinum lib. 4. contra Iulianum cap. 5. Concupiscentia siue libido in peccatoribus mala non est, quia in eis non potest esse sapientiæ concupiscentia: neque enim est in brutis vlla natura superior, quæ est ex carnis voluptate aut obnubilatur, aut naturalem suam perdit vigorem: & ideo secundum eam, caro in eis non concupiscit aduersus spiritum, cum non habeant rationem, qua Deo conditori suo vacent, obediunt, & libidem aut illicitam diiudicent. Vnde & super Psal. 103. Dicit homini esse culpam, quod equo est natura: non conturbat in eo voluptas, neque obtenebrat vim vllam. In homine autem præter vim sensibilem rationalis est animus, ad Dei imaginem conditus, qui capax est sui creatoris & præcepti.

Quarta propositio: Hanc concupiscentiam distinguit B. Ioannes in concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, quæ secundum Augustinum in 10. li. confes. est concupiscentia visionis, quæ fit per oculos: refert enim eam ad curiositatem: ab alijs tamen refertur ad cupiditatem rerum, quæ exterius oculis proponuntur: qualis est pecunia, & ornatus vestium, & huiusmodi: & in superbiam vitæ, quæ est inordinatus appetitus, siue concupiscentia excellentiæ. Ad quæ tria reducuntur omnes passiones, quæ sunt causa peccati. Passiones concupiscibilis ad duo priora, & omnes passiones irascibilis ad tertium.

Quinta: Quamuis Beatus Augustinus in libris contra Pelagianos, videatur definire concupiscentiam carnis circa venerea, esse peccatum originale, quod in posteritate Adæ traducitur: sicut eum reuera sensisse scribit Gregorius de Arimino circa distinctione 302. verisimilius tamen est, quòd concupiscentia in genere, quæ sequitur priuatum & proprium nostri amorem, sit peccatum originale, & eum hoc sensisse. Omnem enim hanc concupiscentiam etiam oculorum, excellentiæ, & bonorum spiritalium ex Adæ peccato contrahimus. Et ipse in hypognostico docet totum hominem omnemq; eius vires esse corruptas, & ex infirmitate per originem contracta, nos non videre quæ agenda sunt: & si videmus, non delectari: & vires deesse ad implendum quod bonum esse intelligimus. Nec de sola carnis concupiscentia, verum est quod dicit Apostolus Paulus: Non quod volo bonum hoc ago: sed quòd odi malum, illud facio: & Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non intueno. Inuiti enim in orationibus distrahimur, & præoccupamur motibus super-

Augustinus cap. 16.

B. Thomas.

A. Ambr.

Quare concupiscentia in brutis non sit mala.

Gregorius de Arimino.

Rom. 7.

bix, inuidia, & aliarum passionum. Loquitur tamen plerumque B. August. quasi sola concupiscentia carnalis peccatum esset originale. Nam lib. 1. de peccatorum meritis & remissione, cap. 9. affirmat peccatum originale concupiscentiam in concupiscentia genitum ab Adam, qui ea velut tabe quadam infecerit omnes à stirpe sua genitos, similiter cap. 39. & cap. 4. lib. 2. Nam perpetuo loquitur de concupiscentia carnis, non rationis aut voluntatis: de ea inquit, quæ in carne nostra est, aut conspersa, aut in innata, quam dicit legem membrorum repugnantem legi mentis, & manere in membris corporis mortis huius, & habitare in carne nostra. & sæpè interpretatur carnem concupiscere aduersus spiritum, quia anima per carnem concupiscit: quemadmodum dictum est, Auris audit, & oculus videt. Quis enim nescit quod anima potius et per aurem audiat, & per oculum videat, lib. 10. de Genesi ad literam cap. 12. Quam opinionem sequitur Gregorius, & eam probat ex eo quod sola hæc concupiscentia à quolibet homine ex conceptione contrahitur, nulla autem alia, nec concupiscentia diuitiarum, excellentiæ, aut rei alterius. Huic etiam, inquit, attestatur, quod in his membris singulariter post transgressionem parentum indecens motus apparuit. De quo Beatus Augustinus 14. lib. de ciuit. Dei, cap. 16. & 19. Sed priori argumento respondetur, quod fortassis per frigiditatem naturæ inueniantur, qui ab hac concupiscentia venerea sunt immunes & alieni. Et ad secundum dicitur, quod magis locutus est aduersus Pelagianos de hac concupiscentia, non quod sola sit peccatum originale, sed quod importunior & violentior ac manifestior est hic eius effectus. Inter omnes enim concupiscentias fortior, vehementior, ac frequentior est ea quæ consistit in coitu: vt ad opus illud perficiendum plus potestatis habeat libido, quam ratio, vt docet beatus Augustinus lib. 14. de ciuit. Dei. Et corrupta est magis vis generatiua, quam alia hominis vires per peccatum originale: vt docet etiam Hugo de sancto Victore li. 1. de sacramentis parte 8. cap. 13. quamuis prius infecerit voluntatem, quam alias potentias.

Augustinus.  
Ad prius argumentum re-  
sponso.  
Ad secundum  
responso.

Hugo de sancto  
Victore.

Sexta propositio: Concupiscentia hæc generalis priuatum consequens amorem, complectitur iram, inuidiam, & omnium virtutum animæ conuersionem inordinatam ad bonum commutabile: & ita passiones irascibilis & concupiscentis: inter quas concupiscentia vehementius mouet, & magis sentitur: & ideo ei tanquam principaliori, & in qua omnes alia passiones quodammodo includuntur, attribuitur, quod si peccatum originale: & etiam vltra passiones partis sensitivæ immoderatos voluntatis motus complectitur. Consistit enim peccatum originale in omnium virtutum defectu, irascibilis scilicet, concupiscentis, voluntatis, & rationis: sicut docent quatuor vulnera, secundum euangelium & interpretationem venerabilis Bedæ, animæ inflata.

Septima. Concupiscentia non est originale peccatum proprie vt est animæ affectio seu passio, sed vt est affectionalis qualitas: cum enim non sit actuale peccatum, non est actus siue motus animæ vel corporis: & rectius diceretur concupiscentia siue pronitas, vel habitus ad concupiscendum. Est enim vitium quod paruulum habilem facit ad concupiscendum adultum, etiam concupiscentem. Sicut in oculo cæci vitium cæcitatatis in nocte est, sed non apparet: neque discernitur inter cæcum & videntem, nisi luce veniente. Sic in puero vitium esse non apparet, donec tempus prouectioris ætatis occurrat, de quo August. lib. 6. contra Iulianum, ca. 7. Ego, inquit, tanquam valetudinem malam ex origine uerita, ingentium homini dico vitium, quo caro concupiscit aduersus spiritum. Et superius eodem cap. dicit affectionem esse malæ qualitatis, sicut est languor. Affectio, inquit, est timere, affectionalis qualitas timidum esse: sicut aliud est iratus, aliud iracundus: aliud ebrius, aliud ebriosus: illæ affectiones, istæ affectionales sunt qualitates. Et cap. sequenti: Inesse potest qualitas mala concupiscendi, quando nulla tentatione commouetur, sicut inest homini timido timiditas, etiam quando non timet.

August. contra  
Iulianum.

Octaua. Quamuis diuersæ sint in nobis, vt diximus, ad malum pronitates, & secundum complexionem diuersitatem in hominibus variæ: vnicuique tamen sunt peccatum originale, quod eas omnes complectitur, nec maius in ratione peccati in vno homine, quam in alio, eod quod culpæ rationem non habent, nisi à carentia originalis iustitiæ ad peccatum Adæ relata. Hac enim remota, sub qua ordine quodam omnes vires continentantur, vnaquæque tendit in proprium suum motum, & tanto vehementius, quanto fuerit fortior. Contingit autem esse fortiores in vno quam in alio, propter diuersas corporum complexionem. Non igitur est ex ratione peccati originalis, quod vnus sit altero prior ad concupiscendum, vel irascendum, sed ex diuersa potentiarum dispositione. Ex quo discimus hanc concupiscentiam ex Adam contractam, non esse ex sua ratione peccatum seu culpam: tunc enim maior esset culpa, vbi est fortior & maior. Non magis autem culpabilis

Alius alio  
ad concupiscen-  
dum procliuor  
non ex ratione  
peccati origi-  
nalis.

bilis nascitur vnus præ alio, quamuis inferior, & maioribus obnoxius vitij. Nam maioris naturæ vitium est, vbi est maior ad concupiscendum pronitas.

Nona. Sicut mors, morbus, fitis, & fames sunt in nobis à Deo vindicante peccatum, non iustitiam naturam, ita & concupiscentia siue libido quæ est peccatum originale, secundum quam distinctionem vtrumque verum est. Deus enim, inquit Sapiens, mortem non fecit, & vita ac mors à Domino Deo est: non enim condidit naturam humanam, quæ haberet moriendi necessitatem, sed talem vt semper viuere posset in pace & tranquillitate, sed quia humanæ voluntati Deum deserenti mors inflata est, ipsa est à Deo eius inobedientiam vindicante: rebellio autem & concupiscentia secuta sunt ablationem iustitiæ originalis: quam certum est à Deo factam esse in vindictam peccati, sicut nobis peccantibus tollitur gratia & virtutes. Et ideo B. Iob apud Deum conqueritur: *Quare me possiisti contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum grauis: quod exponens B. Gregorius: Tunc, inquit, Deus sibi contrarium hominem posuit, cum homo peccando Deum dereliquit. Et venerabilis Beda exponens locum Ioannis de concupiscentia, quod non est ex patre, sed ex mundo, dicit quod pugna vitiorum non est nobis ex Deo patre & condito re naturaliter inserta, sed mundi huius amore, quem creatori prætulimus, nobis accidisse probatur. Quod declarans beatus Thomas in 2. Sententiarum, distinct. 23. dicit quod in infectione originalis peccati est considerate rationem culpæ & pœnæ: culpæ rationem habet in quantum ex inordinata voluntate primi parentis est consecuta. Et hac consideratione, sicut actuale ipsius Adæ peccatum, per quod voluntas eius deordinata est, non habet Deum authorem: ita nec ab ipso est totus defectus consequens, secundum quod culpæ rationem habet. Si autem consideretur secundum quod deficit ab aliqua perfectione, sic pœna est: cuius causa est Deus, non per inflictionem alicuius contrarij afflictionis vel corruptentis, sed per subtractionem gratiæ, quam fuerat largitus. Et huiusmodi pœnæ à Deo sunt, non sicut ab agente aliquid, sed potius sicut à non influente perfectione. Quemadmodum enim iustitia homini misericorditer à Deo data est, ita ei peccati in pœnam est ablata: sicut nunc nobis peccantibus relinquit nos spiritus Christi, suamque gratiam tollit. Est igitur hæc concupiscentia à Deo, vt remouente prohibens, hoc est tollente eius impedimentum: sicut frangens trabem, causa est descensus corporis gratis quod illa sustinebat. Remota enim, vt diximus iustitia, quæ omnia in homine pacabat, sibiipsis relictae sunt vires, & quæque ad suum, non hominis, commodum & bonum feruntur. Per se autem huius principium & causa est natura hominis, & iustitiæ carētia, quod concupiscentia inordinata est, & contra mentis dominatum mouetur: sicut certum est de eius moribus, quod ab animæ viribus progrediuntur, eod quod sunt earum appetitiones & effectus, quæ moueri non possunt, nec appetere, nisi à Deo moueantur. Et ita sicut hi motus, sic & concupiscentia à Deo est: sed quod inordinatè mouentur, rationi reluctantes, à vitio naturæ est, non à natura, nisi vt destituta & orbata est iustitia. Sicut ruptis vinculis, suis viribus feræ faciunt. Ex quibus patet quod modo quodam hæc concupiscentia à Deo non est, videlicet vt peccatum est, & ad Adæ transgressionem habet relationem: & quod ab eo est, vt spoliante propter inobedientiam iustitia, quæ rebellionem impediēbat, & etiam concupiscentia à Deo est, in quantum, vt diximus, naturam hominis sequitur, nec ab eo mali motus & appetitiones proficiunt, nisi Deo operante. Quod autem immoderatè vel contra spiritum mouentur à Deo, non est nisi vt peccatum vindicante. Habitualis autem concupiscentia tota est à Deo, contrarietatem appetituum in homine sequens, quos à Deo accepit. Ex quibus consequenter manifestum est, quid in ea & eius motibus Deo placeat, quid displiceat, & quid in eis odiat. Nihil enim odit eorum quæ fecit, sed diligit vniuersa: solus autem impius, & impietas sunt ei abominabiles. Rectissime igitur definiuit Concilium Tridentinum, quod in renatis, qui ex domo prioris patris, in aliam familiam & corpus Christi sunt translati, nihil est quod odit Deus, nec hanc quidem concupiscentiam, quæ per baptismum peccatum & culpa esse desist.*

Tob. 7.  
Gregorius.

Thomas.

Quo pacto concupiscentia est à Deo.

### Articulus tertius.

*Pœnitentia sacramentum, quod post baptismum omnibus relapsis est ad salutem necessarium, complectitur Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem.*



Ominatur hoc Sacramentum à pœnitentia, tum quia consistit in actibus pœnitentiæ, vt docet Concilium Florentinum, sicut baptismus in lotionem. Complectitur enim, vt dicit Articulus, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, qui sunt actus pœnitentiæ, quando ordinatur ad placandum Deum, & delenda peccata: tum quod solis quos peccatorum suorum pœnitet administrari potest: & alijs exhibitum, non solus effectum non habet, sed nec ratione sacramenti, quod ei peculiare est. Baptismus enim per se non requirit veteris vitæ pœnitentiam, vt de paruulis manifestum est, & de adultis qui nullum admiserunt peccatum actuale: & si admissum est peccatum etiam mortale, ab impœnitente susceptus, verè sacramentum est, & ad salutem valere incipit, cum fictio veraci confessione recesserit, vt docet B. August. lib. 1. de baptismo contra Donatist. ca. 12. & li. 3. ca. 13. Est autem pœnitentia secundum usum Latini sermonis, displicentia & improbatio eius quod fecimus, nostræque factum est consilio aut voluntate: quæ si efficaç est, in effectum faceret si posset, quod fecimus: quod cum fieri nequeat, impedit ne fiat quod iustum est, & destruit quod ex facto aut iussu est secutum, studetque omnia in integrum & priorè statum reponere. Hæc enim est conditio voluntatis efficacis & pœnitentiæ operatoriæ. Pœnitentia igitur de peccato, ad quam peccatores hortatur scriptura, est huiusmodi displicentia & improbatio peccati, hoc est eius, quod male egimus contra legem Dei, cum proposito et studio destruendi ipsum, & totum quod ex eo est secutum. Et est initium ac principium aliarum partium vel dispositionum quas hoc sacramentum complectitur. Nam qui efficaciter odit peccatum, ipsum destruere, & Deum placare studet, atque ideo media amplectitur, quæ diuinitus ad hunc finem sunt constituta. Ea autem hoc tempore noui testamenti sunt Confessio & Satisfactio. Nam alia ordinata erant tempore legis, vt patet Leuit. 3. & 4. Eadem enim virtus pœnitentiæ diuersa imperat media, quibus peccata & eorum affectus abolerentur pro temporum diuersitate, sicut temperantia eadem nunc imperat cibo vti, à quo postea vult abstineri.

*Quid pœnitentiæ.*

*Pœnitentia est donum Dei.*

*Act. 3. Act. 26.*

*Sap. 5. 2. Machab. 9.*

*2. ad Corin. 7. cap.*

*Hierem. 2. ca.*

Est autem scriptura hanc pœnitentiam esse donum Dei: Act. 11. Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. & 2. ad Thim. 2. Ne quando Deus det illis pœnitentiam, & c. & Hier. 31. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum: Conuerte me, & conuertar. Et quamuis pœnitentia que est ad vitam & salutaris, fit cum fide & Dei amore: dubium tamen est apud doctores, an fidem & Dei amore includat, siue ad ipsum conuersionem. Nam scriptura Act. 3. ea ab inuicè distinguere videtur: Pœnitementini, inquit, & conuertimi, vt deleantur peccata vestra. & Act. 26. ait Paulus: Annunciabam vt pœnitentiã agerent, & conuertererunt ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. Et alio loco docet damnatos in inferno pœnitentiam agere: & similiter Anthiochum regem, Nec nominis significatio aliud habet, quam quod displiceat quod factum est, id quod multis modis variâque ratione, & ob diuersa motiua contingere potest. Et Paulus à fide pœnitentiam distinguens, prædicabat in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum. Ait tamen 2. ad Corint. 7. quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Et hinc nascuntur quæstiones, an in pœnitentia ad quam hortantur scripturæ, peccati odium esse debeat propter Dei offensam, & ex eius amore atque ex fide: an verò sufficiat cognitio naturalis, & si ex eius amore, an tanquam super omnia amati, an sufficiat odium peccati, & ita eius pœnitentia, quia malum est & malè actum, an quia contra Dei legem, aut in eius irreuerentiam est admissum: ad quæ naturalis cognitio sufficit: an propter metum gehennæ & amissam beatitudinem sufficiat pœnitentia: de quibus tractabitur articulo sequenti. Quando autem in scripturis pœnitentia dicitur respicientia, à causa fit denominatio. Nam mutato iudicio practico, & improbatò eo quod prius fecimus, nascitur pœnitentia. Non igitur mirum si respicere dicatur mali facti sui penitens: omnis enim malus ignorat, & peccando errat: & sicut sapientia, ita & respicientia complectitur in sua ratione actum etiam affectus, penitenti enim amarum sapit peccatum: de quo Hierem. 2. ca. Scito & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum.

Pœnitent-

Pœnitentiam autem verè & propriè esse Sacramentum, hoc est signum sensibile ex Christi institutione efficacis gratiæ: manifestè ostendunt verba domini, Ioannis 20. ad discipulos: Sicut misit me pater, & ego mitto vos: quo dicto insufflauit & dixit eis: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Instituitur enim à Christo in his verbis signum sensibile, cum remissionis siue absolutionis sententia voce pronuncietur, & gratiæ promissionem habet verba. Remittuntur eis: incessabiliter enim, inquit B. Leo in epist. ad Theodorum episcopum Foriuliensem, & semper interuenit suo operi Christus, nec vnquam his abest, quæ ministris suis exequenda commisit. & B. Cyprianus in sermone de baptismo Christi: totius bonitatis author manum apponit visibilibus sacramentis & consecrationibus. & li. 3. de dignitate sacerdotum. B. Chryl. Sententiã seruorum suorum Dominus ipse corroborat. Quod autem idem Cyprianus dicat dominum aliquando emendare seruorum suorum sententiam, epist. 2. quartæ lib. & epist. 3. primæ lib. quodque plerumque pax à non veris presbyteris verbis fallacibus prædicatur, intelligit quando suæ potestatis limites & commissionem excedunt, hoc est, quando non secundum spiritus sancti directionem & motionem absoluunt. De quibus & B. Hiero. in comment. super Matth. cap. 16. Istum, inquit, locum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Phariseorum sumunt supercilio, vt vel damnent innocentes vel soluere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaratur. Et si obijciatur quod verba absolutionis non habent ex Christi institutione significationem remissionis peccatorum, sed ex humana nominum impositione: Responderetur, quod ex Christi promissione vel ordinatione efficacem habent significationem, speculatiuam verò ex nominum impositione.

*Pœnitentia verè & propriè sacramentum*

*Leo ad Theodorum.*

*Hieronymus in Mat. ca. 16*

*Ad obiectionem responsio.*

Instituit autem his verbis Saluator etiam sacramentum Ordinis, quoad actum eius secundarium, qui consistit in remittendo & retinendo peccata, & sacramentum pœnitentiæ secundum eius partem formalem, quæ consistit in remittendo siue absolucndo à peccatis. Nec mirum videri debet, quando forma eius sacramenti in usu & exercitio potestatis ordinis consistit, à qua etiam dependet efficacitas & fructus eius. Retinere verò peccata ad potestatem ordinis magis pertinet quam ad sacramentum pœnitentiæ: cum sacramenta salutarem effectum operentur, & non animæ perniciosum. Manifestum igitur est, quod pœnitentia est sacramentum à Christo institutum pro relapsis post baptismum. Nam Notatiani ab Ecclesia iudicati sunt heretici, quia negabant potestatem remittendi peccata esse in ecclesia apud sacerdotes, & ita sacramentum pœnitentiæ. Ligabant enim penitentes quos nunquam à peccatis soluebant, sed ad Deum remittebant absolucdos. De quo D. Ambros. li. 1. de penitent. ca. 2. & 7. & li. 2. ca. 2. Impossibile, inquit, videbatur per penitentiam peccata dimitti: concessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab eis ad sacerdotum officia transmissum est: & factum est possibile, quod impossibile videbatur. Nec habent aduersarij quod hic respondeant, nisi corrumpant verba Saluatoris pro suo instituto: & clausæ ac remissionem peccatorum contra omnium maiorum sententiam & verborum proprietatè ad ministerium verbi referant, de quo alio loco dicemus. Nimis enim clara sunt verba Euangelij, quam vt hanc calumniã patiantur. Non enim habent: Quorum annunciaueritis per Euangelium peccata remissa: sed, Quorum remiseritis, remittuntur eis. Nam sicut filius hominis verè remisit peccata paralytico, & Mariæ Magdalenæ, vt sciatis, inquit, quod filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, & c. ita hanc transfudit eandem, vt ait B. Chryl. in sacerdotes, quos misit ipse, sicut miserat eum pater. Et B. Leo epist. 69. hanc Ecclesiæ præpositis tradidit potestatem, vt & contentibus actionem pœnitentiæ darent, & salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Et B. Cyprianus, & Hilarius, & post eos B. Bernard. in sermone 1. in die Apostolorum Petri & Pauli: & venerab. Hugo de S. Victore, li. 2. de Sacramento. parte 14. cap. 8. palam pronunciare audent, quod sententia Petri peccata remittentis præcedit sententiam in cælis: eò quod in cælis remittatur peccatum ob ministerium, quo Petrus hic in terris absoluit. Considerant enim non esse simpliciter dictum, Erunt soluta in cælis: sed quod interposita coniunctio Saluator ait: Erunt soluta & in cælis. Ratum enim habet Deus in cælis, quod per suum vicarium & officialem factum est in terris. Natura enim præcedit sententia sacerdotis absolutionem Dei in cælis. Est enim verus & proprius huius sacramenti effectus, vera peccatorum remissio, sicut & baptismi, prout definitum est in Concil. Florêt. Credimus autè vnum baptismum in remissionem peccatorum, & non in annuntiationem remissionis tantum, propter quod ex scripturis rectè docet B. Thom. 3. parte, quæst. 80. art. 4. ad secundum,

*Ambrosius. In absolucione autem huius sacramenti forma consistit.*

*30. li. de dignitate sacerdotum. Leo epist. 69. Cyprianus. Hilarius. Bernardus. Hugo.*

*Idem effectus baptismi & pœnitentiæ. Concilium Florentinum. Thomas.*

dum, quòd baptisimus & poenitentia sunt medicinae purgatoriae, quae dantur ad tollendam febrem peccati. Et q. 79. art. 3. ad secundum, quòd ad baptisimum non inconuenienter accedit, qui habet conscientiam peccati mortalis, eò quòd baptisimus habet rationem regenerationis, quae non supponit vinum: & lotionis, quae est ab immunditia. Et quia similiter sacramentum poenitentiae est peccatoris reconciliatio, & peccatorum remissio, prout ex hac sententia Domini Salvatoris, docet Card. Caietanus in Quorlibetis, non indignè ipsum suscipit, qui mortalis peccati sibi conficius est, de quo poenitet quidem, sed non iustificienter suo iudicio, vt remittatur, nisi virtute sacramenti. Talis enim sicut per baptisimum, ita & per sacramentum poenitentiae reconciliari potest. Et quamuis, vt docet B. Tho. 3. par. q. 84. art. 7. ad secundum, in veteri lege, & in lege naturae, aliquo modo erat sacramentum poenitentiae: & idem q. 86. art. 6. in fine: imò & alij, inter quos est Vvillhelmus de Rubione, docent distinctè. 14. 4. Sententiarum, tempore legis fuisse verè & propriè sacramentum poenitentiae, ad remissionem peccatorum actualium & mortalium institutum, eiusque ministrum fuisse solum summum sacerdotem, sicut & nunc tempore Euangelij. Et probant ex Apost. ad Heb. 10. vbi ait, quòd in secundo tabernaculo, quòd dicebatur, Sancta sanctorum, semel in anno solus Pontifex introibat, nò sine sanguine, quò offerret pro sua & populi ignorantia. Erat igitur, aiunt, hac oblatio signum sensibile ad remissionem culpae actualis diuinitus institutum. Et quòd in multis cum nostro poenitentiae sacramento conuenit, & ex opere operato remiserit peccata, ibidem declarat idem Vvillhelmus: at que hoc ipsum videtur Durando posse probari ex ca. 3. 4. & 5. Leuit. vbi dicitur, quòd oblatio sacrificio, sacerdos, inquit, orabit pro offerente & peccato eius, & dimittetur ex opere operato, modo poeniteat eum: Quamuis, inquam, in veteri lege ita fieret, sacerdotibus tamen euangelicis propria est potestas clauium, retinendi scilicet & dimittendi peccata, quae à passione Christi deriuatur: & ideo ante eam non conueniebat instituire, quòd peccator doleret de peccato, cum proposito subiiciendi se per confessionem & satisfactionem clauibus ecclesiae sub spe veniae, virtute passionis Christi. Propterea nec erat tempore legis potestas peccata remittendi. Retinere peccata ad sacramentum propriè, vt diximus, non pertinet, sed remittere tantum. Remittuntur autem virtute huius sacramenti peccata, quando adest dolor de peccato commissio, cum proposito non peccandi de cetero. Hic enim dolor regulariter non sufficit ad eorum remissionem, nisi adhibito sacramento. Nam esse potest sine Dei amore super omnia, & tanquam vltimi finis dilecti, qui tamen solus per se tollit peccata. Veruntamen huiusmodi de peccato dolor, ex Dei amore proficiscitur, cum ratio peccati maximè mortalis, secundum definitiones beatorum Amb. & August. consistat in praeruaricatione legis Dei, & recessu ab eo tanquam vltimo fine. Qui igitur per se odit peccatum, dolet de praeruaricatione legis Dei, & recessu à Deo, saltè virtualiter & implicite, Deum eiusque legem amat, quamuis non oporteat, quòd Deum tanquam finem vltimum amet, in quem se & omnia sua referat. Imò & potest quis Deum tanquam summum bonum diligere, còplacendo scilicet ei, & gratulando quòd sit summè bonus: & tamen non summè diligere, nec tanquam finem vltimum. Quando igitur fit argumentatio: Per solam contritionem dimittitur peccatum, secundum illud Psalm. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei. Et in Psalm. alio: Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Contritio autè praecedat absolutionem sacramenti tempore: cum sacerdos non debeat absoluerè, nisi quem existimat contritum. Nunquam igitur per absolutionem sacramentalem culpa remittitur. Hoc ipsum argumentum non minus habet apparentiae, quam si concluderetur, quòd in adultèto non remittitur peccatum virtute baptismi, quòd tamen in Symbolo Niceno confitemur esse in remissionem peccatorum. Respondendum est igitur, quòd non per solam contritionem, quae est dolor de peccatis ex Dei amore super omnia dilecti amore procedens, peccata remittuntur, verum etiam per sacramenta baptismi & poenitentiae simpliciter dolentibus de peccato commissio, cum proposito vitam emendandi, remittuntur. Et hic dolor siue odium peccati charitate formatur efficacia sacramenti. Nec sine contritione peccata tunc remittuntur, intelligendo nomine contritionis, dolore de peccatis charitate formatum, quamquam ex perfecto Dei amore non proficiscatur. Sed dices: Si dolor praecedes, sacramentum non est ex Dei amore super omnia dilecti, tunc aliquid supra Deum pro eo tempore diligitur à poenitente: qui autè amat, ait Saluator, patrem aut matrem plus quam me, non est dignus. Non est igitur sic dolens dispositus, vt per sacramentum iustificetur, & peccatorum accipiat remissionem. Cui respondetur, fieri posse, quòd poenitens nec Deum tanquam vltimum finem diligat, nec creaturam: imò creaturam nolit amplius diligere vt finem

Caietanus.

Vvillhelmus  
de Rubione.Obiectio.  
Psalm. 32.  
Psalm. 50.

Solutio.

Obiectio.

Matth. 10.

Responsio.

vt finem vltimum, & Deum sic diligere desiderat: quid vt assequatur, clauibus Ecclesiae se subicit, vt sub earum ministerio cor nouum suscipiat, & Deum per spiritum inhabitatem, super omnia, & tanquam vltimum finem diligat. Sunt enim Baptisimus & Poenitentia, medicinae instituta, ad tollendam febrem peccati, & inducendam sanitatem, vt superius post S. Thomam diximus: Iterum dices. Propositum non peccandi, quòd in poenitente requiritur, est propositum legem Dei seruandi, & Deo in omnibus obtemperandi: quòd esse non potest sine amore Dei super omnia. Nam submittens se voluntati Dei, vt in omnibus eam faciat, ipsam plus quam se amat: cum paratus sit cedere suae voluntati, vt Deo gratificetur. Qui diligit, inquit, me, sermones meos seruabit. Dolor autem ex hoc amore proficiscens, semper peccata delet. Sed falsum hic assumitur, quòd scilicet hoc propositum non potest esse sine amore Dei super omnia, cum possit esse ob suum commodum temporale & aeternum. Sufficit enim ad hoc propositum amor, quo Deo volumus placere & gratificari: quamuis non ad eius executionem, hoc est, vt legem Dei obseruemus, & totaliter nos eius voluntati subiciamus. Huiusmodi enim propositum habet bonus filius erga parentes, & religiosus erga praelatum suum: quorum mandata & voluntates implere student. Non igitur hoc propositum cum huiusmodi de peccatis dolore, delet peccata. Et Dauid dicens, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & c. remissa sunt peccata, quia nouit Dominus quòd penitus contrito & humiliato corde hoc dixerat: Cor autem contritum & humiliatum Deus non potest despiciere. Non enim quilibet hoc dicens peccata statim remittuntur, nisi accedente sacramento: quòd tanquam subleuamur medicinam in consolationem & subsidium nostrae infirmitatis, reliquit & instituit magnus ille medicus Christus Dominus. Ex quibus patet etià falsitas assumpti in priori argumento, puta quòd contritio propriè dicta, debeat praecedere absolutionem, cum plerumque sequatur, & sacramenti efficacia dolor de peccatis fiat contritio: non obiecti mutatione, sed perfectionis accessu. Et quamuis possit stare peccatum mortale, propter ignorantiam culpabilem, cum huiusmodi odio peccati: & ideo non sufficiat ad remissionem peccatorum: sufficit tamen, si nullum sit peccati mortalis impedimentum: quòd si adest, impeditur à suo fructu sacramentum. Praeterea hic responsionem doctissimi viri praepetoris mei Sanctissimi domini Adriani, quòd non quilibet dolor ob Dei super omnia dilecti offensionem, & ex huiusmodi eius amore procedens, delet sine sacramentis peccata: sed solum vehemens & intensus, non tepidus & remissus, dicente Aug. quòd rectè poenitens quicquid sordium contraxit, debeat abstergere saltè lachrymis mentis: quòdque satis durus est, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare: & sciat se culpabiliter delinxisse, qui desit damna temporalia, vel mortem amici: & dolorem peccati non ostendit lachrymis, ex tepiditate scilicet doloris. Et Moyses Deut. 4. Cum quaeseris Dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamè toto corde quaeseris, & tota tribulatione animae tuae, quòd latè profectur quòd libeta 5. & in q. 1. De poenit. art. 2. ostendens quòd hac intentione dolor plerumque per sacramentum acquirit. Praeterea etià responsionem Scoti, qui requiritur continuatio doloris ad tempus, quo Deus quasi explorat constantiam poenitentis, antequam peccata ei remittat: & spiritum suum impartiat sub ministerio sacerdotum. Est alia sententia, quam sequitur B. Aug. ca. 17. de catechizandis rudibus: quòd poenitentia quam facimus, vt mala aeterna euadamus, & gaudia sempiterna consequamur, sufficit ad sacramentum baptismi dignè suscipiendum: & per consequens etià ad sacramentum poenitentiae: quae sine eis non sufficeret ad remissionem peccatorum. Ad quam etiam accedere videtur Rupertus in comment. circa eum locum Ionæ 3. cap. Vade in Niniven ciuitatem: Et in comment. Iohelis 2. circa locum, Si conuertatur & ignoscat: Et in Matthæi cap. 27. circa sententiam euangelistae, quòd Iudas poenitentia ductus, dixit: Peccaui, tradens sanguinem iustum. Ait enim B. Augustinus de ijs qui ad fidem veniunt ex metu gehennae, vt non eant in ignem aeternum: vel desiderio aeternae beatitudinis, vt cum Christo regnent: & hoc animo volunt fieri Christiani, quòd verè Christiani sunt: nec in fine separabuntur, sed colligentur in horreum: praeter hos alia duo genera tradens eorum qui Christiani fieri volunt. Multis igitur modis contingit dolere de peccatis: & tamen non assequi eorum remissionem, nisi accesserit sacramentum: quòd & veteres scriptores testantur simul & sacrosancti patrum canones. Nam B. August. ad Honoratum: Quantum, inquit, exitum eos sequitur, qui non regenerati, vel ligati de hoc seculo exeunt, si reconciliationis ministri desunt. Et docet catechumenum peccatorum suorum sarcinam portare, quamdiu non est baptizatus. Eadem autem reconciliationis est causa, quae est baptismi, vt idem docet lib. 11. de adulterinis coniugijs cap. vltimo. Si forte, inquit,

Obiectio.

Ioan. 14.  
Solutio.

Psalm. 3

Psalm. 50

Epistola 186  
Tractatu 13.  
in Ioannini



Hieronymus  
9.9. ad Hebr.  
biam.

Ioannis. 20.

Epistola. 6.  
cap. 69.

Cyprianus ser-  
mone de ba-  
ptismo Chri-  
sti.

Math. 16.

inquit, poenitentes finiendæ vitæ periculum præoccupauerit: nec ipsos ex hac vitæ sine  
arra suæ pacis exire velle debet mater ecclesia, vbi per clauas regni cælorum non dubita-  
tur fieri remissio peccatorum. Et B. Hieronymus q. 9. ad Hedibiam dicit, quod spiritus  
sanctus Ioannis 20. datur ad remittendâ peccata. Et similiter venerabilis Beda Luc. 5. tra-  
ctans verbum Pharisæorum. Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? ait. Verum  
dicunt: quia nemo peccata dimittere, nisi Deus, potest: qui per eos quoque dimittit, qui  
bus dimittendi tribuit potestatem. Et B. Cyrillus circa locum Luca 5. Et confestim con-  
surgens, &c. Quo pacto, inquit, patuit quod filius hominis potuit in terra relaxare pec-  
cata: quod pro se & pro nobis dixerat. Ipse namque vt Deus factus homo, tanquam do-  
minus legis, peccata dimittit: Sortiti sumus etiam nos ab eo tam mirabilem gratiam.  
Dicitur enim discipulis: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: Quomodo au-  
tem non magis ipse peccata dimittit, qui cæteris potestatem faciendi hoc tradidit? Et  
Beatus Leo de his loquens qui in fine perunt reconciliationis beneficium. Nec actio eius  
poenitentiae, nec communionis gratia denegetur: si etiam in ægritudine ita fuerint aggra-  
uati, vt quod paulo ante poscebant, sub sacerdotis præsentia significare non valeant. Te-  
stimonia enim fidelium circumstantium eis prodesse debebunt: vt simul & poenitentiae &  
reconciliationis beneficium consequantur. De quo sunt & patrum cationes, apud Gra-  
tianum 26. q. 6. cap. Is qui, & cap. Qui recedunt, ex autoritatibus Iulij & Celestini pot-  
ficum. Quodq; hæc fuerit consuetudo ecclesie quo ad baptismum, testatur cap. Maiores,  
de baptismo & eius effectu in fine vbi dicitur. Secus autem si prius catechumeni ex-  
istissent, & habuissent propositum baptizandi. Vnde tales in necessitatibus articulo consue-  
uit ecclesia baptizare. Et quamuis sacerdos peccata remittit, non tamè proprie coëfficit  
cum Deo gratiâ & remissionem peccatorum: sed foris operatur, & suum impedit ministerium:  
cui ex sua benignitate assiluit Deus, gratiam efficit, & peccata remittit. Nam neque qui  
plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Remissio enim pec-  
catorum, ait B. Cyprianus, siue per baptismum, siue per alia sacramenta donetur, proprie spi-  
ritus sancti est: & ipsi soli huius efficientiæ priuilegium manet: verborum solennitas, &  
sacri inuocatio nominis, & signa institutionibus apostolicis sacerdotum ministerijs ar-  
tributa, visibile celebrant sacramentum: rem verò ipsam spiritus sanctus format & efficit,  
& consecrationibus visibilibus inuisibiliter manum totius bonitatis author apponit, & re  
sacramenti consummat & perficit. Multum tamè probabilis est opinio, quæ docet sacra-  
menta gratiâ instrumentaliter efficere. Gratia enim etsi modo quodam creetur, quia ta-  
men in subiecto producit, ab eo dependens, sicut reliqua accidentia: ideo creatura vt  
instrumentum ad eam producendam concurrere potest: non ita ad animæ rationalis pro-  
ductionem, quæ à corpore nullam habet dependentiam: quamuis vt corpori vniatur, ho-  
mo cooperetur. In quo vide B. Thomam in 3. parte q. 62. art. 1. Et Cardinale Caieta-  
num 3. par. q. 8. art. 1. q. 13. art. 2. & q. 22. art. 3. de sacerdotio Christi. Nam secundum verbum  
saluatoris vt Christus homo, ita & sacerdotes verè peccata remittunt: & non solum ad  
hoc disponunt.

**E**X istis verbis saluatoris: Quorum remisistis peccata, &c. Huius sacramenti sequi  
tur necessitas, non tam manifeste ex forma sermonis quam ex effectu necessitate,  
circumstantijs, & conformi patrum interpretatione & doctrina. Ex hoc enim quod Chri-  
stus præpositis ecclesie potestate dedit dimittendi & remittendi peccata, & clauas domus  
suæ Petro cômisit, vt quodcumq; ligaret super terram ligatû esset & in cælis, & quodcumq;  
super terram solueret, solutû esset & in cælis: intelligit ipsum constituisse in sua familia tri-  
bunal & forû, in quo omnium domesticorum tractarentur causæ, crimina & excessus. Nec  
eorum nisi per familiæ præpositum à Deo acciperent remissionem, ait enim: Quorum reti-  
neritis peccata retenta sunt: quod verum non esset, si sine sacerdotis ministerio remitti  
possunt. Vnaqueque namque respublica suos habet iudices & tribunalia, ad quæ om-  
nes ciuium controuersie referantur, vbi & super criminibus cognoscitur & pronuncia-  
tur. Eisdem enim penè verbis Apocalypsis B. Ioannis testatur, Christum accepisse potesta-  
tè à patre claudendi & aperiendi cælum: quibus Petrus à Christo eâ accepit. Habet, inquit,  
Christus clauem David: aperit, & nemo claudit: claudit, et nemo aperit. Et Petro ipse dicit:  
Tibi dabo clauas regni cælorum: nec dubiû quin eadè quas à patre accepit. Et quodcum-  
que ligaueris super terram, &c. Ideo sicut cælum nemini clauditur nec aperitur, nisi  
per Christum, ita solum Petri ministerio: quod tamen intelligitur, nisi impossibilitas  
sacramentum excludat. Tunc enim, vt in simili de baptismo dicit beatus Augustinus, im-  
pletur inuisibiliter, cum mysterium poenitentiae non contempus religionis, sed articulus  
neces-

necessitatis excludit. Hinc apud Ioannem præmittit: Sicut misit me pater, & ego mitto  
vos, & addit: Et quorum retinueritis peccata, retenta sunt: quousque scilicet per vos re-  
mittantur. Et alio loco: Quæcumque alligaueritis super terram, &c. Propter quæ B. Chry-  
sost. de dignitate sacerdotali lib. 3. Omne, inquit, iudicium dedit pater filio: at hoc video  
totum esse sacerdotibus commissum. Cui aliquando angelorum vel archangelorum di-  
ctum est, Quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque  
solueritis super terram, erunt & in cælis soluta? Ex quibus verbis audent etiam pronun-  
ciare, vt diximus, beatus Cyprianus, beatus Hilarius, & post eos beatus Bernardus, & ve-  
nerabilis Hugo de S. Victore, quod sententia Petri præcedit sententiam cæli, eò quod in  
cælis peccatum non remittitur, nisi ob ministerium quo Petrus hic in terris absoluit. No-  
tat enim B. Cyprianus, vt diximus, quod non simpliciter dictum sit, Erunt soluta in cæ-  
lis: sed interiecta coniunctione, Erunt soluta & in cælis. Et hac ratione maiores nostri  
docent sacramentum poenitentiae esse necessarium lapsis redeuntibus, sicut baptismum  
intranabilem in societatem ecclesie Christi: quodq; currendum est ad poenitentiam in vi-  
tæ periculo, sicut curritur ad baptismum. Sicut enim baptismus regenerat & format, ita  
poenitentia reformat: baptismus Christo conciliat, poenitentia reconciliat: baptismus spi-  
ritualem vitam confert, poenitentia eum qui mortuus fuerat, resuscitat. Et cum vtriusq;  
effectus ad salutem sit necessarius, similiter necessarium est & vtrumque sacramentum.  
Hinc B. August. lib. 1. de adulterinis coniugijs, cap. vlt. vt diximus superius, loquens de  
catechumenis in mortis periculo baptizandis: Quæ autem baptismatis, inquit, eadem  
reconciliationis est causa: si fortè poenitentes finiendæ vitæ periculum præoccupauerit: nec  
ipsos enim ex hac vitæ sine arra suæ pacis exire velle debet mater ecclesia. Et 20. de ciuit.  
Dei, cap. 9. ostendens animas piorum mortuorum non separari ab ecclesia, quæ etiam  
nunc est regnû Dei. Alioquin, ait, nec ad altare Dei fieret eorum memoria in commu-  
nionem corporis Christi: nec aliquid prodesset ad eius in periculis baptismum currere, ne  
sine illo finiat hæc vitæ: nec ad reconciliationem, si fortè per poenitentiam, malamve  
conscientiam quique ab eodem corpore separatus est. Et in epistola ad Honoratum pro  
eodem haber, catechumenum mori non regeneratum, & poenitentem non dū absolutum. Alijs,  
inquit, baptismum flagitantibus, alijs reconciliationem, alijs etiã poenitentiam ipsius actione:  
si ministri desint, an non cogitamus quantum exitu sequatur eos, qui de isto seculo vel nõ  
regenerati exeunt, vel ligati? Et in Homil. 49. Agite, inquit, poenitentiam, qualis agitur in  
ecclesia, vt oret pro vobis ecclesia. Nemo sibi dicat: Occultè ago, apud Deum ago: no-  
uit Deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago: Ergo sine causa dictum est: Quæ solu-  
eritis in terra, soluta erunt in cælo: ergo sine causa clauas sunt datæ ecclesie: frustra  
euangelium Dei: frustra verba Christi: Promittimus vobis quod ille negat, nõne  
vos decipimus? Et doctissimus Leo ad Theodorum: Multiplex misericordia Dei ita la-  
pibus subuenit humanis, vt non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poeniten-  
tiam medicinam, spes vitæ reparatur æternæ: vt qui regenerationis dona violassent, pro-  
prio se iudicio condemnantes ad remissionem criminum peruenirent: sic diuinæ  
bonitatis præsidijs ordinatis, vt indulgentia Dei nisi supplicatione sacerdotum ne-  
queat obtineri. Et B. Ambrosius aduersus Nouatianos loquens, lib. 1. de poenitentia, cap.  
7. Cur baptizatis, inquit, si peccata per hominem dimitti non liceat? In baptismo vti-  
que remissio peccatorum omnium est. Quid interest, vtrum per poenitentiam, an per laua-  
crum hoc ius sibi datum sacerdotes vendicant? Vnum in vtroque mysterium est. Sed di-  
ces, Quid in lauaero operatur mysteriorum gratia? quid in poenitentia? nõne Dei no-  
men operatur? quid ergo? vbi vultis vendicatis vobis Dei gratiam: vbi vultis repudiatis.  
Et lib. 2. ca. 2. Impossibile videbatur, quod peccatum ablueret aqua. Nam & Naaman Sy-  
rus lepram suam aqua Iordanis mundari posse non credidit. Sed quod impossibile erat,  
fecit Deus possibile esse, qui tantam nobis donauit gratiam. Similiter impossibile videba-  
tur per poenitentiam peccata dimitti: concessit hoc Christus Apostolis suis: quod ab eis  
ad sacerdotum officia transfusum est. Et quia eadem est vtriusq; sacramenti neces-  
sitas, omni sacerdoti permittitur in periculo vitæ poenitentem absolueret: sicut omni Chri-  
stiano, imò & Ethnicis ministrare baptismum, vt docet B. August. lib. 2. contra epistolam  
Parmeniani ca. 13. & lib. 3. contra Donatist. ca. 53. Et est responso Nicolai papæ primi ad cõ-  
sulta Bulgarorum, quam citat Gratianus de Consecra. dist. 4. ca. A quodã Iudæo. Irratio-  
nabilis enim esset in necessitate casuum reseruatõ & contra charitatem. Nam tempore  
maximæ seueritatis Canonum in extremis reconciliatio poenitentium permittebatur  
etiam diacono, vt patet ex epistola 17. B. Cypriani lib. 3. An autem iure diuino in hoc

casu cuiuslibet sacerdoti concessa sit hæc facultas absoluedi, vel solum ab Ecclesia, statim aliquantum trahimus. Satis pro nunc sit, quod pia mater Ecclesia hæc facultatem omnibus sacerdotibus vult esse communem, vt in necessitate ab omni excommunicatione, & omnibus peccatis absolueri possint. Nam in reseruatione excommunicationis, quam facit in sacrosanctis Canonibus, semper excipit casum necessitatis: vt in cap. Si quis sua- dente 17. q. 4. Nullus Episcoporum, inquit Innocentius 2. illum præsumat absolueri, qui manus violentas in clericum iniecerit, nisi vrgente mortis periculo. Et Clemens tertius in cap. De his, de sententia excommunicationis. Et Innocentius tertius in cap. Pastoralis de offi. iudic. ordin. excipiunt necessitatis articulum. De quo latè agitur ibi in glos. Et Bonifacius octauus lib. 6. in cap. Eos qui, de sententia excommunicationis, extendit etiã ad quodlibet impedimentum legitimum accedendi prælatum, apud quem est absoluedi facultas: & disponit, imò potius supponit ex antiquis Canonibus, quòd ab alio absolui possit. Et similiter Clemens in sine primæ Clementinæ, de pœnis. Quado autem istud concedit in reseruatione excommunicationis, quæ à sola iurisdictione procedit: multò magis hoc confessisse intelligitur de absolutione à peccatis, quæ potissimum procedit ab ordine sacerdotali siue clauibus, concurrente tamen iurisdictione. Multi enim doctores intelligunt casuum reseruatione non respicere peccata, sed excommunicatione tantum: qua ablata credunt nulla peccata sedi Apostolicæ esse reseruata. Inter quos sunt Durandus, Petrus de Palude, Cardin. Caietanus, & Syluester in Summa, in verbo, Casus: qui etiam addit, q. reseruatio intelligitur de actibus exterioribus, non de interioribus. Et absolutio ab excommunicatione in sacris canonibus potissimum cõceditur, vt locũ habeat absolutio à peccatis. An autem ex iure diuino quilibet sacerdos hanc potestatem in articulo necessitatis habeat, difficultatem adfert, quòd sacramentum pœnitentiæ est iudiciale: quod sine ministri iurisdictione non exercetur: vt docet Cõcilium Florent. Solum autem Papa ex iure diuino habet iurisdictione, & ab ipso tanquam fonte in episcopos & sacerdotes descendit. Nam vt Leo Papa scribit ad Episcopos per Viennensem prouinciam constitutos: & est apud Gratianũ dist. 19. cap. Ita Dominus. Sic Christi disposuit, quòd à Petro quasi quodam capite dona sua, in corpora diffunderet. Et hanc sententiam ex patribus, Cõcilijs, & B. Thomas, docet Cardinalis de Turre cremata, li. 2. summe, ca. 24. & sequentibus. Imò addunt eam pertinere ad fidem vnitatis catholicæ. Idem B. Bonauent. dist. 25. 4. sententiarum, art. 1. q. 2. Nemo igitur habet iurisdictionem fori exterioris ab excommunicatione absoluedi, nec in foro conscientie à peccatis, nisi concesserit ecclesiæ præpositus. Eo autem ex quauis causa non confedente, sed magis in certo casu eam negante, nulla est facultas à peccatis, & multò minus ab excommunicatione absoluedi. Quo argumento mouetur Durandus vt dicat, quòd quilibet sacerdos ex sua consecratione, & ita ex iure diuino quemlibet potest absolueri, quodque nulla requiritur ex iure diuino præter clauium potestatem iurisdictione, & ita sacerdotem non posse impediri, nisi prohibitione, vel ecclesiæ ordinatione: quæ si sine legitima fiat causa, inefficax est: nec clauium fructum impedire potest. Sed Cardinali responderi potest regulare esse, quòd omnis iurisdictione à capite ecclesiæ ad inferiores deriuetur: In casibus tamè immediate communicatur à Deo, maximè quæ pertinent ad forũ pœnitentiæ, quicquid in terim fuerit de foro externo. Potestatem enim clauium ex Christi ordinatione, atque ita ex iure diuino sequitur ea iurisdictione, quæ requiritur ad absolutionem à peccatis venialibus & mortalibus semel confessis: eò quòd in istis liberi sumus, nullius curæ vel potestati subiecti: quemadmodum & quisque potestatem habet ex iure diuino Papam absoluedi si eum elegerit. Eodè iure iurisdictionem habet quilibet sacerdos quemlibet absoluedi ab vniuersis peccatis in casu necessitatis. Nam cum Christus in necessarijs non deserit, ministrum sacramenti pœnitentiæ instituendo, sicut prouidit quòd in mortis periculo à quolibet etiam excommunicato, hæretico & schismatico quilibet cum fructu baptizari posset, non obstante quacumq; censure aut prohibitione: ita etiam disposuit quòd in eodè casu à quolibet sacerdote, licet hæretico aut excommunicato, possit à peccatis absolui, Imò debeat ei confiteri, & petere absolutione, cum vtrunq; sit necessitatis sacramentum, & iure diuino præceptum. Propter quod probabilior est sententia Petri de Palude dist. 25. 4. sent. q. 1. & Syluestri in verbo Confessor. 1. s. vlt. quod ab excommunicato hæretico & præciso liceat suscipere sacramentũ pœnitentiæ, sicut baptismum: quamuis non sacram Eucharistiam: iuxta ca. Cœpit Armigildus 24. q. 1. ca. vlt. quod desumptum est ex 3. libro dialogorum B. Gregorij cap. 31. Probabilior, inquam est, quam sententia glos. sã dist. 32. ca. Præter hoc, in sine, facientis differentiam inter sacramentum baptismi & pœni-

pœnitentiæ in casu necessitatis: ad quam tamen accedere videtur Gratianus in eodem cap. & magis in cap. Subdiaconis, 24. q. 1. Et B. Thomas in 3. parte q. 82. artic. 7. ad secundum, & in 4. sententiarum distinct. 19. q. 1. art. 2. q. 3. Nam præcepta & ordinationes ecclesiæ semper cedere oportet, quando concurrunt cum præceptis Christi cõtrarijs. Nulla igitur censura impedire potest, quin ab hæretico & excommunicato absolutio sacramentalis accipi possit & debeat, sicuti & baptismus in necessitate. Nec prohibetur ille ministrare per censuram ecclesiæ: quauis peccet, si alia ex causa, puta quia peccator est in dignè sacrameta administret. Ad argumentũ Durandi respõdet Ioannes Capreolus post Petrum de Palude, q. quilibet Christianus post admissum peccatũ mortale subiectus est Petro, vt secundũ eius vel sui vicarij arbitriũ, eiusq; dispositione, satisfacere obligetur, si illud haberi potest. Sed quia nemo ad impossibile obligatur: ex iure diuino, vt dicitur, alteri se subijcere & ab eo absolui potest. Cessat enim tunc obligatio, & sic relictus libertati, hæretico confiteri potest, si alius habere nõ possit, modò tamè seductionis nõ imminet verisimile periculũ. Alij respõdet quòd omnis iurisdictione est à Papa, saltè mediate, per cõmissionem episcopatus aut curæ pastoralis: quam sequi videtur ex iure diuino iurisdictione, sine qua ecclesiã suã salubriter regere, & curã pastorale administrare non potest. Certum est enim episcopos ex Christi institutione pertinere ad hierarchiam ecclesiæ: quòd & verisimilius est de pastoribus parochialibus. Nam secundũ doctrinam Apostoli Pauli ad Ephesios, Christus dedit in ecclesiã quosdã pastores & doctores ad cõsummatione sanctorum, vt non simus paruuli fluctuantes, nec circumferamur omni vëto doctrinæ. Et Act. c. 20. ait maioribus ecclesiæ: Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos spiritus sanctus posuit regere ecclesiam Dei. Et inter conditiones Episcopi, dicit quòd suæ domui sit bene præpositus, eamq; diligenter gubernet. Nam si quis, ait, domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentia habeat? Ex eadè itaq; Christi institutione oportet eos suo fungi officio plebẽ suã gubernando: atq; ita iurisdictione habere, sine qua eius salutis cõmòde & salubriter promouere non possunt: qua, sine iusta causa, per casum reseruationes & exemptiones spoliari non possunt: quæ nec fieri debent, nisi ex eis cõmunis fidelium salus multum ædificetur. An verò sint efficaces, si fiant sine causa legitima, hoc est sine magna ecclesiæ vtilitate vel necessitate, & per reseruationem absolutio sacramentalis impediatur, quasi sententia à nõ suo iudice lata, & soluatur per exemptionem coram Deo obedientia: dubitari potest: maximè si ordinarius est pastor qui absoluit, & à quo fit exemptio. Nam commilliariorum & vicariorum potestas, sicut reuocari, ita & pro arbitrio prælatorum limitari potest. Quamuis enim ex Christi ordinatione, sub eius vicario summo pontifice, quasi supremo hierarcha & pastore sint episcopi, qui singuli suo ab eodem præficiuntur gregi: quia tamen ex iure euangelico habet regere populum sumum, ex eodem videntur competentem habere iurisdictionem, eo ipso quo præficiuntur: & iniuria eis fieri videtur, si sine magna vtilitate limitentur vel subtrahantur. Quare reseruans sua abuteretur potestate, & non ex potestate quã ad ædificationem accepit, sed vt priuatus, ex affectu contra Christi institutionem reseruaret, & ita videretur quòd nulliter. Cuius sententiæ esse videtur B. Bernardus, de consideratione: vbi multis agit aduersus exemptiones Abbatum à suis episcopis, quasi illa sit contra ius euangelicum. Honorum, inquit ad Eugenium Papam, & dignitatum gradus & ordines quibusque suos seruari positi estis, non inuidere. Absurdissimũ enim est, quòd aliquis sit episcopus, hoc est rector plebis, supremus sub Christi vicario Hierarcha, & non habeat iurisdictionem ad populi sui gubernationem necessariam. Similiter quando ordinatus est Sacerdos, iuris diuini est, quòd talento suo vtatur in casibus necessitatis, & ex eodem ei concessum esse videtur, quicquid ei necessarium est ad negociandum ex pecunia accepta. Ex quibus patet quid dicendum sit in legitima casuum reseruatione, quando militaret contra charitatem: vt si tanta sit infirmitas confitentis, quòd remissus à suo pastore desperabit: nec verisimile est quòd accedet eum qui facultatem habet absoluedi. Nam quod pro charitate & fidelium salute institutum est, contra eam militare non potest. Est enim finis omnium præceptorum charitas, atque ei subesse, & seruire debent omnes ecclesiæ constitutiones. Siluester tamen contrarium tenet in verbo Confessor, 3. s. primò queritur contra Angelum docentem, quòd pastor potest absolueri à casibus reseruatũ, si fidelium confitentis hoc expedire videtur: quod certè Angeli dictum generalius est, quàm veritas patiatur. Aliud namque est salutis expedire, aliud eam impedire. Nam sententia propheta de Salvatore est, Arundinem quassatam non constringet, & linum fumigans non extinguet. Pro dictorum declaratione multum con-

Cap. 4.

1. Timoth. 3.

Lib. 3.

Esaiæ. 42.

ducit definitio Facultatis Parisiensis contra fratrem Angelum, qui Tornaci prædicauerat, quod fratres præsentari Episcopo & admissi sunt veri curati, melius quam presbyteri parochiales, quia facultatem suam habent à summo pontifice, dicti autem presbyteri ab episcopo duntaxat. De qua propositione respondit facultas, quod in se & quoad omnes partes & probationem partis vltimæ, qua dicitur, ab episcopo duntaxat, est scandalosa, in fide erronea, hierarchici ordinis destructiua, & pro conseruatione eiusdem ordinis publicè reuocanda & abiuranda, prout refert Ioannes Maior distict. 24. 4. sententiarum q. 3. circa secundam conclusionem. Diffiteri non possumus multos & magnos esse abusus in Ecclesia Christi, non sine strage multarum animarum, multorumque scandalorum in reseruacionibus casuum, & Ecclesiarum exemptionibus: Nec animarum salutem spectare videntur secundum nostri seculi obseruationem & practicam: sed turpe lucrum sectari cum multorum offensione. Numerata enim pecunia, relaxantur reseruaciones, & exemptiones obtinentur. Certè non videtur hoc seculo populi Christiani moribus & irreligiositati conuenire tam multos casus reseruari, quot habet bulla cœnæ Domini, & synodalia statuta episcoporum, annexis censuris excommunicationum. Pauci sunt qui propterea magis dererentur à peccando: & prudentibus ac zelosis confessoribus multas adferunt perplexitates, & infirmis pœnitentibus salutis impedimenta, quando huiusmodi casus occurrunt. Desendum & valde dolendum est, quod pecunia numerata omnia ferè dispensantur, & relaxantur: & vix aliquid est quod impetrari non possit, nullo salutis animarum, de quo appareat, respectu habito. Paulus Apostolus regulam tradit in se omnibus Ecclesiæ prælatis, dum ait: Potestatem dedit mihi Dominus in aedificationem, non in destructionem. Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. Nullæ igitur dispensationes, nullæ casuum reseruaciones, nullæ à prælatis ordinarijs exemptiones, nisi iusta & legitima causa subsit, sine potestatis abusu & grandi peccato fieri possunt. Quæ autem sit legitima causa in dispensationibus, & ex rationis paritate de alijs, docet Beatus Bernardus lib. 3. de consideratione ad Eugenium papam. Quid, inquis, prohibes dispensare? loquens de exemptionibus. Non: sed dissipare. Non sum tam rudis vt ignorem vos positos dispensatores, sed in aedificationem, non in destructionem. Vbi necessitas vrget, excusabilis dispensatio est. Vbi utilitas pronocat, dispensatio laudabilis est. Utilitas dico communis non propria. Nam cum nihil horum est, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. Quæ autem sunt sine hac iusta causa, si sunt dispensationes in his quæ sunt iuris diuini vel naturalis, vt in iuris, iuramentis, beneficiorum maximè, curatorum pluralitate vel residentia, nulliter fiunt: nec coram Deo eum cum quo dispensatur excusabunt: similiter exemptiones & casuum reseruaciones, & etiam quæ fiunt contra publicam utilitatem, vel populi fidelis salutem. Quorum omnium ratio est, quod pro sola necessitate vel publica utilitate hæc fieri debeant & possint. Ad horum autem pleniorum notitiam, maximè eorum quæ de casuum reseruacione sunt dicta, an valida sit facta sine causa, aut postquam ipsa cessauit, plurimum conducere intelligere quid ex Christi institutione habeant, & possint Episcopi & curati, & an hi immediatè sint à Christo instituti, atque ab eo habeant suam potestatem: quamuis Episcopi in suæ potestatis vsu subsint Christi vicario, & curati Episcopis. De quo tractat Henricus de Gandatio. Et Ioannes Gerson cancellarius Parisiensis de potestate Ecclesiastica, consideratione 12. & in 3. parte de consilijs Evangelicis, & de perfectione cordis. Durandus etiam & Petrus de Palude.

**E**T quamuis necessarium sit ad salutem sacramentum pœnitentiæ, magis tamen necessaria est cuilibet peccatori qui mortali peccato est obnoxius ipsa pœnitentiæ. Nam sine ea nec potest, nec potuit vnquam ei salus contingere. Est autè necessaria non tantum ex iure diuino positio, sed etiam naturali, in ordine tamen gratiarum. Est enim prima animorum conceptio, quod filium offensæ in patrem admittit pœnitere debeat, priusquam in gratiam recipiatur. Nec sine ea efficax esset sacramentum pœnitentiæ: imò nec baptismus: nec aliud est quid eam supplere possit, nec vlla excusare necessitas: per quam tamen excusamur ab istorum sacramentorum susceptione, quemadmodum diximus circa secundum articulum. Pœnitere autem non debet nec potest, qui nullum habet peccatum: cum pœnitentiæ non sit nisi de his, quæ ipsi malè sumus operati, secundum descriptionem prius positam. Si quis autè venialia tantum peccata habeat, nec huic necessaria est pœnitentiæ: quamuis sine ea, salte virtuali vel generali, non remittantur, nec in baptismo quidem. Nemo, inquit B. Aug. qui suæ voluntatis arbiter est constitutus, notuam inchoare potest, nisi quæ veteris vitæ pœniteat. Et Dominus Saluator: Nisi pœnitentiã habueritis, omne

2. ad Corint.  
13.

Quolibet.  
9. quæst. 2.  
Dist. 19. 4.  
quæst. 2.

Lucæ. 13

omnes similiter peribitis. Sacramentum autem pœnitentiæ esse nequit de peccatis mortalibus ante baptismum perpetratis, nisi fortassis fictè fuerit susceptus: tamen verissimilius sit, quod sola fictio & peccata post eam admissa sint constenda, huiusque sacramenti virtute remittantur: & alia peccata virtute baptismi, qui secundum B. Augustinum valere incipit, cum fictio veraci corde recesserit. Est igitur hoc sacramentum pro peccatis post baptismum admissis ad salutem necessarium, quæ salus est in peccatorum remissione: de qua Euangelista: Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum, & consequenter ad salutem æternam. Necessarium est autem hoc sacramentum in genere & quod ad absolutionem sacerdotis. An verò quoad singulas etiam eius partes, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem: & quomodo, tractabitur articulis sequentibus, & attingetur circa particulam huius eiusdem articuli sequentem.

**E**T ista huius sacramenti necessitas, non solum est ex finis & effectus eius necessitate, verum etiam ex præcepto, non solum generali, quo vnusquisque ex charitate erga se obligatur procurare salutem animæ non minus quam corporis: sed etiam speciali, quod est de actu pœnitentiæ, quæ specialis est virtus. De actibus enim virtutum specialium, specialia sunt præcepta: atque ita nolens pœnitere in periculo vitæ, non tantum contra charitatem peccat, sed & contra speciale præceptum de pœnitentiæ. Et necessaria est pœnitentiæ, quæ est dolor & odium peccati: nec Dei dilectio, eam virtualiter etiam includens, sufficit: cum sit speciale de pœnitendo & detestando peccato præceptum, quæ declarabuntur circa articulum sequentem.

**C**ompletur autem hoc sacramentum contritionem, confessionem & satisfactionem. Nam cum iudiciale sit hoc sacramentum, atque per modum iudicij exercetur, quemadmodum docetur circa quintum articulum: ea completur sine quibus non consistit iudicium. Constat autem iudicium accusatione, testimonijs, vel confessione rei, & sententia iudicis. Requiritur autem hic contritio tanquam ratio exterioris confessionis & submissionis in sacerdotis arbitrium: ne ficta sint, sed ex animo pœnitente atque spontaneo. Nam talis esse debet culpæ confessio, qua Deus offensus reconcilietur, & in gratiam eum recipiat qui offenderat. Imponere verò multam, & executioni mandare, ad integritatem pertinet iudicij. Non enim perfectum esset iudicium sacramentale, nisi pœnitentiæ a sacerdote imposta executioni mandaretur: ad quam debet se pœnitens offerre voluntarium, atque sacerdotis arbitrio se subijcere. An verò hæc tria completatur tanquam partes propriè integrales, an tanquam potentiales, an vt dispositiones tantum sine quibus non operatur salutem: ita vt in sola absolutione consistat essentia sacramenti, vt Scotus docet: & contritio atque confessio sint dispositiones pœnitentis præcedentes, satisfactio autem sequens: an verò in absolutione, & confessione tanquam in materia & forma, vt dicit Durandus, impertinens est presenti articulo, nec hic tractare oportet. Variè enim hac de re sentiunt doctores scholastici: à qua tamen pendere videtur, an satisfactio virtute clauium imposita utilior sit, quam spontè assumpta. Si enim sacramenti pars est, ex clauibus Ecclesiasticis virtutem habet expiandi poenam, & per eam tanquam Sacramenti partem virtus diuina operatur poenæ expiationem: quamuis tamè ex sola haru clauium impositione hæc virtutem satisfaciendi maiorem habere possit. Plurimum autè conduceret tractare anse necessaria sint hæc tria, vt non possit sine eis sacramentum consistere: an solum necessitate præcepti, an ob finem tantum: hæc enim ratione solum modo quodam essent necessaria, vt scilicet à peccatis plena fiat absolutio: Nam certu est quod satisfactio simpliciter necessaria non est. Sed maior est difficultas de confessione & contritione, per quam pœnitens se arbitrio sacerdotis subijcit: vt si quis subito morbo correptus de peccatis doluit, sed non relatiue ad sacramentum, nec iam confiteri possit: an hoc casu sine contritione & confessione ratio sacramenti constare possit, non ita est manifestum. Nam sine materia non potest esse salua substantia & ratio sacramenti, sicut nec sine forma. Confessio autem voluntaria siue ex cordis contritione procedens, est quasi materia huius sacramenti. Nam secundum definitionem concilij Florentini omnia sacramenta tribus perficiuntur: rebus videlicet tanquam materia, verbis tanquam forma, & persona ministrum: quorum si aliquid desit, non perficitur, inquit, sacramentum. Ex his videtur non posse consistere sacramentum sine contritione & confessione. Docent tamè, vt superius diximus, doctores quidam catholici in sola absolutione, huius sacramenti substantiam consistere, & posse saluam esse rationem sacramenti sine contritione, quæ sacramentum & claus Ecclesiæ respiciat: modò sit dolor de peccatis propter Dei offensam, licet nulla habita clauium consideratione. Docent præterea quod etiam sine confessione

Pœnitentiæ per  
modu iudicij  
exercetur.

Distict. 14.  
quart. q. 4.

fessione sacramenti ratio consistit: quando morbus præoccupat, & confessionem ac votum eius excludit. Nam sicut ab oblitis & venialibus, atque etiam peccatis mortalibus semel confessis, sacramentaliter absolui possumus, licet in specie ea non confiteamur: ita putant quod ab omnibus peccatis, nullius facta confessione absolui possumus, quando confitendi facultas adempta est, & voluntatem confitendi nutu aliquo ostendimus, vel alij de nobis id ipsum testantur. Hoc sentire videtur Leo papa in epist. ad Theodorum Episcopum Foroiuliesem. Si aliqua, inquit, agridine quidam ita fuerint aggrauati, ut quod paulò antè poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant, testimonium eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul & pœnitentiæ & reconciliatio- nis beneficium consequantur. Et horum sententiæ fauere videtur vsus Ecclesiæ, & cano- nes superius allegati ex Gratiano, 26. q. 6. Et August. lib. 1. ad Polentium cap. penultimo & antepenultimo. Et quamuis sacramentum sit iudiciale, & ideo necessaria videatur cõ- fessio rei, quia tamen in eo gratiosum sit iudicium, & in peccatorum salutem est institu- tum, talem sufficere putant, qualem facere per se vel per alios potest, in specie aut in ge- nere, in voto explicito vel implicito. Putant igitur confessionem esse necessariam, quan- do adest oportunitas, & facultas: non autem simpliciter vt consistat ratio sacramenti: & ita solum necessitate præcepti. Atq; ad definitionem Concilij responderetur, quod multa habet peculiaria pœnitentiæ sacramentum. Nam materia hîc præcedit formam, nec proprie in rebus consistit: deinde Concilium vocat confessionem, non materiam, sed quasi materiam: & ideo nihil mirandum est, si sine eo, quod quasi materia dicitur, po- tius consiliterè possit, quam sine sua materia alia sacramenta. Dicit præterea Concilium sine his tribus sacramentum non perfici, hoc est, non esse sacramenti perfectiorem: non autem negat sine eis posse subsistere. Nam matrimonium sine verbis contrahi potest.

Quorum omnium plenior discussio ad sequentes magis pertinet articulos: multi enim docent, quod nec ab oblitis sacramentaliter absoluiur: quodq; per morbu loquela or- bati, absolui non possint. Sed de his plenius agetur circa duos articulos sequentes. Nec solum ex ratione pœnitentiæ euangelicæ, quia iudicialis est, hæc tria complectitur hoc sa- cramentum: verum etiam ex fine ad quem ordinatur, qui est reconciliatio peccatoris: docente hoc naturalis hominis ratione. Filius enim hæc tria assumit ad placandum pa- trem, & seruus vt redeat in gratiam domini, & homo ethnicus, supposita cognitione quod Deus est Dominus noster, qui nostris culpis offenditur. Student enim per hæc tria placare offensum. Primum enim filius respiciens cogitat quam indignè aduersus pa- trem optime sibi affectum ipse egerit, dolens quod eum offenderit: deinde confessus de eius pietate & benignitate, eum accedere proponit, & se humiliare, agnoscendo & con- fitendo culpam. Tertiò submittit se totum correctioni, emendationi & arbitrio patris, nihil dubitans quin paterno flagello & benigno affectu eum sit ad gratiam suscepturus. Et quia filium & seruum frustrari contingit remissione culpe, & gratia patris & domini quam expectant, hîc habemus certas Christi & patris promissiones, quod certò in gra- tiam recipiemur verè pœnitentes, si assumimus salutaria ista antidota, quæ a grotis & pec- catoribus constituit noster medicus, qui neminem vult perire, sed omnes fieri saluos.

Ideo impius esset dubitare, an verè pœnitens à sacerdote virtute clauium absolutus ad- huc sit in ira Dei, & peccata ei adhuc imputentur, cum verax sit Deus in omnibus suis promissis: ita pœnitentiæ, sicut baptismi. Hunc ordinem secutum docet Saluator filium prodigum ad se reuersum: & Hieremias propheta hanc pœnitendi formam præscribit exemplo adulteræ: Vide, inquit, vbi nunc prostrata sis: scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum præuaticata es. Reuertere auersarix Israel, & non auertam faci- em meam. Et cap. 8. conqueritur Dominus quod nullus est qui agat pœnitentiam pro peccato suo, dicens, quid feci? Et Ionas propheta huius ordinis exemplum nobis propo- nit in Niniuitis, qui audita ab eo comminatione interitus agnouerunt suam culpam, eamq; confessi pœnitentiam egerunt in cinere & cilicio: & iustu regis proclamatum est, Conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eius: quis scit si con- uertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus. Conuenie- bat autem hic sermo, Quis scit si conuertatur, & c. illi temporis & genti, quæ nõ habebat, vel ignorabat promissionem gratiæ factam intuitu victimæ Christi. Nec sine sacramen- to certitudo est gratiæ & remissionis peccatorum. Post quam humiliationem, ait scripu- ra, quod vidit Deus opera eorum, quia cõuersi sunt de via sua mala: & miseris est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis. Hunc ordinem etiam secutus est B. Iob, & quotquot naturalis ductu rationis ex spiritus suggestione super peccatis suis Deû pla- cauerunt:

cauerunt: supposita tamen cognitione offensa & placabilitatis eius. Rectè namque di- cit 3. parte q. 84. art. 7. Beatus Thomas de iure naturali esse, quod homo pœnitentem de his quæ malè fecit, quantum ad hoc quod doleat se fecisse, & doloris quærat remedium per aliquod medium: & quod etiam aliqua signa doloris ostendat, sicut Niniuitæ fecerunt, vt habetur Ionæ 3. in quibus tamen aliquid fidei fuit adiunctum, quod conceperat ex prædicatione Ionæ, vt scilicet hoc agerent sub spe veniæ consequendæ à Deo, secundum illud quod ibi legitur: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus: intelligi autem bea- tus Thomas hæc esse iuris naturalis, supposita cognitione fidei vel naturali (si ad eum lu- men naturæ & effere potest) quod Deus peccatis nostris offenditur, & tamen placari po- test: quia bonus est & clemens. Habita enim hac cognitione non ex fide tantum, sed ex naturali ratione provenit, quod homo de peccatis commissis doleat, quod dolorem in remedium assumat, atque signum aliquod doloris ostendat. Et verisimilius est quod di- ctare potest, & cognoscere naturalis ratio hominis, quod Deus omnia liberè gubernet, omniumq; habeat prouidentiam: quod sit clemens, pius & propitius, ac facilis ad igno- scendum, idque ex diligenti inquisitione vel doctrina. Quibus cognitis cognosci posset, quod per prædicta potest placari. Ideo sine necessitate Cardinalis Caietanus sententiam beati Thomæ interpretatur intelligendam esse præsupposita fidei cognitione. Quia, in- quit, quando peccatum non fuit scandalosum, seu manifestum aliis, nulla apparet ratio naturalis ad signa doloris: & abstrahendo à documentis fidei, dolor seu tristitia de præ- terito peccato nullam habere videtur rationem remedij, atque ita superfluum videretur dolere de malis præteritis. Est præterea, ait, difficile nosse quid homo, intra ius naturæ so- lum stando, cognosceret de abolitione peccati, per aliud quam per cessationem à peccan- do. Nam ad primum responderetur quod ex lumine naturali filius dolet de patris offensa, & seruus de offensa domino, & signa doloris eis ostendunt: sperantes hoc modo in gra- tiam redire, vt patet ex dictis superius. Eadem ratione signa doloris iudicantur hic exhi- benda, qua ipse Caietanus docet ex iure naturæ exterius sacrificium Deo esse offeren- dum: quia scilicet naturale est homini dolorem & sacrificium interius exprimere per sen- sibilia signa. Est autem hæc articuli pars ad verbum desumpta ex epistola synodica cõ- cilij Florentini, cuius definitio statim citabitur, quam secutum est concilium Tridentinum: vbi habetur cap. 14. sess. 5. Dicendum est Christiani hominis pœnitentiam continere non modo cessationem à peccatis, atque eorum detestationem: verum etiam eorum dem sacramentalem confessionem (saltem in voto, & suo tempore faciendam) & sacer- dotalem absolutionem, & satisfactionem. Vbi additur pars formalis quæ est absolutio. Et quod concilium Florentinum docet primam partem pœnitentiæ esse dolorem de pec- cato commisso, cum proposito de cætero non peccandi, quasi per duas partes explicat, cessationem scilicet à peccatis, quæ propositum cauendi includit, quam distinguit à de- testatione. Et in bulla Leonis decimi damnatur sententia quod non sint tres partes pœ- nitentiæ. De quibus etiam patres concorditer loquuntur. Aiunt enim quod pœnitere est antea peccata deslere & flenda non committere. Item, quod est mala præterita plan- gere, & plangenda iterum nõ admittere. Quæ cum aliis patrum sententiis citat Magister distin. 14. 4. sentent. Frequentes sunt etiam patrum sententiæ de cõfessione & satisfactio- ne, sicut ostenditur circa articulos quintum & sextum.

EST autem hoc sacramentum solis lapsis ab innocentia baptismali ad salutem neces- sarium. Nam in sua oratione rectè dicit Manasses rex, Tu Domine iustorum non po- fuisti pœnitentiam iustis, Abraham, Isaac, & Iacob, his qui tibi non peccauerunt. Et Lu- ca. 15. Iusti non indigent pœnitentiæ, Lapsis tamè omnibus est necessarium, quamuis per cordis contritionem fuerint assecuti peccatorum remissionem, sicut articulo præceden- ti dictum est de baptismo. Impletur enim intuitu & hoc sacramentum, quando eius mysterium non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et ne vlla esset amplius dubitatio super istis partibus sacramenti pœnitentiæ, & an verè esset sacramen- tum nouæ legis gratiam conferens, in plenario Concilio Ecclesiæ Florentiæ celebrato, præsidente Eugenio quarto, definitum est, comprobantibus Græcis & Armenis, qui ma- gno numero viri doctissimi aderant, quod quartum sacramentum est pœnitentiæ, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis: & horum prima pars, cordis Contritio: ad quam pertinet, vt doleat de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero. Secunda, oris Confessio, ad quam pertinet vt peccator omnia peccata, quorum memo- riam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia, Satisfactio pro peccatis secun- dum arbitrium sacerdotis, quæ quidem, vt dicit idem Concilium, præcipue fit per ora- tionem,

*Iuris natura  
sunt partes  
pœnitentiæ.*

*Hieremia 3.*

*Ionæ 3.*

*Sacramentum  
pœnitentiæ nõ  
cõpetit iustis.*

Ca. 14. *scilicet* 5  
*Verba concilij*

104n. 10.

1. Corint. 3.  
Apocal. 2.  
2. Corint. 7.  
Matth. 3.

Totus articulus  
est fidei te  
mendus.

Argumenta  
aduersariorū

Caluini  
obijcit.

Responsio.

tionem, ieiunium, & eleemosynam. Et quod forma huius sacramenti sunt verba absolutionis, quæ sacerdos profert. Ego te absoluo, &c. & effectus absolutio à peccatis. Hæc omnia latius etiam explicat & probat Concilium Tridentinum, quod sic habet: Qui vero ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo per pœnitentiæ sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare curauerint. Hic enim iustificationis modus, est lapsi reparatio, quam secundam, post naufragium deperditæ gratiæ, tabulam sancti patres aptè nuncupauerunt. Etenim pro iis qui post baptismum in peccata labūtur, Christus Iesus Sacramentum instituit pœnitentiæ, cum dixit, Accipite spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Unde dicendum est Christiani hominis pœnitentiā post lapsum multo aliam esse à baptismali: eandem continere nō modo cessationem à peccatis, & eorum detestationem, ac cor contritum, & humiliatum: verum etiam eorum sacramentalem confessionem, saltem in voto, & suo tempore faciendam: & sacerdotalem absolutionem: itemq; satisfactionem per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia: non quidem pro pœna æterna, quæ vel sacramento vel sacramenti voto, vnā cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ, vt sacra litera docent, non tota semper, sicut in baptismo fit, dimittitur illis qui gratiæ Dei quam acceperunt ingrati, spiritum sanctum contristauerunt, & templum Dei violare non sunt veriti. De qua pœnitentiā scriptum est, Memor esto vnde excideris: age pœnitentiā, & prima opera fac. Et iterum. Quæ secundum Deum tristitia est pœnitentiā in salutem stabilem operatur. Et rursus, Pœnitentiā agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ. Idem concilium in primo Canone de sacramentis in genere numerat pœnitentiā inter sacramenta nouæ legis, quæ gratiam conferunt. Concilium etiam Constantiense in bulla condemnationis Ioannis Hus, definit quòd sacerdos potest peccatorem confessum à peccatis absolvere. Et vt diximus. Nouatiani ante tempora B. Augustini ab Ecclesia iudicati sunt heretici, propterea quod negabant sacerdotes peccata posse remittere. Et Lucius tertius in cap. ad abolendam, rit. de hereticis, excommunicat eos qui aliter sentiunt aut docent de sacramentis Ecclesiæ & peccatorum confessione, quam sancta Romana Ecclesia. Quia igitur totus articulus confirmatus est per generalia Ecclesiæ Concilia, & patrum ex scripturis concordem sententiā, impium certe & sacrilegum est post Ecclesiæ & tot sacerdotum sententiā, suæ opinioni aliquid tractandum relinquere, & semel iudicata ac rectè disposita rursus in dubium reuocare. Ex quibus patet quòd totus articulus est fidei. Nam postrema pars & prima per Ecclesiam sunt definitæ. Necessitas autem constat ex verbis Saluatoris, & clarissimo Ecclesiæ consensu, quem Cyrillus, Ambro. Augustinus, & vniuersi patres explicauerunt, & secuti sunt semper.

Quamquam articulus tot habeat ex scripturis, ex concordia patrum sententiā, & plurimum Conciliorum definitionibus euidentia testimonia, non tamen pudet aduersarios ei contradicere, & vniuersas eius particulas improbare: nulla tamen scriptura aut probabili ratione adducta. Et vt hoc clarè ostendamus, audiamus, quid scripserit Ioannes Caluinus de hoc sacramento in sua institutione, & in pestilenti antidoto contra Concilium Tridentinum. Docet enim pœnitentiā non esse sacramentum nouæ legis à Baptismo distinctum, sed idem esse cum baptismo sacramentum. Aptissime, inquit, dixeris si baptismum vocaueris pœnitentiæ sacramentum. Docet præterea cum Philippo, Bucero, & aliis, quòd pœnitentiā nō est necessaria ad peccatorum remissionem, eò quòd hæc fide sola apprehenditur: quam sequuntur charitas, pœnitentiā, obedientia, & aliæ virtutes. Et duabus tantum partibus mortificatione & viuificatione pœnitentiā constare. Impugnans enim definitionem Concilij Tridentini, quam superius posuimus, ait:

*Vbi patres de reparatione post lapsum tractant, aptam esse pœnitentiæ definitionem asserunt, quòd dicit Hieronymus esse secundam tabulam à naufragio. Si dicitur Hieronymi vellem exagitare, rogarem cur non & tertiam & quartam appellauerit. Quorum enim quisque est qui non nisi vnum naufragium tota vita facit?*

Præterea quòd falsò adferat, patres asserere aptam esse pœnitentiæ definitionem dictū Hieronymi. Ait enim quòd lapsi reparationem patres aptè nuncupauerunt secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam. Nec solius Hieronymi est hæc sententiā in ca. 3. Epistolæ, & in epistol. ad Demetriadem de virginitate, & epistol. 2. ad Pammachium & Oceanum. Sed & B. Ambr. in libel. de virgine corrupta. Et antiquissimi Tertulliani in lib. de pœnitentiā, & desumpta est ex scripturis sacris, si rectè tropica hæc locutio intelligatur, in

tur, in qua plerunque non per omnia signato respondet signum. Atque huius dicti intelligentiam patres insinuant, dum addunt, Etenim pro his qui post baptismum in peccatum labuntur, Christus Iesus sacramentum statuit pœnitentiæ. Plenius Magister sentent. distict. 14. 4. Si quis, inquit, vestem innocentia in baptismo acceptam peccando corruperit, pœnitentiæ remedio reparare potest. Prima tabula est baptismus, vbi deponitur veteris homo, & induitur nouus. Secunda, pœnitentiā, qua post lapsum resurgimus, dum vetustas reuersa depellitur, & nouitas perdita resumitur. Post baptismum relapsi per pœnitentiā renouari valent, non per baptismum: quia licet homini sapius pœnitere, non baptizari. Quantum autem voles hanc sententiā & explicationem exagites, quia euangelica est, nunquam euertere poteris. Et quando quæris, Cur non & tertiam & quartam appellauerit? Obuia est responsio, quia eadem ipsa pœnitentiā, idemq; sacramentum vnicum semper est remedium, & eadem tabula: quam naufragantes si tertio, si quarto, si centies aut millies naufragati fuerint, apprehendere debent, vt reparentur, & salui fiant. Quotiescumque enim naufragium quis fecerit, vnicum est confugium pœnitentiæ & hoc sacramentum.

*Imò, quis inquam reperit est quem non ex quotidianis naufragijs eripuerit Dei gratia?*

Sed eripit per cordis contritionem, hoc est, per pœnitentiā & hoc sacramentum, quod reparandis peccatoribus atq; à diaboli laqueo eripiendis est constitutum. Nec per omne peccatum naufragamur, sed per lethalia tantum, quæ non frequenter admittunt, qui Dei habent timorem.

*Sed cum Hieronymo nihil est mihi negotij in presentia. Tridentini patres non de pœnitentiā tractant, Caluinus, sed de pœnitentiæ sacramento, quòd à Christo institutum fingunt.*

Quod de pœnitentiā dicitur, verum est & de sacramento pœnitentiæ post eius institutionem: de quo subindicat Caluinus Hieronymum non loqui. Verum quia ipsum sacramentum etiam pœnitentiā dicitur, illud etiam B. Hierony. & alij huius sententiæ auctores complectuntur. Nec patres fingunt sacramentum hoc à Christo esse institutum, sed ex verbo Christi, hoc docet, & probant: quod & te reluctantiem & inuitū in loco quòdam institutionis tuæ, quem statim citabimus, conuincit. Atq; superius ostendimus, quòd hæc est omnium Patrum & Conciliorum ex verbo Saluatoris concors sententiā, quòd scilicet pœnitentiā est sacramentum per quod peccata remittuntur.

*Vbi nam à Christo institutum fingunt? Quia dicit, Accipite spiritum sanctum, Quorum remisistis peccata, remissa erunt. Primum, si Christus hac auctoritate donauit Apostolos, estne propterea sacramenti institutio? Vbi symbolum? Vbi forma? Deinde quis ignorat munus Apostolis illic fuisse inuicem, quo erga extraneos fungerentur? Christus testimonium, quòd de peccatorum remissione Apostoli reddiduri erant mundo, confirmat. Ea porro legatio est quæ per Euangelium deseruit, & quid in ecclesiam mandatum cooperatis.*

Christus hac potestate donando Apostolos, sacrum instituit sacerdotium secundum vnam eius functionem & potestatem: cuius vsus quia sensibili signo exercetur, & remissionis peccatorum habet promissionem, simul instituit sacramentum hoc pœnitentiæ, cuius symbolum est humilis peccatoris confessio, cum submissione in sacerdotis arbitrium, quoad emendam & satisfactionem: & forma est absolutio sacerdotalis, qua peccata remittit, & se remittere pœnitenti visibili signo innotescit. Hoc modo tibi respondet Philippus Melancthon in Catechismo suo. Tres, inquit, sunt cæremoniæ in euangelio institutæ, quibus addita est promissio euangelij, hoc est gratiæ ac remissionis peccatorum, baptismus, absolutio & cæna Domini. Nam Euangelium, inquit, quod pronuntiat & proponit remissionem peccatorum propter Christum, singulis applicat priuata absolutio. Nam in euangelio institutum est ministerium annunciandi remissionem peccatorum multis aut singulis, iuxta illud, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Et ita absolutio est illustre testimonium in euangelio institutum: quæ & tu in tua institutione satis confirmas. Quòd autem dicit Apostolis illic fuisse inuicem munus, quo erga extraneos nondum in ecclesiam cooperatos, hoc est, nondum baptizatos fungerentur, verba Saluatoris non patiuntur, eò quòd absolute dicit, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, sine alicuius peccati, vel peccatoris exceptione. Et cum remittere peccata in Deū commissa sit actus iudicialis, qui nomine Dei exercetur, magis locum habet circa eos qui ecclesiæ sunt cooperati, & iam per baptismum incorporati. Nam de iis qui foris sunt ait Apostolus, Deus iudicabit. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Et cum eos qui ecclesiæ sunt cooperati contingat peccare, & in ecclesia peccatorum sit remissio, necesse est in ea esse potestatem aliquam peccata remittendi: quod superius ostendimus.

Rursus Caluini  
obijcit.  
Responsio.

Responsio.

Caluini obijcit.

Responsio.

Philippus Melancthon in Catechismo.

ostendimus concilia & patres concorditer docuisse. Nam impossibile videbatur, inquit B. Ambro. vt peccatum ablueret aqua : Et Naaman Syrus lepram suam per aquam munda- dari posse non credidit: sed quod impossibile erat, fecit Deus possibile esse, qui tantã nobis donauit gratiam. Similiter impossibile videbatur per penitentiam peccata dimitti: concessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab Apostolis ad sacerdotum officia transmissum est. Factum est igitur possibile quod impossibile videbatur. Nec vllam habet soliditatem, quod ais in verbis, Quorum remisistis peccata, &c. Christi testimonium, quod de peccatorum remissione Apostoli reddidituri erant mundo, confirmasse: Cùm ante hæc verba nulla huius testificationis facta fuerit mentio.

Caluinus.

Blatero quisquam ex monachis qui Concilium regunt, commentum suum recitauit præscribere formulam, quã in statum gratiã resisterentur, qui post baptismum lapsi erant, & annuerunt patres: locus tamen ipse clamitat impudenter se alio fuisse detortum, quã oportuit. Inde inferunt Christiani hominis penitentiam post lapsum longe aliam esse à baptismali, quasi vnã tantum speciem attingat Christus, ac non potius idem quod Luc. 24. doccat, prædicandum esse in suo nomine penitentiam & remissionem peccatorum.

Responso.

Iniuriam facis sancto & celebri patrum cœtui in Christi nomine congregato, quod scribas à monachis ipsum regi, & non potius, imò certò à spiritu Christi, iuxta eius promissionem, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, & Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Matth. 28.

Matth. 18.

Et in verbis saluatoris præscribi formulam qua in statum gratiã restituantur, qui post baptismum lapsi sunt, omnium patrum & Conciliorum, vt diximus, concors est sententia: quemadmodum ea superius citauimus: quamuis eorum nonnulli ad remissionem, quã fit in baptismo ipsum propter sermonis generalitatem extendant. Certè magna est impudentia sine vlla ratione toti orbi proponere, quod locus iste, Quorum remisistis peccata, &c. clamiter impudenter se aliò fuisse detortum quã oportet, quando videlicet refertur ad formulã qua lapsi post baptismum in gratiam restituantur: cùm multi scriptorum ecclesiasticorum propriè & peccatulariter ipsum sic interpretentur, & nemo eorum hunc intellectum excluderit: quamuis multi, vt diximus, propter verborum generalitatem comprehendant etiam peccatorum remissionem, quã fit in baptismo: in quo non ex autoritate vel potestate ministri peccata remittuntur, sed ex virtute baptismi, à quo quocunque fuerit dispensatus, seu laico, seu pagano, seu Iudæo, dicente Saluatore: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. & Beatus Augustinus: Quã est tanta vis aquæ vt corpus tangat & cor abluit? Hic autem datur in verbis Domini, vt ipse non differat, Apostolis autoritas ac potestas peccata remittendi & retinendi. Et ait B. Cyrillus circa locum Lucæ 5. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Quomodo, inquit, non ipse magis peccata dimittit, qui cæteris potestatem faciendi hoc tradidit: sicut & miracula faciendi dedit potestatem? Idem id comment. super Ioannem exponens hæc verba Christi, certè, ait, solius veri Dei est, vt possit à peccatis homines soluere. Cui enim alij præuaricatores legis à peccato liberare licet, nisi legis ipsius auctori? Qua igitur ratione diuinæ naturæ dignitatem ac potestatem discipulis suis Saluator largitus est? Quia certè absurdum non est peccata remitti posse ab illis qui spiritum sanctum in seipsis habeant. Nam cùm ipsi remittunt aut detinent, spiritus qui habitat in eis remittit & detinet. Fit autem id per eos duobus, vt arbitror, modis: primò baptismo, deinde penitentia. Nam aut credentes & vitæ sanctimonia probatos homines ad baptismum adducunt, & indignos inde prudenter expellunt: aut ecclesiæ filios, peccantes quidem in crepant, aut penitentibus indulgent.

Ioannis 3.

Tractatum Ro. in Ioannem.

Act. 2.

Act. 8.

Cap. 6.

Augustinus

Homelia 50.

quæ est de penitentia.

Aliam autem esse Christiani hominis penitentiam post lapsum à baptismali Apostolus Petrus in actibus ostendit. Baptizandis enim corde compunctis simpliciter dicit, Penitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum: Simoni autem Mago post baptismum lapsò ait, Penitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Et Apostolus Paulus in epistola ad Hebræos. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & participes facti sunt Spiritus sancti, &c. & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam, rursum crucifigentes sibi metipsos filium Dei. Terra enim sæpe super se venientem bibens imbrem, &c. Et B. Augustinus. Tres, inquit, sunt actiones penitentiae. Vna quæ nouum hominem per baptismum parturit: altera cuius actio per totam vitam istam, quã in carne mortali degimus, perpetua supplicationis humilitate subeunda est, de peccatis scilicet venialibus. Nam perpetua est Christiani hominis supplicatio, Dimitte nobis debita nostra,

stra.

stra. Tertia verò actio penitentiae est, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus continet: de quibus Apostolus ait, Qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. In hac penitentia maiorem in se quisque seueritate debet exercere. Ascendat itaq; homo aduersum se tribunal mentis suæ: & constituto in corde iudicio adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia. Et postea: Cùm in se protulerit seuerissimã medicinã penitentiam, veniat ad antistites, per quos illi in ecclesia clauis ministrantur &c. Atque B. Cyprianus ostendit difficilem esse penitentiam in relapsis post baptismum, & inuehitur contra facilitatem quorundam sacerdotum in recipiendo ad pacem & communionem: & circa finem sermonis, Deus inquit, quantum patris pietate indulgens semper & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus. Quã magna deliquimus, tam granditer desecamus. Alto vulneri diligens & longa medicina non desit: penitentia crimine minor non sit. Ideo Damascenus vocat penitentiam laboriosum baptismum, Sextum, inquit, est baptismum, quod per penitentiam & lacrymas verè laboriosum est. Multò igitur alia est penitentia hominis Christiani post lapsum, quã baptismalis.

Gala. 5.

Cyprianus in sermone de lapsis.

Damascenus lib. 4. ortho- doxæ fidei cap. 10.

Nec aliquod incommodum vel inconueniens est, si hoc loco, Quorum remisistis peccata &c. vnã tantum speciem penitentiae Dominus attingat: quoniam potius nullam hic penitentiae speciem videtur attingere, sed tantum potestatem peccata remitti ijs quos penitet, & qui sua peccata confitentes iudicis hic constituti arbitrio se subiiciunt: sicut solum baptismi facit mentionem cum ait apud Marcum: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et apud Matth. baptizandi ministerium iniunxit, quando dixit, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Non enim vbiq; scriptura dicit omnia. Et cap. 24. Lucæ, quod citas nullam facit potestatis peccata remittendi mentionem, sed penitentiae tantum, & remissionis peccatorum, quas per apostolos Dominus prædicari mandauit non tantum baptizandis, sed in vnuerfum omnibus, qui peccassent: quemadmodum Petrus Simoni Mago, atq; in Apocalypsi Ioannes Apost. episcopus in Epheso, in Pergamo, & in Sardis ciuitatibus penitentiam annunciauerunt. Et Apostolus Paulus ad penitentiam hortatur Romanos: & Corinthios. Pro Christo, inquit, legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo, Credimus enim in ecclesia remissionem peccatorum, & illam fieri incorporatis ecclesiæ, & non solum his qui in ecclesiam recipiuntur.

Marci 28.

Matth. 28.

Rom. 2.

2. Cor. 5.

Non distitemur doctores sanctos variare circa tempus, in quo Saluator Apostolis dixit hæc sunt verba quæ locutus sum vobis, &c. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas: & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius, penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes: vos autem estis testes horum. Nam secundum b. Augustinum Lucas hic commemorat, quæ Ioannes prætermiserat, describens primã apparitionem factam Apostolis, post verba, Quorum remisistis &c. Hunc intellectum sequitur Ioannes Caluinus, & aliquid apparentiã adferre videtur eius argumentationi: quia dicitur apud Lucã, In omnes gētes, incipientibus &c. nec tamen hoc sensu supposito concludi potest, quod verba domini, Quorum remisistis peccata &c. intelligenda sunt tantum de remissione peccatorum, quæ fit circa initiandos in baptismo, eò quod tam Ioannis quã Lucæ verba sint generalia, vt cõprehendere possint peccata baptizatorum, sicut eorum qui nondum ecclesiæ sunt coaptati. Et quando Dominus apparuit Apostolis vndecim in Galilæa, speciale mandatum in remissionem peccatorum baptizandi eis dedit. Apud Ioannem verò potestatem dedit & mandatum peccata remittendi, quasi ex iudicio & causæ cognitione, quorundã peccata iubens remitti, aliorum autè retineri. Est autem probabilius quod verba Lucæ dicta sunt die ascensionis Domini, eò quod separari non possunt ab eo quod apud eundem sequitur, Vos autem testes estis horum, & ego mitto promissum patris, etc. Quæ ex actibus Apostolorum certum est dicta esse die ascensionis Domini, quo modo ea intelligit & collocat Andreas Oseander in sua harmonia, atq; doctores alij. Vide Caluine & expende, quã infirma sint quæ contra Cõciliij definitionem adducis. Nullã hic audimus scripturã, sed nuda verba & quæstiones. Vbi, inquit, symbolum? vbi forma? Deinde: Quis ignorat munus illic Apostolis fuisse iniunctum, quo erga extraneos fungerentur, Item, Locus ipse clamitat, impudenter se aliò fuisse detortum, quã oportuit. Nullæ hic scripturæ, quibus expugnari possit & enerti Concilij huius definitio. Maior reuerentia & authoritas ecclesiæ debetur quæ in Concilij loquitur per spiritum sponsi sui, quã vt ab ea recedatur propter huiusmodi sophisticalas rationes.

Lucæ 24.

Ioannis 20.

Matth. 28.

Remissio peccatorum fit ex iudicio et casu se cognitione

Sed proferamus quæ dicis contra hoc sacramentum in tuã institutione christianæ religionis,

K

gionis.

gionis, atque expendamus an sint probabiliora maiusque pondus habeant & efficaciam. Nam ips quæ contra partem pœnitentiæ Confessionem & Satisfactionem in antitodo scribis, circa articulum quintum & sextum respondebimus. Contra hoc sacramentum pœnitentiæ in institutione tua sic habes.

Calvinus.

Romanenses & scholastici dicunt pœnitentiam externam esse sacramentum, & existimari debere signum esse interioris pœnitentiæ, id est contritionis, quæ erit res sacramenti: externam vero esse sacramentum duntaxat: internam autem rem & sacramentum: & remissionem peccatorum rem tantum, & non sacramentum.

Responsio. Magister dist. 22. 4.

Magister sententiarum hanc sententiam proponit sine definitione: doctores autem scholastici de hac sententia per eum proposita, vt supra diximus, variè opinantur: quidam quod sola absolutio sacerdotis est sacramentum, & non pœnitentia exterior: alij, quod sacramentum pœnitentiæ sint absolutio & confessio. Probabilior tamen magisque conformis Conciliorum definitionibus est opinio B. Thomæ, Bonaurenturæ & veterum doctorum scholasticorum, qui sequuntur sententiam quam Magister sententiarum proponit, & hic citatur à Caluino. Nam à materia magis nomen sumunt sacramenta, quam à forma: tamen si sacramenti rationem non habeant, forma non coexistente. Sic baptisimus, chrisinatio in fronte, & extrema unctio à materiali nomen sortiuntur: similiter & hoc sacramentum dicitur pœnitentia externa, quæ consistit in humiliatione pœnitentis secundum contritionem, accusationem, & satisfactionem, quæ secundum Concilium Florentinum sunt quasi materia huius sacramenti, & absolutio sacerdotis forma: hæc autem simul iunctæ significant pœnitentiam internam, secundum quod per ipsam est perfecta culpæ remissio, eamque efficiunt, quam tamen imperfectam pro suo habent principio & radice. Nam Deus vtrique, ex parte pœnitentis scilicet & ipsius sacramenti concurrat. Inspirat enim internam pœnitentiam in ordine etiam ad sacramentum, & vt clauibus ecclesiæ se peccator subijciat: & ex parte sacramenti concurrat, ordinando sacramentales actus exteriores (qui in humiliatione pœnitentis consistunt) ad pœnitentiã internam: per sacramentum ipsam perficiendo, vt faciat ex attrito concritum: dum sacramento mediante vitur etiam Deus actu interiori pœnitentiæ ad remissionem peccatorum, per quod actus hic interior fit res & sacramentum. Ex quo apparet, quod sacramentum significat & causat internam pœnitentiam: & hæc significat & causat remissionem peccatorum. Sunt enim instrumenta subordinata Deo principaliter agentia: sicut baculus quo moueo lapidem, est instrumentum subordinatum manui, qua moueo baculum. Et quamuis plures doctores scholastici opinentur solam formam, scilicet absolutiorem, habere causalitatem: quemadmodum in sacramento Eucharistiæ, & ita sacramentum istud solum ratione formæ operari remissionem peccatorum, atque hanc opinionem sit secutus B. Tho. circa dist. 22. quarti sententiarum: verisimilior tamen est sententia, quam tradit in 3. parte quæst. 86. artic. vltimo, scilicet quod totum sacramentum pœnitentiæ, compositum scilicet ex actibus pœnitentis & absolutiõne, ex quibus vnum fit sacramentum, causat remissionem peccatorum ratione vtriusque partis: principaliter tamen ratione formæ: secundariò autem ratione actuum pœnitentis, vt subordinantur clauibus ecclesiæ. His enim ex hoc ipso quod efficiuntur pars sacramenti, vitur Deus vt parte materiali sui instrumenti ad causandam remissionem peccatorum: sicut hoc ipso quod aqua adhibetur ad baptizandum, Deus ea vitur vt parte materiali sui instrumenti ad regenerandum sibi filios. Sed super istis vobiscum non contendimus. Sunt enim probabilia, in quibus vnicique licet in suo sensu abundare, atque sequi quam velit opinionem. At caput nostræ controuersiæ est, an sit aliquod sacramentum à Christo institutum reconciliandis post baptismum lapsis, sicut inter nos conuenit quod reconciliandis & regenerandis Christo extraneis nondum in ecclesiam coaptatis institutus sit baptismus. Et hæc quæstio fidei est in qua intellectum nostrum captiuare debemus in obsequium scripturarum & definitionis Conciliorum & patrum ex scripturis. Nihil igitur propositæ controuersiæ, quæ citas ex Magistro sententiarum conducit. Nec refert falsa sint an vera.

Humiliatio pœnitentis externa est sacramentum pœnitentiæ.

Pœnitentiæ externa facit etiam remissionem peccatorum.

Calvinus.

Qui sacramenti definitionem supra à nobis positam memoria tenent, & ad eam exigunt, id quod dicunt esse sacramentum, inuenient non esse ceremoniam à Domino institutam ad fidei nostræ confirmationem.

Responsio.

Ostendimus & nos superius sacramentum esse ceremoniam siue signum externum à Domino institutum, non tam ad fidei confirmationem, quam ad efficaciter significandum & operandum nostram salutem. Condonemus tamè nunc Caluino, quam proponit sacra-

sacramenti definitionem: Certè hoc sacramentum est externa ceremonia cum absolute rione sacerdotis, inò & sine ea est humiliatio pœnitentis, se apud sacerdotem accusantis, quæ externa est ceremonia. Absolutionem autem esse à Domino institutam quoad efficacem significationem diximus supra, idem ostensuri circa articulos sequentes de confessione & satisfactione. Sed obijcit Calvinus Augustinum definire sacramenta esse instituta visibilia, vt carnales ab his quæ oculis cernuntur, ad ea quæ intelliguntur, sacramentorum gradibus transferantur: Quid, inquit, tale aut ipsi vident, aut aliis queunt ostendere in eo quod pœnitentiæ sacramentum vocant? Idem alibi: Sacramentum ideo dicitur, quia in eo aliud videtur, aliud intelligitur: quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Neque, inquit, villo modo sacramentum pœnitentiæ, quale fingunt ipsi, conueniunt hæc, vbi nulla species est corporalis, quæ spiritualem fructum representet.

Obiectio. li. 3. quæstio. nra. vet. test.

In sermone quoad de baptismo in infans.

Responsio.

Videre hic licet & ad oculum ostendere, quod humiliter genibus flexis, pœnitens sua confitetur peccata, & à sacerdote absoluitur: quamuis per instituta visibilia Augustinus intelligat sensibilia, hoc est signa, quæ sensu aliquo externo percipi possunt. Percipiuntur autem auditu confessio & absolutio. Et etiam si hic nulla esset species corporalis, signum tamen hic est corporale siue sensibile. Et absolutio sacerdotis representat remissionem peccatorum, iuxta promissionem Christi: Humiliatio autem pœnitentis contritionem cordis, per quam sacramentum remittit peccata. Nec agimus hic de qualitate sacramenti, sed de substantia, atque ita nihil refert quale fingatur.

At vt istas velas in sua harena consciam, si vllum hic est sacramentum, nonne longe speciosius iactari poterat absolute rionem sacerdotis sacramentum esse, quam pœnitentiam internam vel externam?

Calvinus.

Responsio.

Non est hic scopus disputationis quid sit sacramentum pœnitentiæ, aut quale sit: sed an sit aliquod institutum ad remittendum peccata baptizatorum. Et, vt diximus, non est propriè quæstio fidei, an hoc sacramentum debeat dici absolutio, an actus pœnitentis. Diximus enim vnicique licere in suo sensu hic abundare. Libenter autem tibi condonamus quod sacramentum pœnitentiæ est absolutio, modò tu vicissim nobis annuas aliquod esse sacramentum pœnitentiæ à baptismo distinctum.

Promptum enim erat dicere absolute rionem sacerdotis ceremoniam esse ad confirmandam fidem nostram de peccatorum remissione habereque, promissionem clauium, vt vocant: Quodcumque ligaueritis aut solueritis super terram, erit solutum & ligatum in calis. Sed obiecit quispian, plerisque absoluti à sacerdote non esse sacramentum peccatorum, quibus nihil accedit tali absolute rione: quum ex eorum dogmate sacramenta nona legis efficere debeant quod figurant. Ridiculum. Vt in Eucharistiâ duplicem manducationem statuum: sacramentalem, quæ bonis aequè ac malis communis est: spiritualem, quæ bonorum tantum est propria. Cur non & absolute rionem bisariam percipi fingerent? Nec tamen hæcenus intelligere potui quid sibi vellent cum illo suo dogmate, quod quom longè à Dei veritate distideat, docuimus: quum id argumentum serid tractaremus. Tantum hic ostendere volo, hunc serupulum nihil impedire quod minus absolute rionem sacerdotis, sacramentum nuncupent. Respondent enim per os Augustini, sanctificationem esse sine visibili sacramento, & visibile sacramentum sine interiori sanctificatione. Item, Sacramenta in solis electis efficere quod figurant. Item, induere Christum alios vsque ad sacramenti perceptionem, alios vsque ad sanctificationem: illud bonos & malos pariter facere, istud solus bonos. Sanè hallucinati sunt plusquam pueriliter, & cæcitate in sole fuerunt, qui cum multa difficultate astinarent, rem claram aded & cuius obuiam non perseverarent.

Calvinus tue tur absolutio nre esse sacramentum peccatorum.

Lib. 3. quæst. vet. test. De bapt. parauit. li. 5. de baptismo contra Donat.

Responsio.

Hic locus est, quem superius citauimus pro sacramento pœnitentiæ ex Caluino: vbi aduertas eum confiteri rem planam esse, & cuius obuiam, quod absolute rione dici possit sacramentum pœnitentiæ: id quod etiam egregiè tuetur contra primariam obiectionem quæ in aduersum fieri posset, veritatis euidencia conuictus. Et defendit esse sacramentum secundum suam etiam ipsius definitionem. Et nos supra ostendimus euangelicam veritatem esse, quod sacramenta ex opere operato efficiant, quod figurant. Sed ne non aduerteret receptæ ab antiquitate veritati, addit argumenta, per quæ serid probari putat, quod nec absolute rione sacerdotis est sacramentum pœnitentiæ. Ait enim:

Ne tamen animos tollant quacumque in parte, siue scilicet in pœnitentia externa, siue in absolute rione sacramentum posuerint, meo iure haberi pro sacramento. Primum, quod nulla Dei promissio singularis ad hanc rem extet, vnica sacramenti hypostasi. Deinde, quod quacumque hic ceremonia proferatur, merum sit hominum inuentum: quum ceremonias sacramentorum, non nisi à Deo institui posse iam definitum sit. Mandatum ergo & imposta fuit, quod de sacramento pœnitentiæ commentum sunt.

Calvinus.

Frequenter diximus manifestam hic esse promissionem, quam ipse Caluinus satis agnoscebat sententia præcedenti, Quodcumque ligaueritis aut solueritis, &c. Et nos dicimus

Responsio.

Matth. 18.  
Ioannis. 20.

cam apertius esse apud Ioannem, Quorum remisistis, &c. Diximus etiam hic esse ceremoniam in actibus poenitentis, & in absolutione sacerdotis: Atq; hanc habere efficacem significationem ex Christi institutione, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis.

Calvinus.

Ementitum hoc sacramentum ornatum quo decebit elogio, secundum esse tabulam post naufragium: quia si quis vestem innocentiae in baptismo perceptam, peccando corruperit, per poenitentiam reparare potest. Sed dictum est Hieronymi. Cuiuscunque sit, quin plane impium sit, excusari nequit. Quasi vero per peccatum deleatur baptismus: & non potius in memoriam reuocandus sit peccatori, quoties de peccati remissione cogitat: ut illinc sese colligat, animumq; recipiat, & fidem confirmet: peccatorum remissionem se impetraturum, quae sibi in baptismo promissa sit. Aptissime itaque dixerit, si baptismum vocaueris poenitentiae sacramentum, quum in consolationem ys datus sit, qui poenitentiam meditantur. Quod ne commentum esse nostrum putes, praeterquam quod scripturae verbis conforme est, apparet in veteri ecclesia fuisse prouulgatum instar certissimi axiomatis. Nam in libello de fide ad Petrum, qui Augustino inscribitur, baptismus sacramentum fidei & poenitentiae dicitur. Et quid ad incerta consuetudo? Quasi vero apertius quippiam requirendum sit, quum quod recitat Euangelista, Ioannem praedicasse baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum.

Cap. 30.

Marci 1.

Responsio.

Hoc sacramentum à Christo esse institutum, non ab hominibus ementitum, clarè superius ostendimus. Probas autem & tu sententia praecedenti ex scriptura, quae habet promissionem remissionis peccatorum: respondesque argumento quod non male opponi posset. Porro elogium eius verissimum esse, quod scilicet post naufragium sit secunda tabula, non ex foliis Hieronymi, sed & aliorum patrum, sed & scripturae sacrae testimonis supra docuimus. Et manifestè testatur scriptura, quòd si quis vestem innocentiae in baptismo perceptam peccando corruperit, per poenitentiam reparare potest. Docet hoc B. Ioan. in Apocalyp. Memor esto vnde excideris, & poenitentia age, & prima opera fac.

Apo. ca. 2. et 3.

August. lib. 2  
contra epistolam  
Parmeniani  
cap. 13.

Item in mente habe qualiter acceperis & audieris, & poenitentiam age. Et quia hoc sensu hic tropus intelligitur de secunda tabula post naufragium, magna est impietas & impudentia dicere hoc dictum impium esse, siue sit Hieronymi, siue cuiuscunque alterius: nec posse excusari. Nec deletur per peccatum baptismus, quum fieri non possit, vt baptizatus non sit, qui baptisma aliquando suscepit. Nec ad praeterita sit potentia: Hoc solo, inquit quidam philosophorum, priuatur Deus, quòd infecta reddere non possit quae sunt facta. Nec debilis est character baptismalis, iuxta Augustini sententiam, & ipsam definitionem sedis Apostolicae in cap. Maiores. De baptismo & eius effectu. Item queritur: alii tamen eius effectus per peccata tolluntur. Faciunt enim ex filio Dei & membro Christi, seruum & mancipium diaboli. An verò expirent, & inanes fiant per peccatum promissiones in baptismo factae, magna indiget discussione, & fortassis distinctione, quas praesens tractatus non requirit: vtrunque tamen hoc fuerit, & in memoriam reuocetur baptismus, non remittuntur mortalia peccata post baptismum admissa, nisi per poenitentiam atque sacramentum istud, saltem voto susceptum: sicut definiuit Concilium Trident. Et ideo quotiescunque de huiusmodi peccati remissione cogitatur, ad sacramentum poenitentiae recurrere oportet: & illinc se colligere, animumq; recipere, quòd per ipsum peccatorum remissionem, iuxta promissionem Christi sit accepturus. In hoc enim sacramento, nò in baptismo, horum peccatorum promissa est remissio: Quid precor soliditatis habere potest argumentatio, quae ex huiusmodi paradoxis procedit & concluditur: tanquam principis innititur, quae falsa sunt, & absurda, ac scripturis contraria? Nec solum non aptissime, sed ineptissime, Imò absurdè dicitur baptismus sacramentum poenitentiae: & quòd in consolationem datus sit his qui poenitentiam meditantur. Non enim baptismus, sed Sacramentum poenitentiae in consolationem & reparationem eis à Christo est institutum. Haec enim est medicina curandis morbis peccatorum prudenter à Christo praeparata: iuxta sententiam Apocalypsis, Memor esto vnde excideris, & age poenitentiam, & prima opera fac: Sin autem, venio tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo. Et Saluator, Nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

Apo. ca. 2.

Luce 13.

Cap. 30.

Nec tuo fertur error, quod in libello de fide ad Petrum, baptismus dicitur sacramentum fidei & poenitentiae. Eodem namq; capite statim explicatur hoc propterea dici, quia maioribus, hoc est, adultis, necessarium est & poenitentiam de malè admissis agere, & fidem catholicam secundum regulam veritatis tenere: idque antequam sacramentum baptismatis accipiant. & apud Marcum dicitur Ioannes praedicasse baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum: eò quòd poenitentiam requirat baptismus, vt suos pariat fructus, & solis detur poenitentibus. Argumentatur praeterea contra auctoritatem absoluentium poenitentes eodem cap. Institutionis:

Cap. 1.  
Calvinus contra  
auctoritatem  
absoluentium  
de poenitentibus.

Nunc

Nunc videndum est de potestate clauium, in qua regni sui proram confessorum constituant. Ergo sine causa, inquit, sunt clauis. Ergo sine causa dictum est, Quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelis. Frustratur ergo verbum Christi.

Cui respondetur, non confessoriorum duntaxat, sed & B. Augustini sunt haec verba, lib. 50. Homiliarum: agite, inquit, poenitentiam, qualis agitur in ecclesia, vt oret pro vobis ecclesia: Nemo sibi dicat, Occultè ago: apud Deum ago: Nouit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Contra quem tanquam absurdissimum infert August. Ergo sine causa dictum est: & reliqua quae hic proponit Calvinus. Et lib. 2. de adulter. coniug. In Ecclesia per clauis regni calorum, non dubitatur fieri remissio peccatorum. Eandem sententiam habet B. Amb. lib. 1. de poenitentia. Sed aiunt (supple Nouatiani) se Domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem reseruant: Imò nulli maiorem iniuriam faciunt quàm qui volunt eius mandatum rescindere, commissum munus rescindere. Nam cum ipse in euangelio suo dixerit Dominus Iesus. Accipite spiritum sanctum: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: quorum retinueritis retenta erunt: Quis est ergo qui magis honorat, vtrum qui mandato obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in vtroque seruat obedientiam, vt peccatum & alliget & relaxet: haereticus in altero immitis: in altero inobediens, vult ligare quod non soluit, non vult soluere quod ligauit. In quo se sua damnat sententia. Dominus enim par ius & soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrunque pari conditione permisit: Ius autem hoc tantum sacerdotibus permissum est. Videat igitur Calvinus, quomodo se ab infamia Nouatianorum excuset, qui absoluedi à peccatis potestatem in Ecclesia apud sacerdotes esse diffusetur, & impugnari nisi referatur absolutio & ligatio ad euangelij annunciationem, còtra omnium veterum damnantium Nouarianos & Conciliorum sententiam. Addit ipse,

Respondet ad interrogationes (videlicet ex Augustino supra propositas) grauem fuisse causam, cur darentur clauis: quemadmodum superius exposui.

Sed exposuisti, quod clauis sunt Euangelij praedicatio, per quod caelestis regni ianuae aperiantur his qui per Christum accessum ad patrem quaesierint, & clauduntur his qui ab hac via diuerterint: at longè aliud fuisse apud patres & concilia de clauibus iudicium, eas scilicet esse potestatem remittendi & retinendi peccata, superius clarè ostensum est. Iterum Calvinus.

Sed quid si vno gladio omnibus huiusmodi posulatis ansam praedam, sacrificulos non esse Apostolorum vicarios, nec successores.

Quantumcumq; coneres, nunquam praecides: nimis credibilia sunt huius veritatis testimonia, quòd Episcopi sunt, non vicarij, sed successores Apostolorum. Et huius potestatis factos esse participes etiam sacerdotes. Ius enim hoc, inquit, Ambro. solis permillum sacerdotibus est, & munus hoc sancti spiritus est officium sacerdotis. Et statim postea Relaxandi licentiam sacerdotibus suis sine vlla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggerauerit, exagget etiam poenitentiam. Maiora enim crimina maioribus delentur fleatibus. Et lib. 2. Impossibile videatur per poenitentiam peccata dimitti: concessit hoc Christus Apostolis suis: quod ab Apostolis ad sacerdotum officia transfusum est. Et Beatus Chryostomus de dignitate sacerdotibus, inquit, omnis commissa est potestas caelorum. Quorumcumque enim ait, dimiseritis peccata, dimittentur: & quorumcumque tenueritis, tenebuntur. Quae potest inueniri maior potestas? Omne iudicium dedit pater filio: at hoc video à filio totum sacerdotibus esse commissum. Vbi multò magnificentius de his clauibus atque hac potestate sacerdotum scribit quàm Calvinus, ad solam Euangelij praedicationem eas referens. Et quidem (ait Chryostomus) Sacerdotes in veteri testamento habebant potestatem curandi corporis lepram: imò non curandi, sed ostendendi tantum eos quos constabat esse mundatos. At hi non corporis lepram, sed immunditiam mentium, non ex parte probandi, sed omnifariam mundandi obtinent potestatem. Nec patiuntur verba Euangelij, Remittere, retinere, Soluere & ligare, Calvinus interpretationem: eò quòd actus significant iudiciales.

Nunc vnde se munire maxime volunt, omnesq; eorum munitiones deiciamus: Christus non ante Apostolis ligandi & soluendi potestatem fecit, quàm eos spiritu sancto donauit. Nego igitur illis competere clauium potestatem, qui non acceperunt prius spiritum sanctum.

Beatus Hieronymus ad Hedibiam docet spiritum sanctum dari ad varia munera. Nam huius quaestiois, inquit, qua quaeritur quomodo Saluator secundum Ioannem infusus spiritum sanctum in Apostolos, & secundum Lucam post ascensionem se missurum promittit, Perfacilis solutio est, si, docente Apost. Paulo, spiritus sancti diuersas gratias noue-

Homil. 49.

Cap. 9.

Cap. 2.

Ad baptizatos  
referi Ant  
bro. haec verba  
Domini.

Calvinus.

Responsio.

Calvinus.

Responsio.

Lib. 1. de pecc. nitenia ca. 2.

Cap. 2.

Lib. 3. cap. 53.

idem cap. 61.

Calvinus.

Responsio.

Quest. 9.

1. Corint. 12.



nouerimus. Prima igitur die resurrectionis acceperunt spiritus sancti gratiam, qua peccata dimitterent, baptizarent, & filios Dei facerent, & spiritum adoptionis creditibus largirentur, ipso Salvatore dicente, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Die autem Penthecostes eis amplius repromissum est, vt baptizarentur spiritu sancto, & induerentur virtute ex alto. Sic & B. Chrysolomus interpretatur, quod acceperunt spiritum sanctum in potestate remittendi & retinendi peccata. Er B. Ambr. lib. 1. cap. 2. paulo superius citato.

2. Corinti. 4.

Munus, inquit, spiritus sancti, est officium sacerdotis: ius spiritus sancti in soluendis ligandisque criminibus est. Non igitur requirit hac potestas, nec etiam eius usus, vt sacerdos eius minister spiritum sanctum inhabitantem & sanctificantem habeat: sicut nec aliorum sacramentorum ministratio. Ita enim per malos ministros vt per bonos, electorum salutem operatur Deus in sacramentis & euangelij prædicatione. Sic nos, inquit Apostolus Paulus, existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Hic iam quaeritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur, cum multi infideles sint & indigni ministri. Quid igitur si tu negas vllis competere, qui non prius acceperunt spiritum sanctum inhabitantem (Sic enim intelligere videris.) Quem fidelem ecclesie filium tua mouebit negatio? quando affirmant scripturæ & ecclesia catho-

Sermone 66. super Galatas.

lica quod tu negas? Nam beatus Bernardus & Concilium Constantinense in condemnatione articuloſi Ioannis VVyclef hæreticum iudicant, quod tu affirmas. Air enim B. Bernardus, peccatores, inquit, sunt apostolici episcopi & præbyteri, ac per hoc nec dandis nec accipiendis idonei sacramentis. Nunquam duo ista conuenient, episcopus esse & peccatorem. Falsum est, ait Bernardus: Episcopus erat Cayphas, & tamen quantum peccator, qui in dominum mortis dictabat sententiam. Apostolus erat Iudas, & licet avarus & celeratus, electus à Domino. Ministros Christi habet bonos & hypocritas. Et B. Augustinus contra Donatistas. Sicut vrgeri videor, cum mihi dicitur, Ergo hæreticus dimittit peccata? Sic & ego vrgeo, Ergo avarus, raptor, vel fenerator dimittit peccata? Cui responderet, Si per vim sacramenti Dei, sicut isti, sic & ille: Si per meritum suum, nec ille, nec isti: quamuis secundum eum minister bonus, qui est membrum columbæ, modo quodam peccata dimittit, quo non malus.

Caluinus.

Nego quenquam clauibus vni posse, nisi præeunte docenteq; spiritu sancto, & docente quid agendum sit: spiritum sanctum habere se illi negantur, sed re ipsa negant.

Responsio.

Diuersa sunt spiritum sanctum habere inhabitantem & sanctificatorem, & eum habere præeuntem, docentem & dictantem quid agendum sit, vt clauibus quis vt possit. Nam prius falsum esse ostendimus: quod autem posterius dicitur amplectimur, & libenter cõfitemur, & quod ideo præmissit Dominus, Accipite spiritum sanctum, vt intelligamus non ad libitum ministros Christi posse remittere & retinere peccata: sed tantummodo spiritu sancto ad hoc mouente: vt donum spiritus sancti, eiusque acceptio non solum ad facultatem, sed etiam ad vsum facultatis referatur: vt efficax sit tamen remissio, quam detentio: vt sensus sit: Quorum remisistis peccata spiritu sancto mouente & dirigente, remittuntur eis: quo sensu hæc verba Christi citat, & intelligit B. Dionysius. Sacerdos, inquit, sicut mouetur, agit: nec motibus eius irrationabilibus obtemperat Deus. Hoc autem peculiare habet istud sacramentum. Non enim in baptismo, nec in Eucharistia, quando datur potestas consecrandi: sed in solo hoc sacramento præmittit Dominus, accipite spiritum sanctum. In Eucharistia enim dicit, Quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Et in baptismo. Docete omnes gentes, baptizantes eos. Hic autem, Accipite spiritum sanctum, ad significandum quod actio sacramentalis in ministro hic requirit spiritum sanctum dirigentem & mouentem, & internum iudicium hominis, ac peccatorum eius, secundum spiritum sanctum. Nec mirum istud videri debet, quando consideratur, quod sacerdos in huius sacramenti administratione iudex est vice Christi, qui cognoscat & pronunciet: non de rebus prophanis, sed in materia lese Maiestatis diuinæ & peccatorum: à quibus hominis salus æterna pendet atque damnatio. Quare diligenti opus est inquisitione ac discretione inter lepram & non lepram, & inter lepræ & peccatorum ac circumstantiarum varietates. Nam B. Hieronymus, Alligat, inquit, hic vel soluit episcopus vel præbyter, non eos qui infontes sunt, vel noxii, sed pro officio suo cum peccatorum audierit varietates, sicut qui ligandus sit, quive soluendus. Air enim iudicibus Iosaphat rex, quos per singulas ciuitates constituebat. Videte quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcumque indicaueritis in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligencia cuncta facite. Nec sacerdos solum iudex est, sed & medicus: non solum iudicio suo morbum peccati tollendo, verum etiam vt prudenti

In cõment. circa, ad. Mat. 16. 2. Paralip. 19.

consilio præseruet, ne quis in morbum recidat. Ideo monet Origines, Proba prius medicum, cui debeas causas languoris ostendere. Est enim officium sacerdotis, consilio iuare penitentem, vt impleat propositum suum de cauendis peccatis. Quum igitur res multum ardua sit atque difficilis bene fungi hac potestate, nihil mirandum ad hoc opus esse directione ac motione spiritus sancti: mouet autem & dirigit spiritus sanctus ad remittenda & retinenda peccata, quando legitime prudentiæ & recto consilio vtimur hac functione, eò quod spiritus sanctus est spiritus sapientiæ, scientiæ, consilij, & timoris Domini.

Atque hæc quidem machina in vniuersum subuertuntur, vt cuiuscunque oblij clauem se habere iactent, semper interrogandi sint, habeant ne spiritum sanctum, qui clauium est arbiter & moderator.

Malignum & temerarium est iudicium, si in vniuersum sacerdotes & episcopos vacuos esse iudicas spiritu sancto inhabitante: multi certò confidunt se templa esse spiritus sancti, & reuera sunt. Sed ostendimus hoc non oportere ad hoc vt vsum clauium exerceant legitimum: quodq; spiritus sanctus possit esse clauium arbiter et moderator, etiam dum ministros non sanctificat. Nec disputatio hoc loco est de sanctitate vel qualitate ministri, quam sacramentum requirit: sed de substantia huius sacramenti, an scilicet sit aliquod sacramentum penitentiae à Christo institutum.

Si habere spiritum sanctum se respondent, vni sum interpellandi sunt an errare possit spiritus sanctus: istud diserte proferre non audebunt. Inferendum ergo erit, nullos sacrificios habere clauium potestatem, qui passim sine delectu soluant, quæ ligari Dominus voluerit, ligant quæ solui iusserit.

Errare spiritus sanctus non potest: frustrantur tamè aliquando sacramenta effectu, ad quem ab ipso sunt instituta, propter suscipientis impedimentum, vel abusum potestatis in ministro, & male conclusis eos qui sine delectu soluant & ligant, non habere clauium potestatem, sed veriuis in ferres quod potestate quam habent, abutuntur: sicut princeps tyrannicè républicam, & pater vel dominus male suam familiam gubernans, vere potestatem habent ciuilem vel domesticam, qua tamen abutuntur.

Atqui hæc potestas est, Quodcumque ligaueris, aut solueris in terra, erit in caelis ligatum & solutum: aut erit promissum Christi mentiri oportet: aut bene ligant & soluant, qui sunt hæc potestate præditi. Nec est quod tergiversentur Christi dictum limitari secundum meritum eius qui ligatur aut soluitur: quodque & nos fatemur nec ligari nec solui posse, nisi dignos qui ligentur, aut soluantur: sed habent euangelici nuncij verbum quo dignitatem hanc merentur, nempe fidem: & credentes in Christum soluant à peccatis, & incredulos ligant.

Et nos verbum habemus quo dignitatem hanc metiamur. Nam penitentes super peccatis admissis verè soluiunt, & peccata remittimus: impenitentium verò peccata retinemus. Et verbum Saluatoris, Quodcumque ligaueris aut solueris, & Quorum remisistis peccata, intelligimus, si digni sint remissione aut retentione: fieri enim potest quod sacerdos legitime suo fungatur officio, non tamen remittantur eius peccata, quem sacramentaliter absoluit, vt si fictum se atque hypocritam exhibeat apud sacerdotem is qui confiteatur: legitime enim tunc sua fungitur potestate, nec tamen sequitur effectus sacramenti propter obicem quem inuenit: ipse autem absoluit quantum in ipso est, atque sacramentum ministrat efficax ad remittendum peccata. Nam sacramenta, cum sint signa efficacia, verè habere possunt significationem, quamuis non sequatur effectus significatus, & hoc propter subiecti in dispositionem, sicut diximus circa primum articulum.

Est & aliud Caluini in hoc articulo paradoxum, videlicet quod per penitentiam non fit peccatorum remissio: imò quod nec eam præcedit, sed sequitur, saltè natura. Ita enim habet, Proximus à fide in penitentiam transitus esse debet, quæ non fidem ipsam subsequitur tantum, sed inde etiam nascitur. Intelligit autem fidem non vulgarem historie Euangelicæ, quasi verbi diuini assensum, cum dicat totam scripturam reclamare eis, qui fidei nomine dignantur persuasionem timore Dei & pietate vacuam: sed intelligit fidem iustificantem, quam ipse definit diuinæ erga nos beneuolentiæ firmâ certamq; cognitione, quæ gratuita in Christo promissionis veritate fundata, per spiritum sanctum & reuelatur mentibus nostris, & cordibus obfiguratur. Promissionis, inquit, quæ declarat nostram salutem sibi curæ studioq; esse, & testificatur se proprium esse patrem. De qua postea dicemus circa articulum octauum & nonum. De hac fide apprehendente iusticiam, dicit quod eam subsequitur penitentia.

Cum enim, inquit, venia & remissio per euangelij prædicationem ideo peccatori offeratur, vt à misera seruitute peccati & mortis liberatus, tradatur in regnum Dei, euangelij gratiam nemo fide amplecti potest, quin ex errore vitæ prioris in rectam vitam se recipiat, & totum suum studium ad penitentiam meditatur.

In psal. 37.

Caluinus.

Responsio.

Caluinus.

Responsio.

Caluinus.

Responsio.

Qui soluendi, et qui ligandi. Matih. 16.

Caluinus cas de penitentia.

Caluinus.

meditationem applicet. Neque tamen cum resuscitatie originem ad fidem referimus, spacium ali- quod temporis somniamus, quo ipsam parturiam, sed ostendere volumus non posse hominem poenitentiae seruo studere, nisi se Dei esse nouerit: Dei autem esse nemo vere persuasus est, nisi qui eius gratiam prius apprehenderit.

Et responderere conatur scripturis Marci. 1. Poenitemini, & credite euangelio, & Act. 20. & alijs in quibus poenitentia fident praecedit. Et hoc dogma uiuiferi ferere sequuntur, qui nunc bellum instituunt aduersus ecclesiastica dogmata. Docent enim fident ratione sui, non ex charitate esse uitam, & vitam animae, & iustificare prius natura, quam adsit charitas. Atque ita docent charitatem, poenitentiam, obedientiam, & omnia alia opera charitatis sequi post remissionem peccatorum. Nam quod non est ex huiusmodi fide docent peccatum esse. Et ita poenitentiam non esse ad salutem necessariam, sed esse natu- ra posteriorem peccatorum remissione per fidem (qua sola iustificamur) prius apprehen- sa: sicque nec poenitentiae nec charitati remissio tribui potest. Et hoc dogma necessariò se- quitur ad paradoxum istud de fide iustificante: quod nullum habere in scripturis funda- mentum ostendetur articulo nono.

Responso. Poenitentia ita quam causa praecedat peccatorum remissionem. Sup. cap. 11.

Poenitentiam autem praecedere atque efficere peccatorum remissionem ac Deum pro- pter ipsam multa operari docet Sapiens: Misereris, inquit, omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam. Et Lucae ultimo Dominus mandauit praedicari in nomine suo poenitentiam, & ex ea remissionem peccatorum in omnes gentes. Paulus etiam annuntiavit poenitentiam in Deum, sic quod Deus offensus sit ratio detesta- tionis peccati: & fidem in Iesum Christum, quasi propitiatorem ad excitandum spem ueniae. Et Petrus in Actibus. Poenitentiam, inquit, agite: & Simoni Mago, Poenitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. Similiter Ioannes in Apocalypsi ad poenitentiam hortatur, tanquam ea sit expectanda pec- catorum remissio. Et Hierem. 18. Si poenitentiam egerit gens illa à malo, quod fecit, agam & ego poenitentiam. Ac Ezechielis 18. & 33. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus pecca- tis suis quae operatus est, & custodierit omnia praeccepta mea, uita uiuet & non morietur: omnium iniquitatum quas operatus est non recordabor. Couertimini, & agite poeniten- tiam, & non erit uobis in ruinam iniquitas. Item Psal. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Et Esaiam ultimo, Ad quem respiciam nisi ad contritum spiritum, &c. In quibus locis & alijs infinitis scriptura requirit poenitentiam praeniam peccatorum remis- sionis. Et dogma ecclesiasticum 80. apud Augustinum habet, Poenitentia deleri peccata in- dubitanter credimus. Atq; Innocentius tertius in Concilio generali, quod ponitur in cap. Damnamus, de summa trinit. & fide cath. Si post susceptionem baptismi quisquam pro- lapsus fuerit in peccatum, per ueram poenitentiam potest semper reparari. Aperi oculos tuos Caluine, & uide non adeo multum momentum habere, quae contra Concilium Tridentinum & ecclesiasticam doctrinam ex antidoto & institutione tua recitauimus, ut propte- rea communem patrum & ecclesiae catholicae sententiam relinquere debeas atq; improbare: potius audiendus tibi erat Origenes. Quoties, inquit, canonicas proferunt scripturas, in quibus Christianus omnis consentit, uidentur dicere, Ecce in domibus est uerbum veri- tatis: sed nos illis credere non debemus, nec exire à paterna & ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem, ecclesiae Dei tradiderunt nobis. Et tractans illud Apostoli: Haereticum hominem post uiam aut alteram correptionem deu- ita. Haereticus, inquit, nobis habendus est omnis ille, qui Christo se credere profiteretur, & aliud de ueritate fidei Christianae credit, quam habeat definitio traditionis ecclesiasti- cae. Ferè similiter loquitur Tertullianus in lib. de praescriptione.

Homil. 29. in Matib.

Ad Titum 3. Quis christi non habendus si haereticus.

Confessio Au gustiana.

Jobel. 2.

Rom. 5.

Rom. 8.

insinuat in apologia Philippus, Ait enim, Absolutio cuius meminit confessio, proprie di- ci potest sacramentum poenitentiae, ut etiam scholastici theologi eruditiores loquuntur. Nam audit hoc euangelio de remissis peccatis propter Christum, in quo consistit abso- lutio, erigitur & consolationem accipit conscientia, atque per eam Deus uerè uiuificat, tanquam per suum uerbum suamque promissionem de remissione peccatorum. Quare uoci absolutio non secus ac uoci de caelo sonanti credendum est. Potestas namque clauium ministrat & exhibet euangelium per absolutioem, quae est uox euangelij. Et ideo clauis uerè coram Deo remittunt peccata, iuxta illud, Qui uos audit, me audit. Et quia absolutio est promissio remissionis peccatorum, necessariò requirit fidem: nec dici po- test quis absolutionem accipere, qui ei non assentitur. Ei autem non consentire, nihil aliud est, quam Deum accusare mendacij. Et si cor dubitet, sentit inania & incerta esse quae promittit Deus. Et ideo scriptum est apud Ioannem, Qui non credit Deo, men- dacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de fi- lio suo.

Apologia hii lippi.

Luce. 10.

Ioannis. 5.

Genes. 3.

Secundit apo logia absoluto est sacra- mentum, quia instituta ad excitandum co- cōfirmatōe fi- dem promissio- nis de pec- catis remis- sionis.

Duo dogma- ta à Leone Pa- pa damnata.

117. 10.

Partes autem poenitentiae dicit esse mortificationem, hoc est ueros terrores: quales sunt morientium, quos natura sustinere non posset, nisi fide erigerentur: & uiuificatio- nem, hoc est fidem, qua certò quis statuit propter Christum gratis remitti peccata, nec dubitat sibi remitti, atque ita quasi ex morte redit ad uitam. Et sicut fidei isti excitanda seruit euangelium siue absolutio, quae singulariter applicat quod in genere dicit euange- lium, ita prima parti terroribus scilicet, subseruit annuntiatio legis de peccato, graui ira Dei, & supplicij, quae impios manere docet. Istud autem euangelium, siue promissio sa- lutis & gratiae in Christo donata, ut scribit, annunciata est statim post peccatum Adae, quando Deus ei dixit, Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semem tuum, & semem illius: ipsum conteret caput tuum. Et postea tradita patriarchis, & deinde à prophetis il- luminata subinde repetitur in sacra scriptura: Postremò uerò praedicata & exhibita à Christo inter Indaeos, & ab Apostolis sparsa in totum mundum. Nam fide huius promif- sionis sancti omnes iustificati sunt, non propter suas attritiones, aut contritiones ut ait. Est igitur sententia Confessionis & apologiae absolutionem esse sacramentum, eò quod est signum à Christo institutum, ad excitandum & confirmandum fidem promissionis in Christo factae de remissione peccatorum. Fides enim, inquit Apologia, concipitur & confirmatur per absolutionem, per auditum euangelij, & per uisum sacramentum: quae omnia offerunt peccatorum remissionem, sicut clarè testantur uerba cenae dominicae, & semel Hoc est corpus meum quod pro uobis traditur: Hic est calix noui testamenti, &c. Non itaque alia ratione secundum eum sacramenta peccata remittunt, quam praedicatio eua- gelij: quod circa articulum primum est improbatum. Ex eo enim sequitur non referre quis sacramenta conferat, quis uerba absolutionis pronunciet, siue sacerdos, siue mulier, siue puer, siue psitacus doctus ad ea pronuntianda: imò siue quis legat, aut apud se me- ditetur ex generali promissione scripta in euangelij. Hinc absurda illa dogmata ab Apo- stolica sede damnata sub Leone Pontifice, Peccata non sunt ulli remissa, nisi remittente sacerdote credat sibi remitti: imò peccatum maneret nisi remissum crederet, & nullo mo- do confidas absolui propter tuam contritionem, sed propter uerbum Christi, Quodcum que solueris, &c. Hic, inquit, confide, si sacerdotis obtinueris absolutionem: & crede for- titer te esse absolutum, & absolutus uerè eris, quicquid sit de contritione: imò si per im- possibilem confessus non esset contritus, aut confessor non serid, sed ioco absolueret: si ta- men credit te absolutum, uerissimè secundum eam est absolutus. Et in necessitate non plus facit Papa uel sacerdos, quam quilibet Christianus, etiam si mulier aut puer esset. Quamdiu enim uerba absolutionis suam seruant significationem, ualent ad excitandum à quocumque proferantur, cogitentur, uel scribantur: quamuis ex modo pronunciatio- nis, uariè, plus scilicet uel minus excitare possunt. Et quia promissio benedictionis salu- tis & remissionis peccatorum in semine mulieris, & postea in semine Abrahæ & Dauid, hoc est promissio gratiae, primo tradita est Adae statim post eius transgressionem, & per eum quasi per manus ad ipsius posteritatem atque patriarchas: Huic enim, ut Petrus ait in Actis, omnes prophetae testimonium perhibent accipere omnes remissionem pecca- torum qui credunt in eum: oportet quod semper etiam fuerit absolutio ista sacramenti poenitentiae per applicationem scripturae generalis ad singulares personas, singulariter annunciando, uel sibi, uel alteri, quod in genere dicit scriptura uel promissio. Necessa- rium est etiam quod semper fuerint clauis euangelicae, quas Apologia definit esse pote- statem annunciandi siue administrandi euangelium per absolutionem, quam dicit esse ueram

Gene. 3.

2. Reg. 21.

Ioannis 10.  
Matth. 16.

Martinus Bucerus aduersus Apologia

Fiducia frustrari potest si deus falli non potest.

Sperans potest generalis promissionem sibi applicare non autem credens.

Cap. 12.

Cap. 1.  
Act. 10.

Nihil commune habet penitentia cum terroribus nec etiam cum fide.

veram vocem Dei & euangelij: sicut nunquam non est annunciatum istud euangelium & promissio remissionis peccatorum: quemadmodum declarat & Apologia. Adam, inquit, obiurgatur post peccatum, & perterresit, in quo fuit contritio: postea promittit Deus gratiam, & dicit futurum semen quo destruetur regnum diaboli, per quod offert remissionem peccati. Sic Dauid obiurgatur à Nathan, & perterrefactus, inquit, Peccaui Domino, ubi est contritio. Postea audit absolutionem, Dominus sustulit peccatum tuum. Nihil igitur iuxta Apologiam peculiare nunc habet ecclesia quod non habuit synagoga, & ante eam fideles vsque ad Adam. Nihil dedit Apostolis, dum ait, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Nihil Petro, quando dixit, Tibi dabo clauas regni cælorum. Nec speciale erit priuilegium ecclesie, quam Christus cepit edificare, habere istas clauas & potestatem peccata remittendi. Quæ omnia erronea esse ostendimus, contra scripturas & omnium maiorum traditiones. Quod autem per absolutionem non certificamur de remissione peccatorum, quasi re certa & infallibili, demonstrat Martinus Bucerus aduersus Philippum, ex eo quod non possunt esse certa diuinæ erga nos gratiæ indicia, quæ multis impijs videmus esse communia, & multis noxia, vt diximus circa articulum primum. Et ipse Philippus propterea interpretatur hanc fidem apprehendentem remissionem peccatorum & iustificantem esse fiduciam misericordie Dei, & non assensum certum & infallibilem intellectus: prout etiam latius declarat in locis theologis. Hæc autem fiducia frustrari potest sua expectatione. Multi enim certissime sperant & confidunt se habituros felicitatem æternam in cælis, qui nunquam eam assequuntur: nec tamen propterea falsa est illa spes aut fiducia: quemadmodum assensus huiusmodi erroneus esset & falsus, eod quod spes siue fiducia implicitam habeat conditionem, videlicet perseverantiam vsque in finem, & legitimum cursum in studio ad apprehendendum brauium. Generales enim promissiones quisque per spem sibi applicare potest, non per fidem, quæ absoluta est & sine conditione. Nec absolutio proprie est vox euangelij, vt postea dicitur. Et quando docent aduersarij duas esse partes penitentiae, intelligunt non sacramentum, quod in sola absolutione consistit, sed conuersionem impij: ait enim Philippus. Nos eas partes penitentiae ponimus, quæ proprie sunt in conuersione seu regeneratione & remissione peccati. Eodem modo penitentiam interpretatur Confessio Augustana, & locum habet cum suis partibus, non minus in baptismo & cæna dominica, quam in hoc sacramento. Ipsa enim sola facere potest certas & securas conscientias, idque per fidem, alteram sui partem. Nam sacramenta ista docent signa esse, quæ mentes desolatas consolantur, representando & offerendo promissiones gratiæ in Christo donatæ ad excitandum fidem, cui subseruiunt. Et docet Apologia veros terrores, quales sunt morientium, quos sustinere natura non posset nisi erigeretur fide, quos epistola ad Collos. vocat expolationem corporis peccatorum, vscitate dici contritionem, quia in illis doloribus concupiscentia naturalis expurgatur: Et fidem intelligit viuificationem, & consolationem, quæ verè sustentat eum qui præ dolore & terrore nimio vitam fugit in contritione. Sed fidem non esse partem penitentiae clarè ostendit Ioannes Caluinus ex scripturis, in quibus contra fidem penitentia distinguitur. Nam apud Marcum dicit Dominus, Pœnitentini, & credite euangelio. Et Apost. Paul. restituitur Iudæis & gentibus in Deum penitentiam, & fidem in Iesum Christum. Quod et ipse Philippus videtur etiã intellexisse, quando ait, Neque ignoramus quod vocabulum penitentiae grammaticis significet improbare, id quod antea probauimus: quod magis ad contritionem congruit, quam ad fidem. Sed nos docendi causa penitentiam totam conuersionem intelligimus, in qua duo sunt termini, mortificatio, & viuificatio: nos vocamus vscitatis nominibus Contritionem & Fidem. Et ita ipse Philippus vocat & intelligit quodlibet, nomine quod sibi placet rebus scripturæ imponere & fingere. Siquidem nec penitentia amplius quicquam commune habet cum expurgatione concupiscentiæ naturalis, ad quam dicit esse dolores & terrores, qui secum dum eum sunt prima pars penitentiae, quam cum fide. Et videtur conuictus esse communi consensu fidelium, qui credunt per penitentiam remitti peccata, & animam reuocare, vt doceret in illis consistere partes penitentiae, quæ arbitratur necessaria esse ad remittendum peccata. Hæc autem credit esse serios istos terrores & fidem, qua quis confidit de misericordia Dei, quod ob mortem Christi remissa sibi sunt peccata. Addit insuper, Si quis voler addere tertiam partem penitentiae, videlicet dignos fructus penitentiae, hoc est bona opera sequentia conuersionem, non refragabimur.

Et quid hæc commune habent cum vocabulo penitentiae? Vbi aduertere licet quam incerta & inconstans sit eius doctrina, quando nunc duas partes penitentiae ponit, postea

stea tertiam addi posse dicit: quælibet scilicet opera bona, quæ veriùs pietatis & charitatis sunt, quam digni fructus penitentiae, quos ab illis distinguunt B. August. Chryf. Gregorius, & alij patres. Ioannes autem Caluinus docet etiam duas esse penitentiae partes, mortificationem, & viuificationem, quas intelligit iuxta consuetudinem scripturarum: mortificationem, carnis castigationem & refrenationem, per quæ prauæ hominis affectiones coercerentur: Viuificationem autem mentis renouationem, quæ includit remissionem peccatorum, & spiritum gratiæ ac vitæ: quæ dicit fide illa speciali obtineri. Sed & ci obijci potest quod ipse opponit Philippo, quod videlicet scriptura distinguat fidem à penitentia, et in fide effectus eius, qui cum ipsa vel sequuntur penitentiam, vel secundum eum præcedit. Nec potest penitentia esse nisi de his quæ malè gelsimus, iuxta rationem nominis, non de his quæ inuiti patimur. Quare apud Hieremiam prophetam Dominus conqueritur, Nihil est qui agat penitentiam super peccato suo dicens, Quid feci? Et B. Petrus ait Simoni, Penitentia age ab hac nequitia tua. Et in scripturis penitentia semper refertur ad opera quæ fecimus, nisi quæ ad malum quod in nobis habitat: mortificare autem membra quæ sunt super terram, est hostem nostrum internum debilitare, & coercere, ne rebellionem alliciendo nos in peccata trahat. Nam membra vocat partes veteris hominis & malorum seminarium. Ideo Apost. Paulus: Castigo, inquit, corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim ipse reprobis efficiar. Et præterea respicit penitentia, non præsentia: vindicat enim peccatum prius admissum. Et cum mortificatio & renouatio in scripturis præcipue iustis attribuantur, dicente Apost. Licet is qui foris est homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem: & quia propria est penitentia peccatoribus, qui nondum eod perueniunt, vt possint se mortificando malas affectiones extinguere, & in terriorem animum renouare, nisi prius per gratiam sanentur: fieri non potest vt hæc sint penitentiae partes. Et Manasses rex ait in sua deprecatione ad Dominum: Domine Deus iustorum non posuisti penitentiam iustis Abraham, Isaac, & Jacob, his qui tibi non peccauerunt, vt recederent à te. Et Saluator apud Lucam, Non egent, inquit, qui sani sunt me dico, sed qui male habent: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Propter quæ tolerabilior est sententia Philippi quam Ioannis Caluini, intelligendo nomine penitentiae ea quæ necessaria sunt in conuersione peccatoris ad remissionem peccatorum, & supponendo per fidem istam specialem apprehendi iustitiam: vt contritio siue terrores isti solum sint dispositio necessariò præuia ac præcedens hanc fidem.

Habet & multa alia Philippus in Apologia quæ falsa sunt, vt quod absolutio est vox Dei de celo sonantis, quodque exhibet & administrat euangelium, ac quod ideo facit Deum mendacem, qui absolutioni non assentitur, & quod sentit inania esse & incerta quæ promittit Deus, si cor dubiter an peccata sibi remittantur. Supponit enim in his omnibus generales promissiones, quæ sunt credentibus in Christum, applicari posse simpliciter quilibet sine intellectu conditionis vel modi, sub quo solo tamen in euangelio fiunt, qui est quod in Christum credant ea fide, quæ hominem interiorem totaliter immutet & innouet: qualem tamen fidem solum docent iustificare & apprehendere iustitiam. Potest enim contingere dubitatio propter indispositionem eius qui absoluitur, ob quam locum in eo non habet generalis promissio: non autem propter infidelitatem Dei promittentis, quasi verax non sit. De quibus multa diximus circa primum articulum. Falsum etiam est, quod potestas clauium solum ministrat per absolutionem euangelium fide apprehendendum. Ostendimus enim per eam verè tolli peccata, purgari & remitti quasi admissa non essent: id quod bene declarat & probat venerabilis pater Thomas V. Valdensis, & reuerendus pater Alphonsus de Castro in verbo, Absolutio. Et præterea contradictio in Apologia in eo quod dicit absolutionem offerre promissionem remissionis peccatorum, & clauas verè peccata remittere coram Deo: ac alia multa habet erronea & falsa quæ nunc præterimus.

Et quamuis erronea sit tota hæc doctrina Confessionis & Apologiæ de penitentia, absolutione & clauibus, ac primum à Martino Lutero ex diaboli suggestionem inuentam, vt veram & salutarem doctrinam de penitentia, in ecclesia catholica semper traditam opprimeret, obscuraret, & abrogaret: gloriatur tamen Philippus de hac nouitate: & veram salutarem quæ penitentiam & de ea doctrinam ecclesie apud Cæsarem & status Imperij grauius criminatur, & traducit quasi erroneam atque impiam, quam & hæreticorum erroribus annumerat, ait enim:

Negant fidem esse alteram partem penitentiae: Quid hic Carole inuicibilissime faciamus? Hæc est propria vox euangelij, quod fide consequamur remissionem peccatorum. Hanc vocem euangelij damnat isti scripto-

Penitentia est  
tunc est de his  
quæ malè gelsimus.  
Hierem. 8.  
Actu. 8.

2. Cor. 9.

2. Corinth. 4.

Cap. 5.

In sacramenta  
li. iit. de cere  
monis sacramentorum.

Philippus.

scripto-

scriptores constitutionis nostrae confessionis. Nos igitur nullo modo assentiri Constitutioni possumus. Non possumus saluberrimam vocem euangelij & plenam consolationis negare. Quid est aliud negare quod fide consequamur remissionem peccatorum, quam contumelia afficere mortem & sanguinem Christi? Rogamus igitur re, vt nos de hac re maxima, quae praecipuum euangelij locum, quae veram Christi cognitionem, verum Dei cultum continet, patienter & diligenter audias & cognoscas.

Responsio.

Non negamus quin fide consequamur remissionem peccatorum: nec doctorem catholicum hoc negare potest: sed negamus fidem hanc specialem, qua credimus remissionem peccatorum propter Christum nobis donatam, & qua quisque credit sibi propter Christum remitti peccata (quam distinguit Confessio a fide quae in genere nititur verbo Dei) esse secundam partem poenitentiae, ac ostendimus circa articulum nonum eam temerariam esse, nullumque in scripturis habere fundamentum. Palam autem confitemur, quod fide consequimur remissionem peccatorum. Scimus enim Apostolum dicere, quod pater Christum Iesum proposuit nobis propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Sed hanc fidem intelligimus non inanem & sterilem, sed operantem per poenitentiam, peccata detestantem propter Dei offensionem, qua fide consequimur peccatorum remissionem, accedente sacramento poenitentiae, in quo aspergimur sanguine Christi, vt purgemur a peccatis. Non igitur contumelia afficimus sanguinem & mortem Christi, per quam docemus peccatorum fieri remissionem, sed his solis qui de offensa Dei dolent, & remedia instituta amplectuntur. Et inanis est gloriatio, quam addit Apologia. Comperient, inquit, omnes viri nos in hac re praecipue docuisse vera, pia, & salubria, & necessaria vniuersae ecclesiae Christi: comperient ex scriptis nostrorum plurimum lucis accessisse euangelio, & multos perniciosos errores emendatos esse, quibus antea obruta fuit doctrina de poenitentia per scholasticorum & canonistarum doctrinas.

Roma. 3.

Apologia.

Responsio.

Ostendimus superius doctrinam vestram erroneam esse, impiam & noxiam, ac scripturis sacris, concordia patrum traditioni & Conciliorum generalium definitionibus aduersari, & obscurare Euangelium, obruere, atque exterminare doctrinam de salutari poenitentia. Non enim remissionem peccatorum consequi potest, qui vestra doctrina institutus secundum eam poenitere constituit. Et quis fidelis ecclesiae filius in eius schola doctus ferre poterit, quod sine poenitentia & proposito confitenti peccata sua apud sacerdotem Christi vicarium remitti poterunt, solum credendo ea propter Christum sibi esse remissa? Deinde criminatur Ecclesiam, falsa dogmata ex vera eius doctrina confingens, quo nos reddat suspectos & iniustos, & ipsa habeat aduersus quos insurrexisse videatur, dum in fictas a se opiniones maximo conatu inuehitur, & fingens sibi monstra quae vincat, meras vmbas ducit in triumphum. Omnes, inquit, boni viri omnium ordinum ac theologici ordinis etiam haud dubie fatentur ante Lutheri scripta confusissimam fuisse doctrinam poenitentiae: extant libri sententiariorum, vbi sunt infinitae quaestiones, quas nulli theologo vnquam satis explicare potuerunt: populus neque rei summam complecti potuit, nec videre quae praecipue requirerentur in poenitentia, vbi quaerenda esset pax conscientiae.

Apologia.

Responsio.

Simplicissima est ac apertissima sine vlla confusione doctrina, quam vniuersi patres constanter & eandem de poenitentia semper tradiderunt, quam & nunc tradimus, quod impius scilicet volens consequi peccatorum remissionem, primum agnoscat se Deum patrem suum offendisse, & propterea doleat & detestetur peccata sua, atque agnoscens per clausas Ecclesiae a Christo sacerdotibus traditas in sacramento poenitentiae ea remitti confiteatur, se totum submittendo sacerdotis arbitrio. Nec quaestiones sententiariorum hanc rei summam quae populo sufficit, confusam faciunt aut incertam. Hac enim quae diximus praecipue requiruntur in poenitentia & sufficient, quando ex fide propitiacionis in sanguine Christi proficiuntur, & veram tranquillitatem ac pacem conscientiae adferunt, non falsam, aut seductricem, qualem fides specialis Lutheri.

Apologia.

Responsio.

Prodeat nobis aliquis ex aduersarijs qui dicat quando fiat remissio peccatorum. Bone Deus, quante tenebrae sunt. Dubitant an in attritione, an in contritione, Et si sit propter contritionem, quid opus est absolutione? quid agit potestas clauium, si peccatum iam est remissum. Hic verò multo magis etiam fundant, & potestatem clauium impie extenuant. Loqueris hic Philippe, quasi imperitus & alienus a doctrina Ecclesiae. Nulla est nobis hac in re difficultas: nulla tenebra. Remissio enim peccatorum iuxta Christi promissionem fit in absolutione, quando verè dolet de peccatis suis is qui absoluitur. Fit etiam propter contritionem, sed per sacerdotis absolutionem,

nem, quae aspergit sanguinem Christi in nostras conscientias, & plerumque dolorem perficit, vt vera sit cordis contritio. Ideo etiam opus est absolutione, vt locum habeat Christi promissio. Idem operatur potestas clauium, cuius vsus est absolutio.

Iam illa magis sunt etiam perplexa, docent nos contritione mereri gratiam, vbi si quis interroget, quare Saul, Iudas, & similes non consequuntur gratiam, qui horribiliter contriti sunt. Hic de fide & euangelio respondendum erat, quod Iudas non crediderit, non exererit se euangelio & promissione Christi. Fides enim ostendit discrimen inter contritionem Iudae & Petri. Verum aduersarij de lege respondent, quod Iudas non dilexit Deum, sed timuerit poenas. Docemus quod cor contritum & humiliatum Deus respicit, & ob vnigeniti sui intercessionem despiciere non potest. Nouimus enim apud Esaiam Dominum dixisse, ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, contritum spiritum, & tremētē sermones meos. Et quod Ionas propheta scribit de Niniuitis, vidit Deus opera ipsorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & miserus est super malitia, quae locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Non autem docemus quod contritione mereamur gratiam, quin potius hoc esse Pelagianum, dicente Apostolo Paulo, Et qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Et alio loco, Si autem gratia, iam non ex operibus. Nam sine gratia, nullū est meritum, quū eius radix sit & principium per spiritum Christi inhabitantem. Est tamen cordis contritio ac poenitentia dispositio, sine qua spiritum suum & gratiam non impartitur Deus, dicente Domino, Ad quem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritum. Et Moyses: Quum rota tribulatione cordis quaesieris eum, tunc inuenies. Falsum igitur nobis imponit Apologia quod docemus contritione nos mereri gratiam. Saul autem, Iudas, & similes non sunt gratiam consecuti, quamuis grauiter contriti, hoc est cruciati, & moerentes, quia non poenitebat eos peccatorum suorum vt oportuit, nec spem veniae concupiebant ex diuinae placabilitatis consideratione: quod de Iuda certum est, non eque de Saule. Oportet enim poenitentiam esse cum spe veniae, quae nascitur ex certa cognitione, quod bonus est Dominus, placabilis & propitiabilis super malitia, & multus ad ignoscendum. Propter quod ad se confugientem abijcere non potest, iuxta sententiam Hieremiae prophetae, Vulgo dicitur, Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nū quid reuertetur ad eam vltra? Tu autē fornicata es cū amatoribus multis: tamen reuerte ad me, dicit Dominus, & non auertam faciem meam, quia sanctus ego sum, & non irascar in perpetuum: verum tamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum prauariata es. Item apud Esaiam, Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt nō misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamē non obliuiscar tu: ecce in manibus meis descripsi te. Quod ipsum etiam clarissime probat parabola de filio prodigo, cum alijs parabolis, quas Dominus dignatus est proponere. Est igitur hic respondendum, quod hoc discrimen erat inter contritionem Iudae & Petri, quod Iudas non poenitebat sui sceleris, quemadmodū oportuit, nec ad eum quē offenderat confugiebat, sperās se ab eo veniam consecuturū: Petrus verò lachrymatus est, quia Dominum suū offenderat, ac certō cōfidit quod poenitentē in gratia reciperet. Est itaque respondendū super discrimine cōtritionis Petri & Iudae, de fide & Euangelio, sed sicut diximus, non de fide, qua Petrus credidit peccata sibi remissa, sed qua certō credidit Deū placabilem & facilem ad ignoscendum, Euangelio hoc annūciante: meminerat parabolae narrantis, quod pater filio prodigo occurrit, re deumtēque benignē atque amantē suscepit. Sic Theophilactus tractans locū de Esaiā, quod poenitentē locū non inuenit, etiā si cum lachrymis inquisierit ipsam, Poenitentiam, inquit, quaesuit, nō tamē vt oportet, nec lachrymae fuerunt poenitentiae, sed inuidiae & amarulentiae: quemadmodū neque moeror Chaim poenitentiae moeror erat, sed inuidiae. Propter quod spes veniae & vera poenitentia ob Dei offensam discernunt inter poenitentiam Petri & Iudae, nō autem fides ista, qua Petrus certō statuerat sibi remissa esse peccata, quod sanē eum non statuisse, nisi forsatis post multas lachrymas, omnino certū videtur. Ideo non malè responsum est, quod Iudas propterea nō est consecutus gratiam, quia non dolebat se peccasse, propterea quod Deum offenderat, & ita ex eius amore. Quod autē ante consecutam remissionem hoc modo peccatum detestare possimus, dicemus circa articulum sequentē. Et quamuis Iudas aeternas poenas timuisset, si tamē cū spe veniae illas & euadendi desiderio confugisset ad Dominū, tam bonus est Deus quod ad veram poenitentiam & veniam eum promouisset.

Quare intelligunt omnes boni viri vtiliter reprehensam esse doctrinam Sophistarum & Canonistarum de poenitentia. Nam haec dogmata aperte falsa sunt, & non solum aliena a scripturis sanctis, sed etiam ab ecclesiasticis patribus.

Apologia.

Responsio. 26. cap. Iona. cap. 3.

Contritione nō mereatur quis gratiam Rom. 4.

Deuter. 4.

Qualem oportet esse poenitentiam Hierem. 3.

Cap. 49.

Luca. 15. Discrimen inter poenitentiam Iudae & Petri.

In comment. epistole ad Hebraeos.

Iudas non est consecutus gratiam cōsecutus, quia nō doluit de peccatis ab Deo offensam.

Apologia.

Quod

1. Quod per bona opera extra gratiam facta mereamur, ex patet, diuinam gratiam.
2. Quod per attritionem mereamur gratiam.
3. Quod ad deletionem peccati sola detestatio criminis sufficiat.
4. Quod propter attritionem, non fide in Christum assequamur remissionem peccatorum.
5. Quod potestas clauium valeat ad remissionem peccatorum, non coram Deo, sed coram ecclesia.
6. Quod potestate clauium non remittantur peccata coram Deo, sed quod instituta est vt mutet penas aeternas in temporales.
7. Quod susceptio sacramenti poenitentiae ex opere operato, sine bono motu vrentis, hoc est, sine fide in Christum, conferat gratiam.

Responsio.

Quid si haec dogmata aperte falsa sint, & aliena a scripturis sanctis & patribus ecclesiasticis, an propterea vtiliter & pie reprehensa est doctrina theologorum & canonistarum de poenitentia: qui & ipsi omnia ferè haec dogmata danant, atque scripturis aduersari docent? Falso eos criminari, proponens paradoxa haec ab eis doceri. Nam duo prima dogmata docuimus esse Pelagiana, atque ex eius schola profecta. Tertium etiã docemus falsum esse, & requiri detestationem criminis ob Dei offensam, dicente Apostolo, Tristitia quae secundum deum est, poenitentiam in salutem stabilem operatur: Et requiri propositum confitendi ac peccata deinceps vitandi. Ac de quarto dicimus, quod sine fide in Christum propitiorem contritio non sufficit ad remissionem peccatorum: non tamen fides ista specialis ad eam requiritur, quin potius remissionem impedit. De quinto autem superius docuimus, quod potestas clauium valeat ad remissionem peccatorum coram Deo & ecclesia, iuxta promissionem Saluatoris, Quorum remisistis peccata remittuntur eis. Atque praeterea ea quae citauimus, sanctus Maximus, verba domini, Tibi dabo clauis regni caelorum, interpretatur, Ne qua nos fratres, inquit, de creditis Petro clauibus regni, more nostrarum clauium cogitatio terrena permoueat, clauis caeli lingua est Petri, quia singulorum merita censendo Apostolus, vnicuique regnum caelorum aut claudit aut aperit. Non est clavis ista mortalis artificis aperta manu, sed data à Christo, potestas est iudicandi. Denique ait eis, Quorum remisistis peccata, remissaerunt: & quorum detinueritis, detenta erunt. Clauium itaque potestate mutantur poenae aeternae in temporales: imò & temporales etiam sepe tolluntur, et remittuntur peccata coram deo & Ecclesia, De dogmate septimo ostendimus supra sacramentum poenitentiae ex opere operato conferre gratiam, sed poenitenti, & veniam speranti ex Christi propitiatione.

Ioannis. 20. Matth. 16. Clauis caeli lingua est Petri.

Clauium potestate peccata remittuntur & mutantur poena aeterna in temporalis.

Et. 50. huius. vbi. Act. 8.

Apoloia.

Quod autem sine bono motu vrentis, hoc est, sine fide in Christum gratiam conferat, non memini me apud aliquem theologorum vel canonistarum legisse: quin potius erroneum hoc esse docent. Nouerunt sententiam Beatus Augustinus. Omnis qui iam suae voluntatis arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi poeniteat eum veteris vitae, nouam non potest inchoare. Nouerunt & Philippum interrogasse eunuchum petentem baptizari, Si credis ex toto corde, licet: & eum baptizasse, postquam respondit, Credo filium Dei esse Iesum Christum: quamuis non requirant fidem specialem, eò quod temerariam & praesumptiuam esse credant. Addit & alia dogmata, propter quae pie reprehensam esse dicit doctrinam nostram de poenitentia, quae agnoscimus nos docere ex scripturis sacris & doctrina Ecclesiae catholicae, videlicet, Quod enumeratio delictorum in confessione sit necessaria iure diuino: quod canonicae satisfactiones necessariae sint ad poenam purgatorij redimendam, aut proferantur tanquam compensatione ad tollendam culpam: quod potestate clauium per indulgentias liberentur animae ex purgatorio: quod in reseruatione casuum non solum poena canonica, sed etiam culpa reseruari debeat in eo qui verè conuertitur: quod potestas clauium instituta est, vt imponat satisfactiones, conscientias obligando: intelligendo tamen per potestatem clauium, potestatem pastoralis. Nam Petro dictum est, Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Et ideo hanc potestatem non extenuamus, sicut nobis obijcit Apologia: sed magnifice praedicamus, Deum glorificantes, quod potestatem talem dedit hominibus. Ipta vero eam valde reipsum extenuat (quamuis verbis mirifice eam extollere videatur) quam docet eam solum esse potestatem euangelium annuncian di & administrandi, contra apertas sententias euangelij, vt supra docuimus. Deinde circa finem addit apologia, Quando erit pacata conscientia, si ideo accipimus remissionem peccatorum, quia nos diligimus aut legem facimus. Semper enim accusabit nos lex, quia nunquam legi satisfacimus, sicut inquit Paulus, Lex iram operatur.

Matth. 16.

Apoloia obiectio

Responsio.

Respondet Christus Lucae 7. murmuratiōi Pharisaei, & in eo Apologia, Remittuntur ei pec-

ei peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit. Nec tamen propterea accipimus remissionem peccatorum quia diligimus, aut legem facimus: sed quia poenitentes de peccatis, & agnoscetes culpam nostram coram sacerdote, eius ministerio à peccatis absolui mur: sicut paralyticus & Maria Magdalena peccatorum acceperunt remissionem, quando Christus dixit, Remittuntur tibi peccata tua. Eundem namque effectum habet absolutio seu remissio, siue à Christo fiat, siue à sacerdote, ob promissionem factam, Quorum remisistis peccata remittuntur eis. Nam idem ipse est qui per se ac in sua persona illis peccata remisit, & ministerio sacerdotis nostra remisit. Hac quidem remissione accipimus spiritum Christi, vt ipsum diligamus, & legi satisfaciamus, quauis dilectio aliqua & legis obseruatio ea praecedat. Et lex iram operatur, si sola est sine gratia, quae per legem operatur nostram salutem.

Accipimus peccatorum remissionem, quia nos peccatorum nostrorum poenitet, non quia legem facimus. Ioannis. 20.

Chrysostomus quaerit de poenitentia, unde certi reddantur peccata nobis remissa esse. Querunt & in Apologia sententis eadem de re aduersarij, quod non potest explicari, nec possunt conscientiae reddi tranquille, nisi sciant mandatum Dei esse & ipsum euangelium, vt certum statuunt propter Christum gratis remitti peccata, nec dubitent sibi remitti. Si quis dubitat, vt Ioannes ait, si accusat promissionem diuinam mendacij. Hanc certitudinem fidei, nos docemus requiri in euangelio: aduersarij relinquunt conscientias incertas & ambigentes: nihil autem agunt conscientiae ex fide, quum perpetuo dubitant vtrum habeant remissionem. Quomodo possunt in hac dubitatione inuocare Deum? Quomodo statuerè possunt, quod exaudiantur?

Ex certa Christi promissione, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, tranquilla & pacata nostra redduntur conscientiae per sacerdotis absolutionem: quemadmodum Magdalena & paralyticus pacati & tranquilli erant, audita voce domini de remisistis sibi peccatis. Multo certiores sumus nos atque tranquillores, quam Philippus eiusque doctrinam sequentes. Non enim ille docere audeat tranquillitatem fidei, sed fiduciam tantum, quod peccata remittuntur credentibus in Christum per absolutionem, generalem promissionem euangelij applicantem, & fide apprehensam. Nos autem praedicamus Christi promissionem specialem & simul potestatem sacerdotibus datam, vt quorum peccata remisistis, remittantur eis singulis, propter quod firmam & constantem habemus fiduciam & tranquillitatem. Et si vestra doctrina diligenter expendatur, nullam facere potest conscientiae pacem aut tranquillitatem. Nam primum requiritis veros terrores conscientiae, quae Deum sentit irascenti peccato, & propterea serio dolet se peccasse, atque hos tantos, vt eos anima sustinere non possit, quin praecipitetur in desperationem, nisi iustitiam retur verbo Dei, & fide erigatur. Nec explicatis tamè qui sint falsi terrores à quibus veros discernitis: quis item dolor non feruus: an verus sit qui est de veris malis, vt de ira Dei, sicut dicitis & supplicio gehennae. Hic seruilis est timor qui audita voce absoluentis, persuadent sibi ab his poenis quas timebat se absolutum ac eas euasisse: Talem enim quarebat misericordiam, quale de sua miseria habuerat iudicium. Existimabat autem se miserum, non quod peccauerat, sed quod vltionis se fecerat reum: Ideo eius mali ex absolutione concepit securitatem, quod metuebat in comminatione. Mirandum si huic dicatis peccata per fidem remissa, qui non Deum spectat ante nec post persuasionem remissionis peccati, & conciliatae irae Dei, sed se solum: Quare nec Deum propter ipsum amat, nec ei obedire atque placere studet. Rari sunt etiam qui tantis concutuntur terroribus, vt eos natura sustinere non possit: quibus solis secundum hanc doctrinam spes salutis esse potest: Et multo minus de fide constare potest, quod ea sit quam requiritis, vt apprehendat remissionem peccatorum: Hac enim requirit, quod dilectio Dei & obedientia in mandatis eius comitentur: quum sine his & spiritu inhabitante ac mentem innouante, secundum hanc doctrinam esse non possit. Est autem eadem difficultas in cognoscendo nos verè diligere Deum, post remissionem peccatorum, quae erat ante eam. Cum igitur sit inseparabilis fides, secundum vos, ab amore Dei & spiritu inhabitante, sicut certum non est, quod dilectio Dei est in nobis, ita nec an fides talis sit quae iustitiam apprehendat, & difficillimum sit discernere fidem ex se viuam ab ea quae viuam non est. Praeterea hic quod M. Bucerus & multi alij cum eo planè ac verè doceant humanam esse cogitationem sine verbo Dei natam, quod vos docetis, tranquillitatem & pacem conscientiae fieri, per absolutionem siue annunciationem Euangelij. Sunt, inquit, ex nostris, qui affirmant singularem energiam habere, si quis priuatim Euangelium audiat, & sese pronunciarit absolutum: tum demum, inquit, certus es id proprie ad te pertinere, cum tu priuatim ac proprie absolueris. Sed quod priuatim absolui ab homine, hoc est, seorsum audire gratiae promissionem, per se momentum aliquod ad confirmandam conscientiam habeat, & tum demum

In comment. 3a cap. enar. in Mattheum

*in sermone de lapsis.*

*Cap. 27. Cap. 3. Mat. 18. 3. Ioan. 8.*

*In sine operanti cui nihil fecit opus tripartitum. Prima veritas quam ponit Ioannes Gerson. Secunda. Tertia.*

*2. mod. 4. 10.*

*Cap. 5. Cap. 9.*

certum habeas Euangelium proprie ad te pertinere, cum tu proprie ac priuatim absolueris, contagio humana est sine verbo Dei: Et propterea in scripturis nullum habet fundamentum. Siue namq; publicus siue priuatim verbum gratiae predicetur, Domini solius est dare incrementum, hoc est, vt credas illud ad te quoq; pertinere. Et quia tota haec conscientiae tranquillitas, pax & securitas nascitur ex persuasionem. Multi enim sibi & etiam alijs persuadent ac pollicentur peccata esse remissa, quae remissa non sunt. De quibus B. Cyprianus arguens sacerdotes, qui faciles erant in absoluendo, Contra euangelij, inquit, vigorem, contra Domini ac Dei legem temeritate quorundam laxatur incautis communicatio: irrita & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura. Omnis namque consilio quo concipitur erroris persuasio, animae perniciofa est: Erroris persuasio est, quod sine odio peccatorum sola fide ipsa remittantur. Nam Hier. 6. Curabat, inquit Dominus, contritionem filiae populi mei cum ignominia, dicentes, pax, pax, & non erit pax. Sunt quidam securi atque in conscientia pacati, quamuis in peccatis viuunt, ex stulta & infideli persuasionem, quod nullum baptizatum & fidelem Deus est danaturus: sed sicut hic in sua familia, ita & ibi in regno suum eos sit suscepturus. Contra quorum errorem scribit B. August. lib. de fide & operibus. Et lib. 21. De ciuitate Dei, agit contra eos qui persuasi erant non obfutura peccata, in quibus dum eleemosynas facerent peristerunt. Et apud Micheam aiunt impij, Nunquid non Dominus in medio nostrum est? non venient super nos mala. Et Ioannes Baptista, Nolite dicere inter vos, Patrem habemus Abraham: & apud Ioannem gloriantur etiam, & iactant se patrem habere Abraham, patrem habere deum, quasi persuasi ex hoc omnia sibi fore tranquilla & secura. Multo igitur certior est animae tranquillitas secundum ecclesiae doctrinam, ex sacramentis baptismi & poenitentiae, per quae certum est peccata remitti poenitenti, modo non habeat obicem peccati actualis: non quia nobis hoc persuademus, sed reuera est ex Christi promissione specialis: certior inquam quam secundum Apologiae doctrinam obtineri possit: eo quod haec non habet pro fundamento verbum Dei, sed fidem tantum hominum, qua quisque sibi persuadet omnia esse secura, & propter Christum peccata sibi remissa sine speciali promissione: vt bene docet Bucerus, & hoc probat: Nam haereticus, scismaticus, & in peccatis perseverans istud sibi persuadere potest, Philippus enim, Ioannes Caluinus, ac Zuuingliani se mutuo perniciosi erroris damnantes, illique quos suis doctrinis seduxerunt, quamuis magni sint peccatores, istud sibi persuaserunt. Credunt enim nihil opus esse ad perfectam veniae consequutionem, nisi vt firmissime credant se absolutos, cum audiunt absolutionem quam docti sunt esse Euangelium Christi. Non est enim peccator qui ex errore sibi hoc persuadere non possit. Non igitur esse potest vera pax conscientiae, quae nititur & fundatur in istis terroribus tam magnis, vt natura eos non sustineat, quos vel nulli fortassis vel rari experiuntur: & in fide hac qua sibi persuadent quacumq; tandem ratione propter Christum peccata esse condonata, & se ereptos ab ira ac supplicijs quae metuebant: cum regnante adhuc amore sui, & sine amore Dei haec omnia contingere possint, vt diximus superius. Ioannes Gerson Cancellarius Parisiensis, triplicem ponit veritatem secundum doctrinam ecclesiae, quam si quis sincere sine fictione proferre potuerit, dicit eum absque dubio esse in statu salutis etiam si innumeris peccatis prius fuerit irretitus, circa etiam susceptionem sacramentorum actuale. Prima veritas est, Domine contra bonitatem tuam hoc modo peccavi, per inuidiam scilicet, vel peccatum aliud, vnde poenitentiam ago, & doleo, quia te sic offendi, qui totus es venerandus & colendus. Secunda est, bonum habeo propositum tuo iuamine mediante in futurum praecavere, ne incidam in peccatum, occasioneque pro viribus euitare. Tertia, Bonam habeo voluntatem confessionem integram peccatorum meorum facienda, iuxta tuum & sanctae matris ecclesiae mandatum: De quibus dicit, quod quisquis has veritates qualicumque loco ac tempore, non fictè aut mendaciter, sed sincere ex animo pronunciauerit, securus esse potest se in statu salutis & gratiae consistere & vitam aeternam promereri. Cuius sententiam satis approbare videtur B. Thomas, docens sacramentum poenitentiae voto solum susceptum operari salutem. Confitemur tamen nullos in hac peregrinatione vel raros ad modum, si qui tamen sint, citra specialem Dei reuelationem omnino infallibiliter certos esse de remissione peccatorum: Et ideo Ecclesiasticus monet, De propitiatu peccatorum nolite esse sine metu. Et B. Iob, Si venerit ad me, non videbo eum: si aberit, non intelligam: etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vita mea.

Qua

Quae verba tractans B. Gregorius, Plerumque, inquit, si scimus bona quae agimus, ad eolationem ducimur: si nescimus, minime seruamus. Quis enim de virtutis suae conscientia non quantumcumque superbiat, aut quis rursus bonum in se custodiat quod ignorat? Sed contra vtraque quid superest, nisi vt recta quae agimus sciendo nesciamus, vt haec & recta aestimemus & minima: quatenus & ad custodia sanctificet animum scientia rectorundis, & in tumorem non eleuet estimatio minorationis. Et alio loco de virtutibus loquens, Si scimus, inquit, nos eas habere, superbumus: si ignoramus, gratias non agimus. Nihil ergo aliud restat, nisi vt sciendo ignoremus, & ignorantes sciamus. Ac in epistola 186. quae est ad Gregoriam cubiculariam Auguste, quae ab eo petierat certa fieri peccata sibi esse dimissa, Quod dulcedo tua, inquit, in suis epistolis subitunxit, importunam se mihi fore quoadusque scribam mihi esse reuelatum, quod peccata tua dimissa sunt. Re & difficilem & inutilem postulasti: difficilem quidem, quia ego indignus sum cui reuelatio fieri debeat: inutilem vero, quia secura de peccatis tuis fieri non debes, nisi cum iam in die vitae tuae ultimo plangere eadem peccata minime valebis, quae dies quousque veniat semper suspecta, semper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis stetitibus lauare. Certè Paulus Apostolus iam ad tertium caelum ascenderat, in paradysum quoque ductus fuerat, arcana verba audierat, quae homini loqui non liceret: & tamè adhuc trepidans dicebat, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs predicauero, ipse reprobos efficiar. Adhuc timet qui iam ad caelum ducitur, & iam timere non vult qui adhuc in terra conuersatur? Perpende dulcissima filia, quia mater negligentiae solet esse securitas: habere ergo in hac vita non debes securitatem, per quam negligens reddaris. Scriptum est enim, Beatus vir qui semper est pauidus. Et rursum scriptum est, Seruete Domino in timore, & exultate ei cum tremore. In paucis ergo huius vitae tempore mentem necesse est vt tremor teneat, quatenus per securitatis gaudium sine fine postmodum exultet. Non igitur relinquimus nos conscientias incertas & ambigentes de remissione peccatorum: nec tamen infallibiliter de ea persuasas, sed certissimè confidentes quod ex Dei patris misericordia, ob filij mortem eiusque promissionem, ipsa nobis sint remissa, nosque ab eo in gratiam sumus recepti, nihil de eo dubitantes. Et ita iuxta sermonem beati Gregorij, quasi conscientias ignoramus, & ignorantes scimus nobis remissa esse peccata.

*Lib. 9. ca. 17.*

*2. Cor. 9.*

*Prover. 18. Psalm. 2. Christianis non relinquatur conscientia incerta.*

Alia etiam dogmata apologiae de poenitentia improbant Alphonfus Episcopus Canariensis in Philippicis, & Albertus Pighius.

### Articulus Quartus.

*Contritio est dolor de peccatis propter Dei offensam susceptus, cum proposito consistendi & satisfaciendi: non autem (vt quidam hoc seculo perniciosè docent) terror conscientiae, propter apprehensum gehennae supplicium peccatis debitum. Preparat tamen hic terror & gehennae metus, ad veram animi contritionem.*



Omnia haec attritio & contritio per Analogiam vsu sacrarum scripturarum, & patrum ecclesiasticorum, à corporalibus ad animum transferuntur: quemadmodum durum, & molle, carneum & lapideum, & secundum eandem frangi cor dicitur scindi, arteri, & conteri. Est autem cor durum teste B. Bernardo, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, praeteritorum obliuiscens: praesentium negligens: futura non prouidens: hoc est quod nulli inspirationi, nulli motioni ipsum tangenti cedit vel acquiescit: imò & resistit in affectu peccati persistendo. Frangitur autem & arteritur quando sibi displicere incipit, & odio esse peccatum, nondum tamen plene ab ipso recedens, ad Deum conuertitur. Conuertitur vero quando peccatorum affectus deserit, & omnino ea abominans Deo se subijcit in omnem obedientiam, omnemque eius voluntatem.

*Lib. 1. de consideratione ad Eugenium. Quid cor durum.*

*Discrimine inter attritionem & contritionem.*

Quam differentiam liber de vera & falsa poenitentia explicat per veri & conuerti à peccatis ad Deum. Veri enim dicit eum qui de crimine dolet, & ipsum vult dimittere: conuerti autem qui torus & omnino vertitur, qui iam poenas non timer, sed ad bonum dominum redire festinat. Rationes etiam nominum, & scripturæ sacræ significant differentiam esse inter conteri & atteri. Qui ceciderit, inquit, Saluator, super lapidem istum confringetur, super quem verò ceciderit, conteret eum. Et Deuter. 29. de filiis Israel dicit Moyses, quòd non sunt attrita vestimenta eorum. Et Neomie 9. quòd pedes eorum non sunt attriti. Duplici autem intentione cor contritum dicitur secundum VVilhelmum Parisiensem: secundum se quidem, quando subtiliter examinatur & per singula quæque ac cultissima discutitur: quomodo verbu Dei sine sacra eloquia frangi, scindit, conteri siue confringi dicuntur, quando diligenter per singula explicantur, & latentia mysteria eruuntur. Altero modo secundum morbos & vitia quæ in ipso sunt contenta, quando videlicet peccandi voluntas & cogitatio penitus in eo destruitur. Atque hæc cordis contritio vulnera victorum in ipso destruit, & cor morbis fractum plenè sanat, integrat & solidat. Quemadmodum igitur in corporalibus attritum est, cuius soluta est integritas, vel aliquo modo læsum est: & contritum q. in minimas partes fractione est resolutum, ita in spiritualibus attritio dicitur imperfecta poenitentia vel displicentia de peccato admisso: & contritio poenitentia perfecta, per quam affectus peccati omnino destruitur & annihilatur, qui per poenitentiam imperfectam solum impeditur, minuitur ac retardatur. Ordinatur enim poenitentia sine odium peccati ad eius destructionem. Ab effectu itaque facilis est hæc discretio. Nam contritio peccatum commissum delet, & Deum nobis conciliat, eiusque iniuriam emendat, testante propheta Dauid, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, contritum & humilatum Deus non despicies. Subiicit enim se cor contritum in omnem voluntatem Dei: atque cordis contriti & contribulati effectus, propter quem despici non potest, est hæc humiliatio. Et apud Esaiam, Ad quæ respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & tremetem sermones meos: cui soli venit etiam magnus medicus Saluator noster mederi. Quis autem sit hic affectus cordis, qui dicitur in scripturis, contritio propter quem Deus hominem despiciere non potest, an sola poenitentia, quæ est odium peccati propter Dei super omnia dilecti offensam, statim dicemus. Omne autem odium siue peccati displicentia quæ ab hoc sine deficit, nec sufficit per se sine sacramento gratiam Dei nobis conciliare, atque peccatum destruere, imperfecta est, utpote à sine veræ displicentiæ deficiens. Vnde colligitur quòd multis modis displicentia hæc imperfecta siue attritio contingere potest. Multipliciter enim contingit à perfecto declinari. Primum itaque imperfectæ displicentiæ genus est, cum quis dolet de peccato propter humana naturaliaq; incitamenta siue motiua, vt quia turpe est, & contra rationem & honestatem, vel quia induxit infamiam, vel etiam quia contrariu Deo est, quatenus finis est atq; principium naturæ. Hoc displicentiæ genus quia animum peccantem frangere & atterere potest, licet non profectè, cum sola ratione naturali nitatur, meritò attritio vocari potest. Oportet enim verâ poenitentiam ex fide proficisci, vt superius docuimus: & liber de vera & falsa poenitentia docet fidem esse fundamentum poenitentia. Secundum genus imperfectæ displicentiæ est quod oritur ex timore poenarum spiritualium vel æternarum, quæ lumine fidei cognoscuntur. Et hanc doctores scholastici propriè attritionem vocant. De qua liber agit tractans verba Ezechielis 33. Quacunq; hora peccator ingemuerit, & conuersus fuerit, vitauit: docens poenitentiam quæ impetrat vitâ non à solo timore, sed à charitate proficisci: vt etiam Magister 4. senten. docet distict. 15. & 20. Nam illam quæ ex timore supplicij est, tanquam insufficientem etiam rejicit B. Amb. Idem videtur esse iudicium de alia poenitentia, quæ ex fidei cognitione concipitur. Tertium huius imperfectæ displicentiæ genus inuenitur, cum quis dolet de peccato, quia contra Deum est, eiusque offensa, sed ex voluntate imperfecta & optatiua tantum, non absoluta atque efficaci: sed prævalent & dominantur affectus peccatorum retrahentes, quos nondum vincere aut abijcere conatur: sicut & dilectio Dei imperfecta appellari potest, qua Deo vellem bonu & gloriam, eiusque nomen in me & in omnibus sanctificari. Perfecta verò poenitentia ex Dei dilectione super omnia absoluta & efficaci nascitur. Et ideo ad hoc genus reduci potest displicentia peccati ob Dei offensam, sed non tanquam summè odibilem, nec Dei vt super omnia dilecti, sed ex consideratione quòd sit noster pater, dominus ac benefactor, displicet quòd eum offendimus: quemadmodum bono filio displicet quòd patrem, & subdito quòd Dominum offenderit.

Matth. 21.

Cap. 4. v. rheo  
rica diuine.

Poenitentia ordinatur ad peccati destructionem. Psalm. 50.

Cap. 66.

Esaiæ 61. & Lucæ 4.

Primus modus attritionis

Secundus modus.

Cap. 17.

Lib. 2. de poenitentia, cap. 9 Tertius.

Com-

Complectitur autem contritio in articulo omnem peccati displicentiam perfectam & imperfectam, in quo imitatur Concilium Florentinum, quod dicit primam partem huius sacramenti esse dolorem de peccato, requiritur enim vt aliquo modo voluntaria sit confessio, & submissio in arbitrium sacerdotis, non ficta: propter quod contritio pertinet ad exteriorem poenitentiam, & includit propositum confitendi & satisfaciendi. Est enim pars huius sacramenti, quatenus refertur ad clauas ecclesiae: vt rectè admonuit Cardinalis Caietanus. Qua consideratione initium est & ratio exterioris poenitentia. Constant enim interiores actus hoc modo ad exterius iudicium pertinere. Aliter enim iudicatur offendens ex odio, & aliter offendens ex ira, & compensatio poenitentia, nisi sponte fiat à reo, non est reconciliatiua. Quare velle compensare delictum quod in contritione continetur, est prima huius iudicii pars, quod non solum vindictatum est, sed & conciliatum. Hinc non oportet quamlibet partem sacramenti huius esse sensibilem, sed potest vna pars esse ratio, quare alia partes sensibiles ad hoc sacramentum atque iudicium pertineant: idq; eo magis, quòd hoc forum interius est, ad quod actus etiam interiores referri possunt. Ponitur etiam Contritio, quæ est dolor de peccatis ob Dei offensam, pars sacramenti, quia certa est atque indubitata eius materia. Quòd autem attritio sufficiat, quamvis verum sit, non est tamen certum atque indubitatum.

Vtitur etiam articulus hoc nomine Contritionis propter Martinum Lutherum & Philippum, qui docent peccatorem non posse dolere de peccatis ob Dei offensam ex eius amore, antequam remissum est peccatum. Quamlibet autem attritionem aliquando esse partem sacramenti ex eo probatur, quòd confessio ab attrito facta non est repetenda, quamvis effectu sacramenti frustraretur, & absolutio quæ ei impenditur est sacramentalis, vt docet B. Thom. de informi confessione: & post eum Capreolus, & latissimè Card. Caietanus quæst. 5. inter additas tertiæ parti B. Thomæ & in summula sua. Nec tamen quamlibet attritio sufficit ad suscipiendum effectum sacramenti vel remissionem peccatorum: quemadmodum certum est de attritione conditionata, quæ oritur ex desiderio, quo homo vellet placere Deo, & ei reconciliari, in peccatis tamen manens, quamvis verum suscipiat sacramentum: maxime si tristatur se carere perfecto dolore, seq; etiam accusat huius indispotionis: & etiâ de ea quæ ex timore infamie vel aliius mali temporalis proficiscitur: vt si quis detestetur peccatum & proponat confiteri ne eiiciatur ab ecclesia, vel ne multetur pecunia. His enim modis attritus nunquam fit virtute sacramenti contritus, hoc est, non accipit gratiam, sic enim intelligimus ex attrito fieri contritum, gratiam & sanctificationem consequi virtute sacramenti, perinde ac si verè esset contritus: non autè, quòd inesse incipiat actus aliquis qui est propriè contritio, ex Dei super omnia dilecti amore procedens. Attritio verò ex timore poenari super naturalium idonea dispositio est ad sacramentorum baptismi & poenitentia gratiam percipiendam: vt cum quis detestatur omnia peccata mortalia, & propterea confitetur, ne per peccatum excludatur à gloria, vel ne in supplicium ignis sempiterni conijciatur: qui etiâ si cognoscat se non habere contritionem, sed tantum hanc attritionem, probabilis est doctorum sententia quòd licitè accedit ad baptismi & poenitentia sacramenta suscipienda: vt docere etiam videtur beatus Thomas. Nec ratio eius est contemnenda: quia sacramenta, inquit, baptismi & poenitentia per se ordinantur ad præstandam vitam mortuis: quare licitè sumi possunt ab his qui habent conscientiam peccati mortalis, modo habeant attritionem, qua tollatur obex & complacentia in peccato commisso. Sunt enim hæc duo sacramenta medicina parata contra morbos animæ: absurdum autem esset quòd nullus qui se ægrum esse cognoscit, iuste possit hæc sumere medicamenta: quemadmodum absurdum esset quod medicinas corporales ad sanandos corporis morbos à natura institutas non possit sumere nisi sanus, aut qui se sanum existimaret. Ideo beatus Augustinus libro de catechizandis rudibus, distinguens tria genera hominum ad fidem venientium, tertium dicit esse eorum qui metu gehennæ vel æternæ beatitudinis desiderio fiunt Christiani. Qui autem, inquit, propter beatitudinem æternam & perpetuam requiem, quæ post hanc vitam sanctis futura promittitur, vult fieri Christianus, vt non eat in ignem æternum cum diabolo, sed in regnum æternum intret cum Christo, verè ipse Christianus est: caurus in omni retributione, ne prosperis rebus corrumpatur, & ne frangatur aduersis: & in abundantia bonorum terrenorum modestus & temperans, & in tribulatione fortis & patiens: qui etiam proficendo peruenerit ad talem animum, vt plus amet Dominum, quam timeat gehennam: vt etiam si dicat illi Deus, Vtere delictis carnalibus sempiternis, & quantum potes pecca, nec morieris, nec in gehennam mitteris, sed mecum tantummodo non eris,

Contritio in articulo generaliter sumitur

Qualibet pars sacramenti non debet esse sensibilis

Distinct. 17. 4 sententiarum art. 4. q. 1.

3. parte q. 79 art. 3. ad 2. et q. 80. art. 4. ad 2. & in 4. sent. distict. 24. q. 1. art. 3. q. 1. ad 3.

Cap. 17.

L 4

exhor-

Rupertus.

Matth. 27.

Matth. 4.

3. Reg. 21.

Matth. 11.

Ione 3.

Matth. 11.

2. Reg. 12.

Cap. 11.

Cap. 20.

2. Corinth. 7.

exhorrescat, & omnino non peccet: non iam ne in illud quod timebat incidat, sed ne illum quem sic amat, offendant, in quo vno est requies quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quam præparavit Deus diligentibus se. Et Rupertus non habita etiam consideratione sacramenti, videtur docere huiusmodi poenitentiam acceptari à Domino, & impetrare remissionem peccatorum. Nam tractans verbum euangelicæ. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, poenitentia ductus, retulit triginta argenteos. Vnus, inquit, est poenitentia modus, de quo iustus & misericors Deus curare dignetur, videlicet vbi causa poenitentiam agendi est fides futuri seculi, metus gehennæ, desideriumq; regni Dei. Huiusmodi poenitentiam non solum per suos nuncios, verum & maxime per semetipsum Deus de celo veniens prædicari curavit, sic incipiens euangelium suum, Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Alius est poenitentia modus, vbi causa poenitentiam agendi est amor præsentis seculi, pro qua poenitentiam agit impius Achab de sanguine Naboth Iezraëlita scindens vestem suam, ieiunansq; ac dormiens in sacco, & ambulans demisso capite. Pro causa hac & Sodomitæ, Tyrii & Sydonii poenitentiam egissent (quemadmodum Dominus dicit) in cinere & cilicio. De huiusmodi poenitentia, quoniam salutem non operatur, Deus nunquam curasse legitur, vt vel per semetipsum, vel per nuncios suos eam prædicare dignaretur, præterquam quòd ad Niniiem ciuitatem magnam, misit prophetam Ionam: licet ille nec poenitentiam ibi prædicauerit, aut prædicare iustus fuerit, sed hoc tantum, Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur. Quæ sententia frequens in commentariis eius, Nam circa cap. 3. Ionæ tractans locum, Surge, vade in Niniven ciuitatē magnam, quarit quare Dominus non solum Niniuitarum, sed omnium gentium Deus, magis de Niniuitis, quam de cæteris gentibus curauit. Poterat enim fieri vt aliæ quoque gentes conuertenterentur ad poenitentiam, si prædicatores eis misisset Deus: sicut per semetipsum testatur de Tyro, Sydone, & Sodomis. Et respondens, Si omnis inquit, poenitentia ad salutem sufficiens esset, videri posset Deus nolle saluos fieri eos, qui erant poenitentiam acturi, si prædicatores ad eos fuissent missi. Nunc autem non ita est. Ille namque solummodò poenitentia timor ad salutem perducit, cum idcirco quis poenitentiam agit, quia iudicium vniuersale & celorum regnum futurum esse credit, à quo excludendi sunt, & in gehennam mittendi peccatores. Cum ergo quis idcirco poenitentiam agit vt mala æterna euadat, & bona consequatur sempiterna, fidelis iudicatur, & per fidem agendo poenitentiam saluatur. Nulli ex omnibus quos ad talem poenitentiam conuerti posse præciuit, Deus vnquam prædicatores mittere, seu notitiam veritatis ostendere neglexit. Est alia poenitentia siue poenitendi in re, cum quis propterea poenitentiam agit, vt præsentia tantum, siue præsentis seculi mala effugiat, bona retineat, fidem non habens aut curam futurorum bonorum siue malorum. Porro prior ille & melior poenitentia modus, quo propter ipsum Deum & futuri seculi fidem de peccato quis compungitur, interdum sine magno opere siue labore in prima confessione suscipitur: Exempli gratia vt Dauid, qui cum dixisset ad Nathan, Peccaui Domino, statim audiuit, Transitulit quoque Dominus peccatum tuum, non morieris. De attritione verò quæ procedit à naturali Dei amore super omnia; an sit dispositio idonea, vt virtute sacramenti baptismi & poenitentia gratia conferatur, certum non est. Est tamen probabilis multorum opinio quòd sufficiat, quia tollit, inquit, complacentiam in peccato, & obicem sacramenti. Intelligunt autem (vt credo) si cum fide, spe venia & proposito Deo seruiendi sit coniuncta, sine quibus nulli contingit peccatorum remissio. Idem fortassis dicerent de odio peccati quia turpe est & contra rationem. Imò scribunt neoterici quidam doctores scolastici, quòd quocumque attritionis genere homo sit attritus, si existimat se præstitisse quòd necessarium erat, ignoratq; inuincibiliter se non habere sufficientem dispositionem, suscipiet gratiam & peccatorum remissionem virtute sacramenti: quia is, inquit, non ponit obicem, sed bona fide ad sacramentum accedit. Sacramentum autem in non ponente obicem, suos operatur effectus. Quia ratione affirmant omnia sacramenta ex huiusmodi attrito reddere contritum. Et citant B. Tho. 3. parte, quæst. 79. art. 3. Et in comment. super Ioannem, circa illud, Soluite eum. Consolatoria quidem hæc sunt, sed incerta, & scripturis ac patrum sententiis non satis consentanea, si intelligant nullam Dei aut offensa eius, in displicentia hac peccati habendam esse rationem. Nam Apóst. Paulus in Actis solum annūciat poenitentiam, quæ secundum Deum est, & ad Corinth. Tristitia, inquit, quæ secundum Deum est, poenitentiam in salutem stabilem operatur: vbi Ambro. in cōment. Manifestum, inquit, est quòd qui tristis est quia peccauit, secundum Deum tristis est: dolet enim, quia fecit quòd odit

odit Deus. Idem B. Chrysof. & Theophy. Nam ne homo quidem iustus placaretur, cum is qui læsit nullam ipsius in dolore habet rationem, nec ab eo in amicitiam reciperetur qui iacturam propriam sentit & dolet, non amici offensionem. Et passim requirunt scripturæ, quòd poenitentes conuertantur ad Dominum: Conuertimini, inquit, propheta Ioel, in toto corde vestro. Et apud Ezechielem, Conuertimini, & agite poenitentiam. Vbi que ratio fuitq; poenitentia Deus ipse præscribitur. Oportet igitur cum attritione quæ fit ob merum supplicij, & multò magis quæ fit ex consideratione luminis naturalis, aliam affectus mutationem coniunctam esse: vt scilicet rationes ob quas dictis modis de peccatis dolemus, moueant ad altiore considerationem, mentisq; ad Deum etiam affectionem. Fieri tamen potest, quòd huiusmodi rationes sint fines propter quos de peccatis dolemus, fines scilicet doloris: & alia sit ratio secundum quam peccatum consideratur, de quo dolemus, prout doloris aut poenitentia est obiectum. Iusta enim est causa de peccatis dolendi, quia per ea rei facti sumus æternæ damnationis & perdidimus hæreditatem æternam: imò & secundum quam peccata considerentur, vt de ipsis doleamus: concurrere tamen debet & mouere etiam Deus ipse, vt secundum eum sit tristitia atque poenitentia salutaris. Quando autem obijcitur, Sacramenta effectus suos operari, vbi nullum inueniunt obicem peccati mortalis. Respondetur quòd non tantum mortale peccatum impedit effectus sacramentorum, sed & defectus dispositionis quam requirunt. Nunquam enim virtute baptismi fiet regeneratio vel peccatorum remissio ei, quem non poenitet peccatorum suorum, quamuis etiam hoc fiat sine culpa eius qui baptismum suscipit: Et in sacramento poenitentia qui non dolet de peccatis suis, non solum effectu sacramenti frustratur, verum etiam ipso sacramento, licet inculpabiliter atque ignorantia inuincibili hoc contingat. Et ideo verum non est generaliter quòd inuincibiliter ignorans se in dispositum suscipit effectum sacramenti. Nec etiam necessarium est, quòd dolentes de peccatis secundum prædictos modos attritionis, virtute sacramenti gratiam suscipiant, vt saluari possint quòd baptismus & poenitentia sunt, in remissionem peccatorum, non solo voto, sed etiam re ipsa suscepta: quia multæ sunt hominis affectiones secundum quas Deus est causa doloris, quæ tamen sine sacramento non sufficiunt ad peccatorum remissionem: vt si peccator Deo illuminante cognoscat se multis modis Domini sui maledata transgressum, patremq; offendisse, & de eo dolens cupit se emendare, eiusq; posthac facere voluntatem, & suam agnoscens infirmitatem, metuit quòd nec Deum, vt oportet, diligit, nec eius mandata implere poterit, nisi remissis peccatis, atque spiritu sancto accepto: & vt ista obtineat, subijcit se sacerdoti & absoluitur: Nihil hic dubitandum est, quin iste virtute sacramenti peccatorum consequatur remissionem: imò quocumque est dolor de Dei offensa coniunctus cum proposito emendandi, & viuendi secundum leges Christi, suos effectus, si non est obex, operatur sacramentum: Nec tamen hæc mentis dispositio per se ad hoc sufficit, cum nondum sit cor plene contritum, propter Deum tantam vltimū finē, & super omnia dilectum. Et quantum huiusmodi animi dispositio conpatiat voluntatem mortaliter culpabilem, ex ignorantia inuincibili, quæ non excuset, ac tum ab effectu suo sacramentum impediatur, habet tamen effectus suos, si nullum adest huiusmodi mortalis peccati impedimentum. Nam certissimum haberi debet, quòd sicut sacramentum baptismi, ita & poenitentia plerumque primam gratiam conferat, atq; remittat peccata. Hoc enim satis docuimus superius ex scripturis & patrum sententiis. Et secundum sacros canones reus est animarum, qui morientibus abnegat poenitentiam: vt asserunt Iulius papa & Cælestinus, quemadmodum citat Gratianus 26. quæst. 6. Quis enim crederet potestatem retinendi reos aliquos in carcere, aut etiam inde soluendi, esse in rectore ciuitatis, si nunquam aliquem eripere à carcere potest: sed, quòd durius est, ipsi se vincit & compediti, eo repugnante, & à carcere & à compedibus queunt liberari? Mirum si sacerdotes clauem habeant regni celorum, quòd nulli ipsum aperire possint: Neque sine manifesto periculo sacrilegæ falsitatis dici & intelligi queunt ista verba, Absolutio te à peccatis, in hunc sensum, ostendo te à peccatis absolutum: quando quidem neque Deo, neque Ecclesie, neque ipsi poenitentibus, neque sibi ostendunt faceret peccatores esse absolutos: quia etiam ipsi de eo nihil constare potest. Et si intelligatur, Quorum remisistis peccata, habere sensum, Quorum declaraueritis esse remissa, ex consequentia sermonis cum dicitur, Remittuntur eis in cælis, intelligitur, Remissa declarantur, quòd absurdum est. Non igitur requiritur amor Dei super omnia & tanquam finis vltimū, vt dispositio necessaria in sacramento baptismi, nec etiam poenitentia: sed talis sufficit, secundum quem Deus sit causa tristitia vel poenitentia. Quòd autem dictum est si-

Homil. 4. in eadem epistola.

Cap. 2. Cap. 18.

In poenitentia saluari conuenire debet. Deus. Objectionis dilutio. Non tantum mortale peccatum impedit sacramentum effectus.

Baptismus et poenitentia primam gratiam conferunt. Epist. 2. ad episcopos Galliciarum. ca. 5. presbyteri, et cap. Agnouimus.



Agem aff. in caritate Deus non de spiciat.

Quodl. 7. ar. 3. & quodl. 5. art. 3.

3. parte. q. 87. art. 1.

Isabel 2.

Lib. 2. de natura & gratia. cap. 16. Par. 4. q. 57. m. 2. 7. et 8.

Lib. 14. de civitate ca. 15.

Qua ratione de peccatis dolendum.

Distinct. 17. quarti sent. quaest. 8. art. 34.

In Deo non sunt idem Offensa & ira sine vindicta voluntas.

De veritate q. 28. art. 2. Distinct. 17. 4. q. 16.

est superius, quemlibet modum attritionis etiam y furariorum & concubinariorum permanentium in peccatis suis satis esse, vt saluetur ratio sacramenti, non omnino certu est, quamvis ea videatur esse sententia beati Thomae, loco supra citato. Affectus autem contritionis quem Deus despiciere non potest, est odium peccati super omnia odibilia, propter Deum tanquam finem vltimum in quem omnia referuntur amatum, vt docet Sanctissimus Dominus Adrianus, in quodlibetis, qui etiam eodem loco tractat, an talis affectus etiam sit omne odium peccati, propter Deum super omnia appreciativè dilectū, sed non vt finem in quem omnia referuntur: At huius rei prolixiorum tractatum non requirit praesens articulus.

EST autem contritio, sine qua non remittitur peccatum formalis displicentia, odiū siue dolor de peccatis. Nec Dei dilectio sine huiusmodi displicentia sufficit, quamvis eam virtualiter contineat: vt docet B. Thomas. Et passim scripturae sacrae hortantes ad poenitentiam non patiuntur expositionem de poenitentia virtuali siue dilectione. Pleuraque etiam meminerunt effectuum doloris: vt hoc loco, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Nam odium peccati est vltima dispositio ad eius remissionem: propter quod etiam principaliter remittitur peccatum. Et actus poenitentiae siue peccati odium, non solum à Deo est praecipuum, sed & ordinatum tanquam medium necessarium, sine quo remissio peccatorum haberi non potest, nisi eorum quorum penitus sumus oblitii. Hæc latè prosequitur, & probat reverendus pater Dominicus à Soto. An martyrium hanc poenitentiam suppleat, ambiguum est, probabilis tamen, vt docet Alexander de Hales, quòd in martyre necessaria est formalis poenitentia siue dolor de peccatis, sine quo martyrium eius qui mortaliter peccavit, Deo nō placeret. Ordinare enim movet Deus hominum affectus ad se diligendum, & pro nomine suo moriedum, ac prius suggerit peccata & afficit ad eorum odium atque displicentiam.

Est autem contritio verius odiū & peccati displicentia, quam dolor, qui propriè pertinet iuxta beatum Augustinum ad partem sensitiuum, sicut tristitia ad animum. Quare dolor & tristitia si propriè accipiantur verius contritionem sequuntur, quam sint ipsa contritio. Atque per Dei offensam in articulo intelligitur omnis ratio secundum qua Deus est tristitiæ causa. De peccato enim admisso, primò dolendum est, quia contra Deum est. Nam in omni mortali peccato, in quantum in ipso est auersio à Deo sine vltimo, resitatus ipso facto, etiam si non affectu, eum habere pro vltimo fine: & pro nostro Domino ac Deo: vt declarat Cardinalis Caietanus in summula in verbo Confessio, conditione 12. Me dereliquerunt, ait Dominus Hier. 2. fontem aquæ viuae, & foderunt sibi cister nas dissipatas, quæ continere non valeant aquas: Et infra, Dereliquisti Dominum Deum tuum. Deinde de peccato dolemus, quia contra præceptum, contra legem & obedienciam Dei est: quia contra charitatem, religionem, & cultum ei debitum: quia contra patrem & benefactorem: quia turpe est sic egisse in conspectu Dei & sanctorum angelorum. Omnes hæ rationes de peccato dolendi, & alia quæ Deum respiciunt hic nomine offensæ Dei intelliguntur. Intelligitur etiam attritio, secundum quod in cludit propositū confitendi & satisfaciendi tanquam media per quæ peccatum remittitur. Intelligitur, denique omnis dolor qui facit aliquo modo voluntariam esse confessionem & satisfactionem. Hoc enim dolore præcedente verum est sacramentum, si alia concurrant: & secundum sententiam B. Thomæ, effectum habet fictione recedente: nec iteranda creditur huiusmodi confessio. De quo Petrus de Palude, Et sanctissimus dominus Adrianus in questione de absolutione data ficto, Et Cancellarius Parisiensis 2. parte. Describitur enim hic contritio, vt est pars sacramenti perfecta, vt simul esse possit vltima ad gratiam dispositio, & vt alia peccati odia imperfecta comprehendit. Intelligitur autem nomine offensæ, non ira Dei vel voluntas vindicandi, sed indignatio quæ opponitur amorì, quo nos quasi filios & amicos specialiter diligit ad paternam suam hereditatem: cuius effectus est gratia gratum faciens, secundum quam quasi filios & hæredes nos complectitur.

Nam quia vult vindicare propterea quòd offensus est, & offensus, quia cõtra eum eiufq; mandata egimus, non potest in Deo idem secundum rationem esse offensæ, & ira siue voluntas vindicandi. Ratio enim offensæ ex eo sequitur, quòd contra ipsum, ipsiusq; legem peccauimus. Et quia peccatum est aliquid admissum cõtra legem Dei æternam, idem est dolere de peccato, & de eo quod contra Dei legem fecimus. Quod autem alia sit ratio offensæ, alia iræ siue voluntatis vindicandi, docent B. Thomas & Capreolus. Proprie enim quis dicitur offensus, quia passus est quod malum est & ei displicens, atque hoc respectu poenitens potissimum de peccatis dolet.

Suffici-

Suscipitur hic dolor non propriis naturæ viribus, sed gratia Dei excitante, praeueniente & illuminante, ac voluntatem mouente. Nam vt dicit B. Ambr. Negavit primò Petrus, & non fleuit, quia non respexerat Dominus: Negavit secundò, nec tunc fleuit: negavit tertio, respexit Iesus, & ille amarissimè fleuit. Respice, ait, Domine Iesu, vt sciamus nostrum deslere peccatum, lauare delictum. Et b. August. de fide ad Petrum, Firmisimè, inquit, tene: neminem hic posse poenitentiam agere, nisi què Deus illuminauerit, & grauita sua miseratione cõuerterit. Id quod & certa ratio docet & confirmat autoritas, ait B. Bernardus, & Apostolus Paulus, Bonitas Dei ad poenitentiam te adducit. Suscipitur autem simul spes veniæ ex fide in propitiatorem Iesum, quæ plerunque sequuntur dolorem de peccatis. Et quia contritio ista est pars sacramenti poenitentiae, respicit reliquas sacramenti partes, & virtualiter includit, atque etiam imperat propositum cõfitemdi & satisfaciendi. Propter quod requirit discussionem & conscientiae examinationem, vt plena fiat peccatorum confessio. Imò nec perfectè confiteri possumus de omnibus & singulis peccatis coram Deo, nisi facta huiusmodi discussione, & recollectione peccatorum atq; grauitatis eorum consideratione.

Perniciosa est doctrina, quòd contritio est terror conscientiae propter apprehensum gehennæ supplicium, eò quòd excludat verum modum poenitendi & conterendi, & falsum inducat, qui est in terroribus istis & fide apprehendente, vt articulo præcedenti dictum est: cùm tamen à catholico more poenitendi, quem articulus explicat, pendeat omnis falsus peccatorum. Similiter perniciosa est doctrina qua asserunt, etiam hos terrores esse partem poenitentiae: nullo habito respectu confessionis & satisfactionis, quodq; est immediata & vltima dispositio, vt fide accedente iustificemur. Quæ omnia erronea sunt & perniciosa. Nec enim possunt terrores isti esse contritio, quam Deus despiciere nō potest, cùm his terroribus affectum Deus plerunque despiciat. Nam esse possunt in desperante sine fide & spe veniæ: imò secundum aduersarios in desperationem ducunt, nisi accesserit fides. Si tamen quis cõsideratione peccati sui & iræ Dei, velit se submittere correctioni & clauibus ecclesiae, vitam emendare instituens, videtur hic sufficere præparatus vt virtute sacramenti ei peccata remittantur. Nec oportet quòd iste dolor peccati & terrores ex immoderato sui amore proficiscantur: quia sicut quaedam sunt honesta, & appetibilia secundum se: vt virtus, honor, sanitas & vita: ita quaedam secundū se sunt fugibilia: quale est peccatum & supplicium gehennæ.

Et ideo hic metus qui adducit dolorem de peccatis præparat ad veram poenitentiam, per quam peccata remittuntur. Docet enim B. Augustinus rarissime accidere, imò fere nunquam, vt quisquam velit fieri Christianus, qui non sit aliquo timore Dei percussus.

De ipsa quippe feritate Dei, qua corda mortaliū saluberrimo timore quatiantur: charitas, inquit, edificanda est, vt ab eo quem timet, amari se gaudens, eum redamare audeat, etiusq; in se dilectioni, etiam si impunè posset, displicere tamen vereatur. Et Ioannes Baptista ab huius timoris incursione exorsus est suam poenitentiae prædicationem, Progenies, inquit viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Iam securis ad radicem arboris posita est: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et Dominus. Putatis inquit, quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis: sed nisi poenitentiam habueritis omnes similes peribitis. Et B. Augustinus. Si nullus est timor, inquit, non est quæ intrat charitas. Sicut videmus per setam introduci linū quando aliquid sinitur: seta prius intrat: sed nisi exeat, non succedit linum: sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet, quia ideo intrat vt introduceret charitatem. Et post pauca, Stimulat timor, Noli timere, intrat charitas quæ sanat quod vulnerat timor. Timor Dei sic vulnerat, quomodo medici ferramentum putredinem tollit, & quasi videtur vultus augere. Ecce putredo quando erat in corpore, minus erat vultus, sed periculosum: accedit ferramentum medici, minus dolebat quam dolet modò quum secatur: plus dolet cùm curatur, sed ideo plus dolet accedente medicina, vt nunquam doleat succedente salute. Occupet ergo cor tuum timor, & inducra charitate succedat cicatrix ferramenti medici. Dicit enim scriptura, Qui sine timore est, non poterit iustificari. Opus ergo vt intret timor primò, per quem veniat charitas. Timor medicamentum est: charitas sanitas. Eundem ordinem tradit B. Gregorius lib. 6. epistolârū ad Theotistam & Andream. Duo, inquit, sunt compunctionis genera: vnum quod æternas penas metuit, aliud quod celestibus præmiis suspirat: quia Deum sitiens anima prius timore compungitur, post amore. Antè enim semetipsam in lachrymis afficit, quia dum malorum suorū recolit, pro his perpeti supplicia

In comment. super Lucam de Petri negatione. Cap. 31.

Sermon 1. in festo Penitentioses. Roma. 2.

Lib. 1. de caris chizandis vrbibus cap. 5.

Timor principium dilectionis.

Matth. 3.

Lucæ 13.

Tract. 9. in epistolam primam Ioannis Apostoli. Apertissima comparatio Augustini.

Ecclesi. 1.

Epistol. 87. Epistol. 187. Duo sunt modis peccator compungitur.

Math. 10.

supplicia aeterna pertimescit. Quae prolixè ibi prosequitur. Dum enim peccator gehennam considerat cum grauiſſima eius pœna, quam maximè odit, deinde Deum, qui potest & decreuit peccatoribus eam infligere, graui concutitur timore: ad quem etiam ipse Dominus nos inuitat, dum dicit, Eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Hoc itaque timore percussus progreditur ad peccatorum suorum considerationem, propter quae grauiſſimo huic supplicio est obnoxius: agnoscit quanta sit eorum grauitas, quanta sceleritas, quanta etiam enormitas, quae tale merentur supplicium. Ex his considerationibus eò tandem peruenit, vt absolute & simpliciter sic fugiat peccatum, vt iam non solum se ab opere peccati cohibeat: sicut fit per timorem mundanum & humanum: sed etiam peccandi in eo moriatur voluntas, adeo quidem vt etiam nullam pœnam fore infligendam sciret, nunquam tamen peccare vellet: quoniam iam peccati enormitatem, quod Deo sanctisq; eius angelis spectantibus perpetravit, plenè agnoscit.

In psal. 118.

De huius timoris vtilitate B. Ambro. docet sermone 15. circa versiculum, Conſige timore tuo carnes meas. Carnes, inquit, animae sunt carnales cogitationes, quas conſigit timor Domini & iudiciorum eius. Est enim in conuersione impij primum principium Dei operatio commouentis, & cor conuertentis: secundum illud, Conuerte nos Domine ad te, & conuerte mur. Dein de actus fidei, ac timor suppliciorum ex fide conceptus: postea motus spei de consequenda venia, quem sequitur propositum emendandi. Postremò actus charitatis, quo peccatum displicet propter seipsum, & non propter supplicia tantum. Primus igitur motus affectus in poenitente regulariter est timor suppliciorum gehennae: quo solo homines duri & peccatis consueti ad poenitentiam mouentur, sicut patet ex sententia Augustini paulò superius citata.

Thren. vii.

B. Thomas 3. parte q. 85. art. 5.

Nec terrore solo aut metu gehennae ad veram animi contritionem preparamus, sed & discussione atque conscientiae examine & grauitatis peccatorum, quae commisimus, consideratione. Quam formam ac poenitendi ordinem vniuersi patres, Christi & Ioannis Baptistae exemplo, sequuntur, quando ad poenitentiam peccatores inuitant. Ita B. Ambro. ad corruptam quandam scribens ait, Secundum conscientiae molem exhibenda est poenitentiae magnitudo. Poenitentia ergo non verbis agenda est, sed & actu. Haec autem sic agit: Si tibi ante oculos ponas, de quanta gratia rueris, de quo libro vitae nomen tuum deletum sit, & si te iam credas prope ipsas postquam tenebras exteriores, vbi erit fletus oculorum & stridor dentium sine fine. Cum hoc certa fide, sicut est, animo conceperis, quia necesse est praeruaricem animam tartareis pœnis & gehennae ignibus tradi, nec aliud remedium constitutum esse post baptismum, quam poenitentiae solatium: quantumuis afflictionem, quantumuis laborem subire esto contenta, dummodo ab aeternalibus pœnis libereris, Quam sententiam ibidè prosequitur & B. Bernard. Tempus, inquit, in tria diuiditur: in praeteritum, in praesens, in futurum. Horum nullum perdit quisquis rectè poenitet. Nam praeteritum quod perdidit, restituit dum in amaritudine animae suae omnes annos suos recogitat. Et super Cantica docet vnguentum contritionis conficiendum esse ex recogitatione omnium peccatorum, quodq; anima peccatrix primordia conuersionis hoc vnguento condire debeat. Ac B. Chrysol. de compunctione cordis, Quid, inquit, corporis viribus opus est, cum cor conterere debeamus. Hoc solum est quod à nobis exposcitur, vt semper recordemur mala nostra, & conscientiam gestorum nostroium habeamus ante oculos, vt pro his supplicemus Deo, vt gehennam ponamus in conspectibus nostris, & angelos qui in die iudicij vbique discurrunt, & congregant de omni orbe terrarum eos qui trudendi sunt in gehennam ignis. Atque in sermone de poenitentia & confessione, docet sigillatim & specialiter recolligenda & lugenda peccata.

Cap. 8. Pulcherrimus poenitentiae modus.

In sententiis.

Sermone 10.

Hiere. 3.

Hiere. 3.

Lib. de heresibus.

Agnoscere enim debet peccator poenitens quid & quantum debeat Domino suo, & quantum malum per peccatum incurrit. Leua, inquit Propheta, oculos tuos, & vide vbi nunc prostrata sis: Scito iniquitatem tuam, quia in Domino Deum tuum praeruaricata es: Scito & vide, quia amarum & malum est reliquisse Dominum Deum tuum, Certa & indubitata haec sunt apud catholicos ex scripturis sacris & omnium patrum confessione, quorum sententias simul & scripturas citat reuerendissimus Dominus ac fortis Christi martyr Ioannes episcopus Rossensis circa articulum quintum & sextum Lutheranae assertionis: diligenter etiam tractantur à venerabili patre Alphonso de Castro: ac clarissimis huius nostrae facultatis Magistris, Ioanne Driedone à Turnhout lib. de redemptione generis humani, & Magistro Iacobo Latomo in ratione condemnationis articulorum doctrinae fratris Martini Lutheri per theologos Louaniensès.

Poss

Post haec paucis dicamus in quibus ab hoc articulo aduersarij dissentiant. Docet autem primùm Mart. Luth. quòd poenitentia nò consistit in dolore siue odio peccati, sed in emendatione vitae. Optima, inquit, poenitentia noua vita. Nec concipitur ex timore & metu supplicii, nec paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum, Ait enim:

Contritio (sic enim cepit vocari vera poenitentia interior) duplici via paratur, primò per discussionem, collectionem, detestationem peccatorum, quae quis, vt dicitur, recogitat annos suos in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum suorum grauitatem, damnum, sceleritatem, multitudinem: deinde amissionem aeternae beatitudinis ac aeternae damnationis acquisitionem, & alia quae possunt tristitiam ac dolorem excitare. Haec autem tristitia facit hypocritam, imò magis peccatorem: quia solum timore praeepti & dolore id facit: & tales omnes indignè absoluantur & communicantur.

Lutherus in sermone de poenitentia.

Perniciosam esse hanc doctrinam, & scripturis ac patribus repugnantem iam in articuli explicatione ostendimus. Omnia enim haec fieri debent, vt quasi ratione Domino suo iam redditurus intelligat quam multa talenta ei debeat, quam malum sit reliquisse Dominum suum, quanta hinc secuta sit iactura, vt suam agnoscat stultitiam, & de se vlciscatur secundum peccatorum multitudinem ac enormitatem. De hac actione poenitentiae ait B. August. Ascendat homo aduersus se tribunal mentis suae, si timet illud quòd oportet nos exhibere ante tribunal Christi, vt illud recipiat vniuersum; quod per corpus gessit; constituit se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat. Nà minatur Deus peccatori, dices, Argua te, & statuam te ante faciem tuam: atq; ita constituto in corde iudicio, adit accusatrix cogitatio, testis conscientia, canifex timor. Inde quidè sanguis animae consentis per lacrymas profuatur. Maiorem hic quisq; in se seueritatem debet exercere, vt à seipso iudicatus, nò iudicetur à Deo: sicut Apосто. ait, Si nos iudicaremus, à Domino non iudicaremur. Et cum pœna potissimum in tristitia & dolore consistat, vlciscens aduersum se, peccata illa maximè recogitare debet, quae possunt tristitiam & dolorem excitare. Faciunt etiam haec omnia iam recogitata peccati horrorem, vt quasi à facie colubii fugiamus peccata, iuxta consilium Ecclesiastici, eandem subdentis ratione quam improbat Martinus, Si accesseris, ait, ad illa, suscipient te, dentes leonis, dentes eius, interficientes animas hominum: Quasi romphea bis acuta hominis iniquitas: Plaga illius non est sanitas. Nihil hic mali est in tota ista peccatorum discussione & annorum recogitatione, si fiat vt peccatum magis odiamus & detestemur, ac tristitia nos affigamus, & quasi iudices in hac causa propria à Deo constituti, plenam causam accipiamus cognitionem, & seueram, deinde iuxta causam qualitatem proferamus sententiam secundum ea quae ex Augustino citauimus. Et B. Cyprianus hortatur, vt quam magna deliquimus, tam granditer desleamus: vt poenitentia crimine minor non sit: Alto, inquit, vulnere diligens & longa medicina non desit. Ac B. Ambro. vt superius citauimus, dicit quòd secundum conscientiae molem exhibenda est poenitentiae magnitudo. Scriptura quoque ait, Anima quae tristis est super magnitudine mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes & anima esuriens, dat tibi gloriam & iustitiam Domino. Nam absurdum est auribus hominis Christiani, quòd nò amplius displicere debeat incestus cum nouerca admissus, quam simplex fornicatio: decem homicidia & adulteria, quam vnicum, quodq; non amplius tristari debeamus de vno crimine quam de alio, de pluribus quam de vno: Quae fieri non possunt nisi horum consideratione, quae à Martino improbantur. Et teste Saluatore, Is cui minus dimittitur, minus diligit. Oportet igitur cognoscere quantum à Domino nobis dimittatur. Et si ex ista recogitatione peccata displicere incipiant, ac propterea aliam vitam emendatiorem meditantes, accedamus sacerdotem, vt secundum eius arbitrium satisficiamus, & vitam emendemus, nihil agit quod probari non debeat: Nec vlla est causa ob quam indignè absolua mur & comunicemur. Quapropter pernicioſa & pestilens est doctrina haec Martini, quòd hypocritam haec faciunt, hoc est apparere quòd verè eum vitae prioris poeniteat, qui tamen non verè dolet, sed peccet magis, maiorq; fiat peccator. Nam hypocritis est mendax simulatio & ostentatio sanctitatis: qui autem recogitat peccata, enormitatem & multitudinem eorum, haec facit vt cognoscat quantum Deum offenderit, & culpam agnoscens confiteatur, & à sacerdote absolua tur, condignè emendam libenter suscepturus: Et ideo cum fructu sacramentum hoc suscipit, & sacra eucharistia ad vitam manducat. Et ratio quam addit, Quia solo timore & dolore damni id facit, infirma est. Fieri enim potest quòd transgressio praeepti & damnum quod metuit, quasi calcaria stimulent & inducant ad odiu peccati propter Dei offensam: quem admodu dicit Elias Propheta, A timore tuo Domine concipimus, & quasi parturimus & peperimus spiritum salutis: per poenitentiam scilicet salutarè. Et B. Augustinus dicit, quòd timor inducit charitatem, sicut seta linum. Hoc enim peculiare est metui gehennae,

Responsio.

Li. 50. homi. homi. vltim. quae est de vtilitate ac necessitate poenitentiae cap. 9. 1. Cor. 5. Psal. 49. 1. Cor. 11.

Cap. 21.

In annorū recogitatione, nihil vituperio dignum.

Sermone de lapsis. Ad virginem corruptam. Baruch 2.

Enc. 7.

Qui à catholis dicitur poenitens nò est hypocrita.

Cap. 2. 9.

M quòd

*Gehennae potissimum meritis conuenit ad eaducit ad Deū. non ita alij meritis. Quomodo in veteri lege sint bona temporalia a Deo promissa. Cap. 1. Cap. 2.*

quod à caducis conuertat ad Deum præ timore humano & mundano. Ac Dominus ipse in lege temporalia etiam bona, Leuitici 26. & Deutero. 28. promittit obseruatoribus legis, transgressoribus autem mala: non quod propterea legem obseruent, prouocentur tamen ad eius obseruationem, quam comoda etiam temporalia intelligunt sequutura. Nam apud Esaiam dicit Dominus, Si uolueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos. Et apud Hieremiam, Scito quia malum & amarum est reliquisse Dominum. Nec tamen Deo displicet quod conteramur ut supplicium gehennæ effugiamus, & damna quæ peccando passim sumus resarciamus, aut ut beatitudinem æternam consequamur. Sunt enim legitimi isti fines ob quos peccatum odisse possumus. Nec Deo displicet quod obediādam præcepto, ne eius sumus transgressores, ac transgressionis incurramus reatum. Addit Martinus.

*Lutherus.*

*Et si liberè deberent, remoto præcepto & minis pœnarum, confiteri, certè dicerent sibi non displicere uitam præteritam, quam sic coguntur displicere confiteri: imò quo magis timore pœne & dolore damni sic conuertuntur, eo magis peccant & assuntur suis peccatis quæ coguntur, non autem uolunt, edisse. Siquidem lex & cognitio peccati magis abundare facit peccatum: ut Apostolus ait ad Romanos 5. Et hæc est illa contritio quam ipsi uocant extra charitatem, non meritoriam. Alij uocant attritionem disponentem ad contritionem. Sic enim ipsi opinantur: quam opinionem errorem ego iudico.*

*Responsio.*

Peccatum modis superius dictis excullum atque examinatum, verè cognoscitur esse magnum malum, & in se, & in suis pessimis effectibus, Propter quod feridè & verè displicet uita præterita, & ob hoc maximè, quod Deum benignum & misericordem patrè per ipsum offendimus. Ad hoc enim tendit tota conscientia discursio & recogitatio: Ac propterea sic contritus liberè & verè confiteretur, remoto etiam præcepto confitendi & minis pœnarum, quod verè & ex animo uita præterita sibi displicet. Nec cogitur confiteri quod sibi displiceat, sed verè & ex animo odisse uult, propter magnam malitiam & iniquitatem, quam uideri in præcepti diuini præuaticatione. Primum quidem ob mala quæ sequuntur, deinde quia cognoscit malum esse, reliquisse Dominum fontem aquæ uitæ. Et falsum est quod eo magis peccemus, quò magis timore pœnæ & dolore damni cõterimur, propterea quod timor pœnæ non est ex genere malus, maximè infernalis: Nec dolor damni beatitudinis æternæ, ad quam totam etiam nostram uitam ordinare hortatur Apostolus Paulus, Sic, inquit, currite, ut comprehendatis. Dupliciter enim contingit timere supplicium gehennæ. Primò tanquam principale malum, ita ut bonum cui contrariatur, ametur tanquam finis uitium: secundo non tanquam principale malum, sed ut bonum oppositum in Deum tanquam in finem ordinetur. Quomodo præcipit Dominus ut ipsum timeamus, eiusq; metu in mandatis eius ambulemus. Nam initium sapientia timor Domini: Et, Qui sine timore est, non poterit iustificari. Et, Timor Domini expellit peccatum. Et, In timore Domini declinat à malo. Et, Si non in timore Domini tenueris te, cito subuertetur domus tua. Ostendit autem beatus Augustinus, quod ualde uiles sunt leges pœnales etiam imperatorum. Apostolus autem dicens legem facere magis abundare peccatum, uult quod grauius peccet faciens malum post legem acceptam: quia qui prius solum erat peccator, lege data fit etiam transgressor: non autem quod ab illicito abstinens metu pœnæ uel legis, aut bonum faciens, magis peccet, quam qui à malo non abstinens, aut bonum non facit. Metus etiam gehennæ non solum ab opere coercet, sed & malam uoluntatem uiuere non finit.

*2. Cor. 9.*

*Dubius modis gehennæ supplicium imetur. Psal. 110. Eccle. 1. Pro uerb. 16. Eccle. 17. Epistola ad Vincentium que est 47. Roma. 5.*

*Metus gehennæ malè uoluntati tollit*

*Lutherus.*

*Secundo paratur contritio per intuitum & contemplationem speciosissima iustitia, quam quis in pulchritudine & specie iustitia meditatus in ea exardescit, & rapitur, incipitq; cum Salomone fieri amator sapientia, cuius pulchritudinem uiderat. Hæc facit uere penitentem, quia amore iustitia id facit: & hi sunt digni absolutioe. Exempli gratia, Si uis penitere de luxuria non incipias numerare uirtia, sed dicitur & damna eius. Nam hæc non dicit tibi durabunt, cum sit uolenta contritio ex uis præcepti facta, sed intende in speciem castitatis, atque ad comoda eius pulcherrima, ut ipsa tibi intime placeat. Sic de omnibus alijs uirtutibus. Dupliciter autem fit intuitus iste uirtutum: abstractiue seu per se: & sic carnalem hominem parum mouet, quomodo traditur per uerbum prædicationis. Sic enim non nisi speculatiue uidetur. Concretiue siue per aliud, hoc est exempli gratia, ut intuearis homines, qui tali uirtute lucent: quorum omnium speculum primum est Christus, deinde sancti in celo. Verum rudent & insipientem maximè mouent exempla præsentia, & sui seculi.*

*Responsio.*

Errat hic Martinus, non solum in ratione uerè penitentia, uerum etiam in eo quod omnes experimur sensu communi. Quomodo enim luxurioso castitas placere poterit, ut in eum ardeat, rapiatur, & sola eius contemplatione, pulchritudinis eius fiat amaror?

tor? quomodo superbo humilitas? Nam testante Aristotele, quisque gaudet in his quibus alieuit, & malicia corrumpit principium practicum agendorum: sicut uirtus ipsam conseruat. Et 6. libro Ethicorum; Ei qui corruptus est ob uoluntatem uel dolorem, repente non apparet principium, neque oportet gratia huius, neque propter hoc suscepisse omnia & egisse. Natura enim uicium principij corruptum est. Et 3. libro Ethicorum, Quales inquit quique est, talis & finis uidetur ei: ut studioso uerum bonum: prauo autem contingit ut agrotis, quoad sentire amara uel dulcia. Ideo 7. Ethicorum dicit quod ratio non est edoctiua principiorum, sed uirtus, aut ex natura, uel ex consuetudine rectè consentire faciens circa principium. Quare Hieremias propheta, Si mutare potest, inquit, æthiops pellem suam, aut pardus uarietates suas, & uos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. Nam consuetudo est altera natura. Oportet igitur palatum affectum nostrum primò purgari per ferramentum timoris gehennæ à corrupto peccati liquore, priusquam uirtute delectetur. Quare etiam propheta Esaias, Quem docebit inquit scientiam, & quem intelligere faciet Dominus auditum? ablatos à lacte, auulsos ab uerbibus. Necessè igitur est ut comminatione & formidine supplicij concutiantur dura peccatorum corda, ad peccati horrorem & detestationem, quò perducantur ad amorem uirtutis & uitæ Christianæ: ut docet beatus Augustinus locis supra citatis. Nam initium sapientia, ut diximus, timor Domini. Si quis enim cum impudicis de pudicitia loquatur, ac scorta uituperet, hi animi quibus libido dominatur, ex ipsa comminatione ad impudicitiam multò acrius accenduntur, ut habet beatus Ambrosius sermone 82. Idem dicit auaros pati ex comminatione: quos & respondere eodem loco dicit; Pulchra sunt uerba; sed melius est aurum. Et beatus Chrysostomus; Sicut fieri, inquit, non potest, ut ligna mittendo ignem extinguas, sic fieri non potest, ut rationem reddendo, places hominem malum. Et uulgata est sententia Poëtæ, Oderunt peccare mali formidine pœnæ, oderunt peccare boni uirtutis amore. Est igitur contra sensum commune primamque animorum conceptionem quod dicit Martinus, Si uis penitere de luxuria, non incipias numerare uirtia, sed dicitur & damna eius: sed intende in speciem castitatis, atque ad comoda eius pulcherrima; ut ipsa tibi intime placeat, & sic de omnibus alijs uirtutibus. Non enim magis luxuria corruptus in castitatis pulchritudinem intendere potest ut ei placeat, quam fabricitans iudicare de cibi aut potus suauitate, ut ei placeat. Nec uolenta est contritio, quæ nascitur ex uis præcepti uel peccati horrore; cum sit ex uera animi persuasione, quò grande malum est peccatum. Errat præterea in ratione ueræ penitentia, propterea quod iustitia cui uirtutum uel iniquitas contrariatur, non est secundum scripturas ratio secundum quam peccati nos peniteat, sed Deus ipse eiusque offensio. Annunciabit enim Apostolus Paulus penitentiam in Deum. Docet etiam epistola secunda ad Corinth. Tristitiam quæ secundum Deum, est penitentiam in salutem stabilem operari, sicut seculi tristitiam operari mortem. Dolet enim uerè penitens de peccato, quia contra Deum est eiusque præceptum; non autem proprie, quia contra iustitiam, cui aduersatur: Nec iustitiam amat, nisi propter Deum; propter quem solum iuste uiuere & eius mandatis obedire eligit, præmiumque quod promissit dicente Saluatore, Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Non est uirtus, inquit, beatus Augustinus, nisi quæ ad eum finem tendit, ubi est bonum hominis, quo melius non est. Et libro 19. cap. 10. & 25. Virtutes non reuerentur ad Deum, uirtia potius sunt, quam uirtutes. Nam licet à quibusdam tunc ueræ & honeste purentur, cum referuntur ad seipsas, nec propter aliud expetuntur, in statu: tamen atq; superbae tunc sunt, & ideo non uirtutes, sed uirtia tunc iudicanda sunt. Nam secundum scripturas, Contritio siue uera penitentia includit odium peccati, & ab eo auersionem, ac propositum uitæ melioris. Vtrumque autem est de ratione penitentia: uangelica: prius tamen magis quam posterius. Ideo patres Ecclesiastici describunt penitentiam esse præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere, secundum propositum efficacis uoluntatis: id quod late superius ostensum est de odio: & duplicentia peccati. Errat hic & in eo Lutherus, quoniam non est euangelica penitentia, quæ nascitur ex pulchritudine uirtutis, sed philosophica. Nam & Aristoteles quinto libro Ethicorum docet, quod iustitia præclarissima est uirtutum, & quod neque Hesperus neque Lucifer est ita admirabilis. Atque ita secundum moralem philosophiam fide secta, dolere posset quis de iniustitia secundum eam rationem qua iniustitia est contraria. Neque tamen hic dolor efficit uerè penitentem, nisi, ut diximus, Deus sit ratio doloris. Et de luxuria dolere, quia castitati est contraria, actus est castitatis,

*7. Ethicorum*

*Qualis quisque est talem suam finem prescribit.*

*Cap. 13.*

*Cap. 18.*

*Eccle. 1.*

*Horatius.*

*Art. 20.*

*Cap. 19.*

*Matth. 19. Lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 12.*

*Definitio sumpta ex Ambrosio Gregorio, homil. 34. c. 11 in uirtutibus. in æstium respicitur. Cap. 1.*

Veritatem in-  
ta tunc ubi  
ad penitē-  
tia m.  
1. Corinth. 9.  
Luc. 15. 8.  
Ex illa que  
in penitētia  
imitatur.

non autem penitentiæ. Vnaquæque enim virtus, vt delectari facit in operibus bonis ad quæ inclinat, ita tritari in contrariis. Et ideo inuitus virtutum, siue abstractiuius, siue concretiuius, ad eorum mouet imitationem, non ad penitentiam, nisi penitentiæ exemplum in austeritate vitæ quam sancti duxerunt proponantur: quemadmodum Apostolus Paulus se nobis proponit, ac scriptura Manassen, Dauidem, filium prodigum, Publicanum, & huiusmodi alios: ac præclarissimum penitentiæ exemplum nobis exhibitum est in Maria Ægyptiaca, & fratribus illis Ægypti, de quibus Clymachus capite de penitentiæ. Palam hic offendit Martinus se ignorare propriam rationem penitentiæ, eiusque radicem, quæ est tristitia secundum Deum, hæc autem non est penitentiæ, sed causa eius. Ideo enim de luxuria penitentiam agimus, quia displicet, quum tamen eam admiserimus. Quantumcunque igitur genueris à facie pulchritudinis iustitiæ, quod eam non sis allæcurus: si non doleas te eam violasse, & in hoc Deum offendisse: nec verè penitentiam agis, nec ideo Deum placabis.

Zutherus.

Ratio omnium prædictorum est, quia impossibile est vt odias aliquid vero odio & perfectò, cuius contrarium non prius dilexeris. Amor semper est prior odio, & odium natura & sponte fluit ex amore.

Responsio.

Iterum falsum hic assumit. Non enim vt aliquid verè & perfectè odiamus, necessariū est, vt eius contrarium prius diligatur. Nam fieri potest, & hoc satis est, quod prius diligamus id propter quod diligendum est & contrarium. Quando itaque consideratur peccatum esse contra Deum, eumque offendere, propter quem diligendum est & ipsa iustitia, ex huius amore fluet odium atque detestatio peccati: sicut & amor virtutis. Odimus enim toxicum, non primò quia diligimus cibum salubrem, sed quia sanitatem ac vitam amamus. Varij multiq; possunt esse amores, vt decetia, honestatis, æternæ beatitudinis, ex quibus odium peccati nasci potest, nullo iustitiæ habito respectu. Ex quibus patet, quod falso niritur fundamento corollarium quod subdit.

Zutherus.

Plus tibi discendum est confitendo, quantum diligas iustitiam, quam quantum odias peccatum, multo magis, imò solo hoc labore tibi cogitandum est quomodo futuri vitam agas bonam, quam quomodo odias aut deseras præterita mala. Verissimum est enim proverbum, & omni doctrina de contritionibus, huc usque data præstantius, Optima penitentiæ, noua vita. Sic Apostolus sonat, in Christo neque circumcisio, neque præputium aliquid valet, sed noua creatura.

Galat. 6.

Responsio.  
Hierem. 8.  
Præteritū &  
futurum re-  
spicit.  
Act. 8.

Inferitur hoc corollarium ex ignorantia rationis veræ penitentiæ, quæ ex nomine etiam respicit præteritum, dicente Domino per Hieremiam, nullus est qui agat penitentiam super peccato suo, dicens. Quid feci? Et beatus Petrus ad Simonem Magum, Penitentiam age ab hac nequitia tua. Includit tamen ratio penitentiæ propositum nouæ vitæ, in quantum penitentiæ ordinatur ad conciliandam gratiam & amicitiam Dei, tanquam finem intrinsecum: sed præter illud ex nominis ratione etiam includit odium peccati admissi: ac verissimilius est hoc propositum esse de ratione penitentiæ: sicut docet beatus Thomas 3. parte, quæst. 90. artic. 4. & 4. contra gentiles cap. 27. & in 4. sententiarum, distict. 14. quæst. 1. art. 1. quæst. 6. ad 4. Quamuis enim ad penitentiam iuxta primam nominis originem non pertineat respectus ad futurum, sed ad prudentiam pertineat ventura mala cauere: quatenus tamen habet pro fine præcipuè emendare apud Deum culpam commissam, ac pro ea satisfacere, eiusque amicitiam conciliare: perinet hoc propositum intrinsecè ad rationem penitentiæ: nec sine illo aut Deus placatur, aut reconciliatur, & id maxime à nobis requirit: sicut primum quod nos ab eo qui fecit iniuriam postulamus, est huiusmodi propositum: & parentes cum liberis puniunt emendationem propositumque vitæ melioris, in futurum per pœnas ab eis extorquent. Quemadmodum autem requiritur ad veram penitentiam formale odium peccati: nec sufficit virtuale, quod includitur in dilectione Dei & efficaci proposito vitæ melioris, sicuti supra probauimus: ita verissimile est requiri formale propositum de vitæ emendatione, nec sufficere virtualiter hoc includi in odio peccati, quia Dei offensa est. Ideo Concilium Florentinum docet ad rationem contritionis pertinere, vt penitens doleat de peccatis commissis cum proposito non peccandi de cætero. Mutilat itaque Lutherus veram penitentiæ rationem, docens in noua vita ipsam consistere, secundum quam nec nomen, nec ratio sacramenti huius saluari potest. Falsum est enim optimum penitentiam esse nouam vitam, cum sit odium peccati, & mediatio tantum ac initium vitæ nouæ. Est namque penitentiæ in remissionem peccatorum, quæ vitam nouam præcedit, veterem hominem exuere oportet priusquam nouus induatur, & odio auerti ab iniquitate priusquam faciamus iustitiam.

Penitentiæ  
sacramentum  
formale odium  
peccati requirit.

Excludit

Excludit etiam hoc proverbum non solum de peccatis contritionem, sed etiam satisfactionem: præterea inanem facit fidem ecclesiæ de necessario fletu pro peccatis, exempli Petri, qui post peccatum fletit amarè, vt referunt euangelia. Noua vita est certum argumentum veræ penitentiæ, sicut B. Ambrosius docet in comment. circa locum Apostoli. Nec abundantiori tristitia abforbeat. Hæc, inquit, vera penitentiæ est cessare iam à peccato, sic enim probat dolere se sibi, si de cætero desinat: intelligens sensu casuali cessare à peccato esse veram penitentiam: quo tropo etiam intelligendum est proverbum istud, si apud patres ecclesiasticos hæc aut similis sententia inueniatur. Primum igitur plus discutiendum est confessuro, an verè peccata commissa odiat ob Dei offensam, & an se ex animo emendare proponat: quod si hæc in conscientia examine inuenerit, peccata sacerdoti confiteatur, vt reconciliatus per spiritum Christi, quo donabitur in absolutione, nouam vitam agere possit. Nec concludit argumentum quod in huius rei probationem adfert Martinus circa primam conclusionem resolutionum.

Metanoia, inquit, quam vetus interpres reddidit penitentiam, dicitur respicientia siue transmutatio: quemadmodum etiam amoret Erasmus circa 3. cap. euangely secundum Mattheum. Metanoia, hoc est transmutatio, id est, mentem & sensum alium induit, respicit, transmutum mentis & pbat spiritus facit, vt scilicet nunc celestia sapiaris, qui hucusque terrena sapuisti. Et Lactantius li. 6. Institutionum docet, quod penitentiæ græcè dicitur Metanoia, hoc est respicientia. Non ergo in usu scripture sacre penitentiæ dolor dicitur, sed mutatio mentis & consilij, ac penitere est sapere post erratum, animamque ad rectè viuendum instruere.

Cui responderet, Si rerum ordo diligenter fuerit inspectus, respicientia atque tristitia vsque adeo sibi vicissim cohererent, vt si alteram tollas, vtramque necesse sit esse sublatam. Etenim si sapias, protinus incipit displicere, quod prius male placuit: imo si erratum tuum semel intelligis, tu ipse tibi incipis displicere: si autem displicet, necesse est quod contrister: sicut delectabat quando placuit. Nec hunc respicientiæ tristitiæque nexum sacræ scripture tacuerunt: dicitur enim Genesis 6. Videns Deus quod multa malicia hominum esset in terra, penituit eum quod hominū fecisset, & tactus dolore cordis intrinsecus, &c. Et Hier. 31. Postquam conuertisti me, egi penitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. In quæ verba beatus Hieronymus. Doletis, inquit, & plangentis & super errore pristino plozantis indicium est, vt scemur manu quis percutiat, & stultum se antea fuisse fateatur. Dolor itaque comes indiuiduus est respicientiæ, & res eadem est, actus videlicet penitentiæ, qui Græcè dicitur metanoia, hoc est respicientia, quæ est doloris ac penitentiæ causa: hanc metanoia, vetus interpres semper reddidit penitentiam. Rem autem eandem esse ex eo probatur, quod Apost. Paulus scribat tristitiam quæ secundum Deum est; metanoiam, hoc est, penitentiam in salutem stabilem operari. Non enim respicientiæ causa est hæc secundum Deum tristitia, nec illam hæc operatur, sed econtrariò. Ideo enim tristamur secundum Deum & dolemus, quòd rectè nunc sapimus, & iudicamus. Metanoiam igitur intelligere hoc loco oportet penitentiam, non respicientiam. Nam quia res ista quæ est actus penitentiæ duo complectitur: odium peccati, & propositum peccata vitandi, prius importatur nomine penitentiæ, habita ratione ætymologiæ nominis, & posterius nomine metanoia siue respicientiæ, ita vt res eadem, diuersa, tamen ratione, duo hæc sortiatur nomina. Nomen enim penitentiæ præteritam culpam respicit, & metanoia vitam nouam, quæ est in proposito penitentis. Quod & ipse Martinus aperte docet circa primam conclusionem, Respicientia, inquit, sit vt redeat præuaricator ad cor, odiatque suum peccatum. Hinc & Ausonius poeta penitentiam inducens, Sum, inquit, dea quæ facti, non factique exigo pœnas, nempe vt peniteat sic metanoia vocor. Et Lactantius libro 6. Institutionum diuinarum, Quem, inquit, facti sui penitet, errorem suum pristinum intelligit: ideoque Græci melius & significantius metanoiam dicunt, quam nos latine possumus dicere respicientiam. Respicient enim quasi suam mentem ad in-faniam receperit, quem errati piget, calligatque seipsam dementiæ, & confirmat animam suam ad rectius viuendum. Non igitur siue latine penitentiæ, siue Græcè metanoia nouam solummodo vitam, sed & veteris odium vindictamque significat: non enim mens mutatio esse potest, nisi mens à malo diuertat & accedat ad bonum, non corporis gressibus, sed affectibus animæ, auertendo veterem vitam cum elegit nouam. Quam animi mutationem verè describit Beatus Ambrosius libro secundo de penitentiæ, Facilius, inquit, inueni, qui innocentiam seruauerunt, quam qui congruè egerint penitentiam. An quisquam illam penitentiam putet,

2. ad Cor. 12

Causa pœ-  
rest penite-  
tia dicitur  
& c. vicia.

Lutherus.

Cap. 14.

Responsio.  
Respicientia  
& tristitia  
semper con-  
stituta manet.

Quod actus  
penitentiæ  
duo comple-  
ctatur.

Cap. 24.

Cap. 10.

Exemplum  
irritationis  
ab adole-  
scente mer-  
etricio prius  
amore captio.  
L. 16.

vbi requirenda ambitio dignitatis : vbi vini effusio, vbi copulæ coniugalis vsus? Renun-  
ciandum seculo est, somno ipsi minus indulgendum quam natura postulet, seipsum ho-  
mo abneget, & totus mutetur : sicut quandam adolecentem fabulæ ferunt post amorem  
meretricios peregrè profectum, & abolito amore regressum, postea veteri occurrisse dile-  
ctæ, quæ vbi se non interpellatam mirata, putauerit non recognitam: rursus occurrens  
dixerit, Ego sum: responderit ille, Sed ego non sum ego. Vnde bene Dominus ait, Qui  
vult venire post me, abneget seipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hanc  
cogitationem atque animi transformationem, & vt Martinus ait, tranformationem, &  
nos pœnitentiæ nomine, sicut ipsæ metanoia, intelligimus, abominatione videlicet pec-  
cati prius admisi, & nouæ vitæ efficacem meditationem : Superest nunc vt respondeamus  
argumento Apologiæ, quo solo cogi videtur vt doceat istos terrores ob metum iræ  
Dei & supplicij gehennæ, ac post eos sola fide remitti peccata sine dolore de peccato  
propter Dei offensam.

Apologia.

Quomodo inquit, homines diligunt Deum in veris terroribus, cum sentiant horribilem & inexplica-  
bilem humanam vocem Dei. Non potest prius adesse dilectio, quam fide sit facta reconciliatio. Nec potest  
eum diligere quem iratum videt, & precipitare velle in gehennam.

Responsio.

Cui responderetur, quod per fidem etiam consideramus Deum clementem & placabi-  
lem, & in ira sua offerentem remissionem : imò & inuitantem vt ad ipsum recurramus,  
& agnoscamus nos peccasse : & facilem ad suscipiendum in gratiam post grauissimam  
etiam offensam. Consideramus etiam Deum vt patrem, magis cupientem in gra-  
tiam nos recipere, quam ipsi in eam redire ambiamus. Secundum quas  
considerationes non est difficile bene affici Deo offenso & irato,  
quem etiam nouimus propter nos irasci: vt scilicet ad  
eum recurramus, & ex animo dicamus,  
Peccaui, Propitius esto mihi  
peccatori.

### Articulus Quintus.

Confessus diligentiam legitimam adhibere debet, quod sacerdoti iudici suo  
manifestet omnia peccata sua mortalia, etiam occulta cordis, vt ab eis per  
illum absoluat: cuius absolutionis minister est solus sacerdos, secundum  
ecclesiæ ritum consecratus.

Prima acce-  
ptis Confes-  
sionis.  
Cap. 5.



Secunda.

Cap. 5.  
Tertia.

Psalm 31.  
Psalm 50.  
Daniel 9.  
1. Ioan. 1.

Quarta.  
Iosue 7.

Quinta vt  
in articulo  
sumitur.

Vtrplex & varia peccatorum confessio, passim in scripturis reperitur.  
Confitemur enim peccatum nostrum fratri quem læsumus, ad eum pla-  
candum & reconciliandū: de qua Christus apud Matth. Si offers munus  
tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid  
aduersum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliare fra-  
tri tuo, confitendo scilicet tuam culpam, & iniuriam qua eum affecisti,  
& tunc veniens offeres munus tuum. Sic enim sarcienda est charitas quæ nostra culpa  
fuerat dissoluta, culpam agnoscendo ac deprecando. Confitemur etiam & exponimus  
peccatum nostrum alteri, vt eius consilio atque consolatione iuuemur: ad quod pertine-  
re potest illud Iacobi, Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt  
saluemini. Frequens item ac præcipua est in scripturis confessio, qua Deo exponunt sancti  
peccata sua, vt veniam obtineant. Ipse enim est qui læditur & offenditur nostris pec-  
catis: ipse est & iudex & inspector cordium, atque nostrarum cogitationum conscius,  
qui peccata remittit, obliuiscitur & delet: propter quæ coram eo effundenda sunt nostra  
corda, vt ignoscatur. Peccatum meum, inquit Dauid, cogniui tibi feci, & iniustitiam meam  
non abscondi. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Ac alio loco.  
Tibi soli peccaui, & malū corā te feci: Et sanctus Daniel, Peccauius Domine, peruerse  
egimus, &c. Itē apud Ioannē, Si confitemur peccata nostra, fidelis est dominus vt remittat  
nobis peccata nostra. Est & confessio iudicialis de qua Iosue ad Achan, Confitere, in-  
quit, peccatum tuum. Est postremò confessio, cuius meminit articulus, (priores enim  
ad articulum non pertinent) quæ est omnium peccatorum cum detestatione enumeratio  
apud

apud sacerdotem, tanquam iudicem in hac causa à Christo constitutum, vt ille eius vice  
& ex parte eius, atque ex ipsius commissione remittat, quæ est quasi determinatio, quo  
ad vicarium scilicet & signa sensibilia, confessionis quæ fit Deo, qui primarius iudex est,  
qui que per nos est lætus in suo honore. De hac potissimum controuertitur apud aduer-  
sarios. Nam in alijs confessionum generibus, quæ sunt iuris naturæ, ac naturalis rationis  
lumine cognoscuntur, nobiscum conueniunt. Compensare enim iniuriam, & læsam  
amicitiam refarcire, atque alterius requirere consilium, quando priuatim angimur pec-  
catorum mole ac conscientia angustijs, nec explicare nos possumus, nisi alieno confi-  
lio, docet ipsa natura: quemadmodum vulnus medico ostendere, quando sine eius auxi-  
lio curari non possumus. Quæ autem iudicialis est, ex humano procedit mandato.  
Iudice enim legitime mandante, reus suam culpam confiteri obligatur. De his nul-  
la est difficultas. De ea verò quæ fit Deo, contra quem omne peccatum admitti-  
tur, de qua propheta, Tibi soli peccaui. B. Chrysof. frequens est in homilij in adhor-  
tando ad hoc, vt videlicet apud nosmetipsos assiduam habeamus nostrorum peccatorum  
memoriam, ac in vnum omnia secundum speciem & indiuidua colligamus, & in con-  
spectu Dei proponamus. Et hoc ipsum iuris esse naturæ gratiam consequentis multi do-  
ctores probabiliter docent, in hoc B. Chrysofotomum & alios patres ecclesiasticos sequu-  
ri. Nam hom. 42. super Mat. ait ipse Chryf. Tu ipse tibi sis iudex, referas tibi ipsi rationes  
viuendi, largos lachrymarum effunde fluuios, peccata tua per singulas species recole.  
Non paruus est hic animæ cruciatus nec quantus sit cognoscitur, nisi ab eo qui compun-  
ctus est: & cum omnia secundum speciem in vnum peccata collegeris, assiduo animo il-  
la verses, & de ipsis continuè mediteris ac cogites. Nam qui hoc facit adeò compungit-  
tur, vt nec hac vita se dignum existimet. Et lib. 2. de compunctione cordis, Oportebat,  
inquit, nos non solum scire exomologesim & cōfiteri quod multa in nobis delicta sunt  
verum & vnum quodq; peccatum & maius & minus quasi in libro, ita in corde nostro  
habere descriptum, idque frequentius recensere. Nouit Dominus ipse quæ admisiisti, sed  
& vult quod & tu agnoscas quæ & quanta in eum commiseris, & magnitudinem benefi-  
cij simul agnoscas. Eadem habet homil. 31. circa epistolam ad Hebræos, Magnum inquir  
bonum est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriam eorum perseveranter teneat. Nul-  
lum inuenitur delictorum remedium, sicut eorum continuata memoria. Scio quidem  
quia resilit conscientia, & non patitur ex malorum memoria verberari: Sed domi ani-  
mā tuā, & eam retinaculis constringe frenorum. Persuadeamus nobis peccasse nos: nec  
hoc sola lingua pronunciet, sed etiam intima conscientia. Nec tantum nos peccatores et  
se dicamus, sed etiam ipsa peccata specialiter singula computeemus. Non tibi dico, vt te  
prodas in publicum, neque vt te apud alios accules, sed obedi te volo propheta dicen-  
ti, Reuela Domino viam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata: apud verum iu-  
dicem cum ratione delicta tua pronuncia: non lingua, sed conscientia tuæ memoria: &  
tunc demū spera misericordiam te posse consequi, si habueris in mente peccata tua con-  
tinuè. Et eadem habet homil. 41. ad populum Antiochenum. Et de reparatione lapsi do-  
cet, quod vehementer se damnare profiterique se peccatorem, commune sit etiam in infi-  
libus. Similes habet sententias, sermone de pœnitentia & confessione: Et homil. 16. super  
Genesim. Nam in illo sermone dicit, quod non sufficiat dicere peccator sum, sed opere:  
precium esse speciatim peccatorum ac delictorum meminisse. Et beatus Gregorius circa  
locum, Confabulabor in amaritudine animæ meæ, enumerando scilicet singula mala  
quæ feci. Ex quibus inferunt doctores quod contritio de singulis mortalibus peccatis  
specialis & distincta necessaria est ad salutem, sine ordine etiam ad confessionem, quæ  
fuit semper in omni lege necessaria: & quod necessarium est singula peccata sigillatim  
Deo confiteri: nec remitti sine voluntate sic confitendi. Hanc tamen necessitatem intel-  
ligunt, si distinctè de omnibus contritio, & apud Deum confessio fieri possit: sin autem  
vel per angustiam temporis, vel per aliam causam id fieri nequeat, habeatur saltem ani-  
mæ votum quæ, si facultas adesset, specialiter & distinctè singula Deo confitendi, ac de  
eis sic pœnitendi. Non itaque sufficit contritio & confessio generalis, qua agnosco ac fa-  
teor coram Deo me esse peccatorem: sed specialis omni tempore requiritur ex lege na-  
turæ, quæ distinctè feratur in singula. Quemadmodum in computo & ratione dati &  
accepti à dispensatore, confusam & generalem rationem nemo arbitraretur idoneam,  
sed distinctam & specialem omnes necessariam existimarent. Hanc sententiam docet  
Beatus Thomas. 12. q. 113. art. 5. ad 3. & de veritate q. 28. art. 5. ad 4. & in 3. parte q. 87. art. 1.  
Ad remissionem, inquit, peccati mortalis requiritur, vt homo peccatum mortale com-  
miserit.

Peccata assiduè  
animo  
versanda.

Nouit Deus  
nostra pecca-  
ta: tamē suus  
est confitendus.

Lib. 8. mora-  
lium in Iob.  
Cōfiteor de sin-  
gulis peccatis  
mortalibus  
specialis et di-  
stincta est ne-  
cessaria.

Ad peccatū  
mortale re-  
missionem ve-  
quitur assu-  
alis detestatio.

Cap. 17.

Psalm. 38.

Exech. 33. Psalm. 76.

Psalm. 18.

Pœnitentiæ specialis et distincta a veteri lege

Contritio specialis non requiritur propter confessionem, sed contra.

Specialia delicta et etiã circumstantiæ eorum confitenda.

Exech. 14. Psalm. 128.

Romil. 31. in epistolam ad Hebr. eos.

1. Timoth. 1.

Cap. 13.

missum actualiter detestetur, scilicet quantum in ipso est diligentiam adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, vt singula detestetur. Idem in 4. sent. dist. 17. q. 2. art. 2. q. 3. ad 2. Et sanctissimus Dominus Adrianus eandem sententiam docet qualt. 3. de baptisimo, in solutione tertij argumenti. Et Petrus Paludanus dist. 17. q. 1. art. 2. concludit. 5. Et Alexander de Hales 4. parte q. 69. membro 8. Idem etiam sentire videtur B. Augustinus de vera & falsa pœnitentia vbi conuersum dicit, qui dolet de omni eius, quam exposuerat, varietate: varietatem autem exposuerat secundum circumstantias peccatorum speciales. Nec desunt pro hac sententia sacrarum literarum testimonia, vt illud, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ: Non autem opus esset antea acti temporis vitam expendere in amaritudine animæ, si pœnitentia generalis & confusa sufficeret: Et, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, & fecerit iudicium, hoc est examen & inquisitionem: de qua Apostolus: Probet seipsum homo: ac David, Cogitavi dies antiquos, & meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & s̄chopebam spiritum meum: vbi B. Aug. legit, Scrutabar spiritum meum. Seipsum, ait, examinabat, in se iudex erat. Quod si generalis confessio latis esset, quorum illa tam anxia cura petendi, Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo? Vbi clarè significat Prophetia delicta sua solum se scrutari, & pro occultis, quæ adhibita diligentia intelligere non potuit, deprecari, cum ait, Delicta quis intelligit, ab occultis meis, &c. Constat etiam quod pœnitentia exterior est propter interiorem. Illa autem tam in lege noua quam veteri distincta fuit & specialis. Nam in lege pro varijs peccatis varia fuerunt sacrificia definita: in noua quoq; pœnitentiæ sacramentum speciale distinctamq; de singulis exigit confessionem. Nec astrinxit nos lex euangelica vt specialis de peccatis doleamus, quam in lege naturæ vel Moyfi homines tenebantur: sed id concessit, vt quam pœnitentiam olim in delicti compensatione atq; vindicta coram Deo agere oportebat, eandem ageremus apud sacerdotē, qui locū Dei teneret in terris in hoc specificando præceptū legis naturæ. Nec Christus in Euangelio præcepit de singulis exteriorē pœnitentiā, nisi quia de singulis requirebatur interior, vt exteriori signū visibile interiori rei signaturæ respondeat. Non igitur (quod quidam arbitrantur) contritio specialis propter confessionem exigitur, sed ediuersio confessio specialis propter contritionem: vtraq; autem propter iudicij naturam. Omnis quippe iudex cui iudicandi est authoritas demandata, reorum delicta inquirere, atque examinare debet speciatim, vt iuxta culpam mensuram sit & pœnarum moderatio. Sic quia in euangelica lege iudicium de peccatis delegatum est sacerdotibus, propterea vt fideliter suum munus exequantur, interrogare debent specialia delicta, & eorum adiacentes circumstantias. Nec contenti esse possunt, si peccata solum in genere cognoscant. In lege autē naturæ & nunc quoq; hoc iudicium ipsi peccatori committitur, vt idē ipse sit testis, accusator & iudex. Vide ait Dominus, Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis, & fecerit iudiciū, &c. Et iterū, Feci iudiciū & iustitiā, non tradas me calumniāribus me. Quā ob rem peccator in propria causa iudex effectus, nisi expendat delicta propria, & diligenter seipsum interroget & examinet, vt ex qualitate & quantitate culpam imponat sibi pœnitentiæ modum, infidelis & iniqui iudicij pœnas daturus est apud æquissimum iudicem: vt latissimè declarat ac probat venerabilis pater Melchior Canus cathedræ primariæ præfectus in academia Salmaticensi, in prælectione de pœnitentia. Horum animaduersio plurimum conducet ad intelligendum, quomodo necessarium est, vt omnium peccatorum confessio fiat apud sacerdotem: eadem nempe quam Deo facere oportet, qui sacerdotem suum constituit commissarium, vt in peccatorum consolationem & certificationem apud hunc quoque fiat, quod coram se fieri semper oportuit, & ius dicitur naturæ. Patet ex dictis quod non solum pium & sanctum est, verum & necessarium (quod tamen Martinus improbat) perpetrata crimina ante oculos habere, recensere, iudicare & retractare, vt deslearnus quod tot tantisque malis diuinam offendimus maiestatem: quum & pro peccatis diu antea remisisset sancti quoque lugere soleant. Sic, inquit, B. Chrysof. David pœnituit, dicens, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymisque stratum meum rigabo: et peccatum quod ante multum tempus admiserat, post tantos annos, tantisque generationes lugebat, veluti recenti tempore perpetratum. Et Apostolus Paulus confitetur quod blasphemus fuerit, & supra modum ecclesiam persecutus. Ac B. Iob orat, Quantas habeo iniquitates, & peccata mea ostende mihi.

Patet etiam ex dictis quod secundum hanc sententiam non satisfacit præcepto iuris naturæ disponētis super remissionem peccatorum, & perpetrati sceleris, qui solum in genere

genere atque confusè se peccasse, suaque peccata confitetur, sed oportet antea cetera scelerata mortalia sigillatim, vt diximus, ac secundum species suas deslere, & Deo confiteri. Quod idem etiam præceptum erat tempore veteris legis & ante legem, antequam præciperetur sacerdoti faciendam esse confessionem. Quod autem hic dicimus præceptum istud esse legis naturæ, intelligatur fide præsupposita. Hic etiam animaduertendum est, quod sancti comprobant formam, & ordinem pœnitentiæ & confitendi de peccatis per discussionem ac recollectionem: vt ex sententijs B. Chrysof. superius doctum est: quæ per Martinum improbantur.

De confessione itaque, quæ fit apud sacerdotem, cum peccatorum omnium etiam occultorum cordis enumeratione, præcipua est nobis cum aduersarijs disputatio atque controversia: quamuis etiam improbet hanc coram Deo distinctam & specialem omnium peccatorum confessionem, quemadmodum ex verbis Martini Lutheri supra citatis constat. Nec vnum tantum, sed plurima circa hoc confessionis genus in dubium vocantur, & magna ex parte improbantur, videlicet an: confessio omnium peccatorum apud sacerdotem, vt peccata remittat, sit vtilis & Deo grata. An antiquus sit eius usus in ecclesia, an recens natus tempore Innocentij tertij, qui eam mandauit fieri semel in anno, in cap. Omnis vtriusque sextus. de pœnit. & re. An sit apud sacerdotes ex Christi commissione, atque ita ex iure euangelico potestas remittendi peccata in Deum commissa. Quod enim vniuersique remittere potest quod in se commissum est, nulli est dubium, nec sacerdos potestatem sibi vendicat, quod aliter peccata remittat, quam secundum quod contra Deū sunt commissa. An sit præcepta à Christo, & ex eius institutione per manus ab Apostolis et maioribus nobis tradita: an ex apostolica traditione, an ex ecclesiæ iussione dictante spiritu sancto. Et si ex Christi est institutione, an solum per modum sequelæ: in quantum instituit in domo sua tribunal, ad quod omnium domesticorum delicta, quatenus sunt legis Dei præuicaciones, referantur: ad quod referri nequeunt, nisi per propriam rei confessionem. An saltem à Christo sit consulta, vt sic aliquo modo sit iuris diuini, atque ad Christum referatur, an sit sacerdoti faciendā tanquam iudici, an tanquam medico vel doctōri qui consolari & consilire possit: an potius vt iudici, medico, doctōri, consolatori, & consultori: vt iudex in foro isto, quia in bonum & salutem rei confitentis est à Christo institutus, eminenter sit hæc omnia. Nam patres ecclesiastici iam iudicem vocant, iam medicum, & alij nominibus. Quod autem de omnibus peccatis mortalibus sacerdoti sit faciendā confessio, docet forma hoc sacramentum ministrandi, in eius constitutione tradita à Christo. Ait enim: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. In quibus verbis ministro sacramenti duarum actionum remittendi nempe & retinendi peccata, tribuitur facultas: & ex hoc ipso factus discernendi, quorum remittenda sunt peccata, & quorum retinenda: Discerneret autem non potest an sint retinenda, nisi nouerit an in reo aliquod sit peccatum retinendum, hoc est impediens remissionem. Nam quodlibet peccatum retinendum impedit remissionem omnium omnino peccati contentis: quia non potest simul peccatum vnum remitti, & aliud retineri: cum mortalia peccata omnia in eodem homine connexa sint, quoad remissionem & retentionem in ordine ad Christi ministrum, sicut ad Deum. Cui enim à Deo peccatum remittitur, amicus eius constituitur. Iuxta illud, Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, & cuius retinet peccatum, inimicus Dei est, & iracundus super ipsum manet. Quia igitur tam remissio quam retentio diuina est omnium peccatorum mortaliū: quæ quis habet, manifestè sequitur, quod etiam tam remissio quam retentio quæ fit à Christi ministro, debeat esse non aliquorum tantum peccatorum, sed omnium simul: quia tales esse debent, vt diuina eis assitæ remissio & retentio: alioquin non verificentur Christi verba, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, &c. si ministri remissio à diuina discordaret: & Deo omnia remittente vel retinente minister quoque non remitteret omnia, vel non omnia retineret. Ad hoc autem vt minister vel remittat omnia vel retineat, oportet omnia ei inuotescere: nisi cæcus ac temerarius remissor vel retentor esse velit. Et quoniam ministro Christi peccata pœnitentis non aliter quam per ipsius confessionem propriam innotescere possunt, consequens est quod oporteat cōsentire omnia sua peccata mortalia ei confiteri. Hoc modo B. Hieronymus intellexisse videtur verba Domini in comment. euangelij secundum Matth. Sacerdos, inquit, pro officio suo cum peccatorum audierit varietates, scit quis ligandus sit, quisue soluendus. Sicut tempore legis non pronuntiabat quis mundus, quisue immundus esset, nisi inspecto colore, pultibus, & multa signorum varietate. Ex verbis igitur

In genere confessio, non satisfacit præcepto iuris naturæ de peccati remissione.

Quam confessionē aduersarij impetant.

Ioannis 20. Ministro pœnitentiæ committitur potestas remittendi et retinendi. Vnum peccatum sine alijs non remittitur. Psalm 31.

Quæ ratio confessionis sit necessaria.

Cap. 16.

*Objectionis dilutio. Peccator debet se totum aperire.*

*Quid peccata retineat.*

*Cap. 9. Cap. 20.*

*Argumentum à minori.*

*Lib. 3. de dignitate sacerdotum.*

*23. q. 4. ca. si is qui*

*Ordinem quo sacerdoti peccata confitentur, et per eum Deo, Christus instituit.*

igitur Domini Saluatoris consequitur, quod omnium peccatorum confessio facienda est sacerdoti, priusquam remitti possint. Quod si dicatur secundum hæc verba Domini magis attendendam esse à sacerdote conditionem eius, cui fit remissio, an scilicet ex animo doleat, quam peccatorum omnium vel quorundam confessio. Respondetur, quod conditio & status penitentis & quid ei consulendum sit, non cognoscuntur nisi se totum aperiat: sicut nec status infirmi, nisi morbum suum totamque suam dispositionem me dico exponat. Ex ipsidem Christi verbis necessitas peccata omnia confitendi concluditur: ex eo maxime quod dicit, Quorum retinueritis peccata, retenta sunt, & retenta sine dubio manent, donec remittantur per sacerdotem. Est autem peccata retinere post acceptam eorum & status confitentis cognitionem, declarare quod non sit verè penitens; ut peccata ei remittantur. Inanis enim esset sententia iudicis, si eo retinente & ligante, sine eo aut etiam alio similem potestatem habente, possit absolui. Et ex illo etiam necessitas confessionis probatur, quod remittere & retinere peccata in Deum commissi, sicut ligare & solvere, actus sunt iudiciales, et propterea in his verbis Christus instituit iudices & tribunal in ecclesia, ad quod omnium domesticorum excessus & peccata, quæ contra ipsum leges; eius committuntur, referantur: sicut in omni republica oportet esse tribunal, per quod civium causæ & controversiæ terminentur. Sic interpretatus est B. Aug. de civitate Dei lib. 20. quod dicit Ioannes in Apocalypsi, Et vidi sedes & sedentes super eas, & iudicium datum est. Non hoc, inquit, putandum est de ultimo iudicio dici, sed sedes præpositorum, & ipsi præpositi intelligendi sunt, per quos ecclesia nunc gubernatur. Et iudicium datum nullum melius accipiendum videtur, quam id quod dictum est, Quæ ligaveritis in terra, ligata erunt in celo: & quæ solveritis in terra, soluta erunt in celo. Magnus autem excessus, magnum crimen aduersus Dominum committit, qui eum contemnit, & leges præuaricatur. Propter quod ipse offensus iustam querimoniam habet aduersus seruum suum: Si igitur mandatum est, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & vadè prius reconciliari fratri tuo: multo magis si aduersum nos aliquid habet Dominus noster, propter quod grauius sit nobis offensus, oportet culpam agnoscere, & eum reconciliari. Est autem sacramentum penitentiae sacramentum reconciliationis, quemadmodum baptismus regenerationis: in quo sacerdotè suo loco in hac reconciliatione iudicè constituit, omni iudicio quod à patre acceperat, secundum sententiam Beat. Chrysostomi, in eum transfuso. Sed in gratiam recipere non potest, nisi quem nouit humili corde peccata sua Deo confiteri: quod quidem cognoscere non potest, nisi coram se peccata deplorans. Deo omnia confiteatur. Est enim præceptum huius confessionis sacramentalis, ut diximus, & determinatio præcepti iuris naturæ, de sigillarim confitendo singula peccata coram Deo. Et sicut fecit dicitur B. Chrysostomum satis non est in genere Deo peccata confiteri, vel se in genere peccatorem fateri: ita nec sufficit sic confiteri apud sacerdotem. Oportet enim eum cognoscere quantum delinquit debitum Domini sui. Nam ut dicit beatus Gregorius in homilias: Si is qui prælati est debitori domino culpas impune remittit, non mediocriter offendit, qui debita cælestis regis & Domini sua presumptione resoluit. Ea namque quæ in nos committuntur facile possumus dimittere, quæ verò in Deum commissa sunt cum magna discretionè, nec sine penitentia possumus relaxare. Si enim seruus qui in multis offendit Dominum suum, & reconciliari cupit, singulas offensas confiteri debet, & à solis confessis absoluitur: multo magis nos Dei seruos qui multa talentorum milia debemus, agnoscere oportet apud Deum omnem lesionem omnemque debitum, quantum tamen fieri potest. Nec minus apud sacerdotem, cui totius causæ arbitrium committit. Huiusmodi ordinem instituit Deus, quod peccator patri non reconciliatur nisi per filium, nec filio nisi per ecclesiam: quæ sicut pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, ita filius totum in ecclesiam transfudit, collatis Petro clauibus regni caelorum, & vniuersos Apostolos mittens, sicut eum miserat pater ad remittendum, & retinendum quorumlibet hominum peccata. Et quia verè penitens Deo offenso se submittit ad omnem emendam quæ ab eo requiritur, & arbitrium emendæ commissum est sacerdoti, Christi hac in re vicario: omnia peccata ei exponere oportet, ut rectè arbitrari possit. Videtur tamen sufficere talis peccatorum confessio, quæ in dextera rationabiliter sit contentus. Hoc enim requiritur, atque etiam sufficit in omni iudicio. Et superius circa articulum tertium probatum est sacramentum penitentiae ad salutem esse necessarium omnibus relapsis post baptismum. Et quia huius sacramenti materia est confessio integra, sicut aqua baptismi, necesse est quod confessio omnium peccatorum mortalium ad salutem sit etiam necessaria. Ait enim Concilium

Concilium Florentinum secundam partem quasi materialem penitentiae esse confessionem, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Nec tamen solum propterea est necessaria, verum etiam quia in hoc sacramento minister iudex est, & grandem pronunciat sententiam ad mortem vel vitam æternam. Qui autem sententiam de re aliqua pronunciat, plene eandem rem prius cognoscere debet: sicut ait Sapiens, Qui iudicat quæ nouit, iudex iustitiæ est.

Sacerdotem autem in sacramento penitentiae & reconciliationis constitutum esse à Christo iudicem, eiusque in remittendo peccata commissarium, clarè docent, ut diximus, verba Saluatoris. Nam remittere & retinere peccata in Deum commissa, absoluerè & ligare actus sunt iudiciales, qui per solum iudicem legitime exerceri possunt. Quo modo & veteres ea sunt interpretati, nempe B. Hylarius Math. 16. Beatus, inquit, cæli ianitor, cuius terrestrè iudicium præiudicata auctoritas sit in celo, ut quæ in terris ligata sint aut soluta, statuti eius conditionem obtineant & in celo. Et B. Chrys. de dignitate sacerdoti dicit Christum totum iudicium, quod à patre accepit in Apostolos transfudisse. Ac Gregorius Nazianzenus in oratione ad Imperatorem & principes eius, Ouis (inquit Imperatori) mea es, & nos habemus tribunalia. Et B. Gregorius Papa homil. 26. euangeliorum comparat sacramentum penitentiae cum iudicio forensi, in quo causæ primum cognoscuntur & explorantur, deinde iudicantur. Idemque debere fieri à sacerdote ostendit & B. Barnardus post Cyprianum & Hylarium, dicens quod sententia Petri præcedit sententiam cæli. In Concilio autem Florentino definitum est, quod minister huius sacramenti, est sacerdos habens auctoritatem absoluentis: vel ordinariam, vel ex commissione superioris. Et in Concilio generali tempore Innocentij tertij definitur & mandatur, quod omnis vtriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi penitentiam proprijs viribus studeat adimplere. Si quis autem alieno sacerdote uoluerit iusta de causa confiteri, licentiam prius postulet & obtineat à proprio sacerdote: cum aliter ipse illam non possit absoluerè vel ligare, ubi etiam docet quod sacerdos iudex sit in saluante peccatoris constitutus, qui simul fungi debeat medici officio, non solum peccati morbum tollendo & sanitatem restituendo, quando sacramentaliter absoluit, sed etiam contra reciduum muniendo & præseruando: in quo consistit secundus actus penitentiae, ut scilicet peccata in futurum caueantur. Addit idem Concilium, Sacerdos autem sit peritus & cautus, ut more periti medici super infundat vinum & olium vulneribus lauciato, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati: quibus prudenter intelligat, quale debeat præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad sanandum ægrotum. Magna igitur præsumptio & temeritas est, contra scripturarum & maiorum testimonia ac Conciliorum definitiones docere, quod eorum duntaxat peccatorum confessio necessaria est, sine qua consilium, informationem & consolationem habere non possumus, quodque non sit facienda nisi homini perito, qui gratiam habeat consulendi, exhortandi, & consolandi, quasi hæc confessio iuris esset naturæ, ethnica, & non sacramentalis ex Christi institutione. Magna præterea est temeritas Apologiæ quæ contra hæc testimonia toti orbi proponere audeat absolutionem non esse iudicium, reclamante etiam ipsa nominis ratione. Ait enim, Objiciunt quidam iudicem prius debere cognoscere causam quam sententiam pronunciet: hoc nihil ad hanc rem pertinet, quia absolutio est alieni beneficij executio, non autem iudicium. Christus enim dedit mandatum remittendi peccata: id mandatum exequantur ministri: non habent mandatum de cognoscendis peccatis. Hoc, ait, intelligi potest ex eo, quia infinita peccata remittunt, quæ nec nos ipsi meminimus, quibus remittuntur.

Nullam hic audimus scripturam aduersus tantam testium, patrum scilicet ecclesiasticorum, nubem: nullam alicuius momenti rationem, quare absolutio non sit iudicium, nisi quia alieni beneficij est executio. Mirum certè quod non clarè dicat Philippus quod reuera sentit, & passim scribit, absolutionem nimirum esse annunciationem euangelij erga eum qui absoluitur. Tunc enim intelligeretur non esse iudicium: sicut nec prædicatio euangelij, quæ fit ad cœtum siue ecclesiam. Sed credo quod eum pudeat confiteri id quod sentit, sciens à catholicis & huius seculi etiam hæreticis, ex scripturis improbari absolutionem, quam prædicat esse euangelij priuatam annunciationem: Annunciatio autem euangelij priuata & singularis, obscurè dicitur executio alieni beneficij: sed verius diceretur

*Præter. 22.*

*Ioannts 20. Actus iudiciales non nisi per iudicem exerceri possunt. Libro. 3.*

*Sacramentum penitentiae comparatur iudicio forensi.*

*Apologia ob testio.*

*Responsio.*

Ioannis 20.

Sermone de lapsis.

In institutio-  
ne huius sa-  
cramēti nō di-  
stinguatur in-  
ter peccatū oc-  
cultū et mani-  
festū. Euan-  
geliorū homil.  
26. in octava  
Pescis.

Sacerdotes vi-  
ce Dei pecca-  
ta retinet vel  
relaxant, et a-  
nimarū sunt  
iudices.

Apologie ob-  
fessionis so-  
lutio.

Lib. 2. de sa-  
cramentis.

Infirmos mor-  
bus sufficiēt  
de medico cō-  
sulendo ad-  
moneri.

diceretur annunciatio siue communicatio beneficij remissionis peccatorum per mor-  
tem Christi quā eius executio. Nam omnis iustitiā administratio est executio benefi-  
cij ex gratia principis accepti & indulti: nec tamen obstat quo minus sit iudicialis: imō  
eo ipso iudicialis est & iudicium. Et dedit quidem Christus mandatū remittendi pecca-  
ta, sed hoc mandatū est sententiam & iudicium pronuntiandi: quamvis potius pote-  
statem dederit quā mandatū in his verbis, Quorum remisistis peccata, &c. Et er-  
roneum est quod allumitur, ministros non habere mandatū de cognoscendis occul-  
tis. Nam beatus Cyprianus docet peccata cordis sacerdoti confitenda. Similiter & Ori-  
genes, vt statim patebit ex eorum proferēdis sententijs. Nec distinguit Dominus Salua-  
tor inter occultum & manifestum peccatum, dum simpliciter dicit, Quorum remisistis  
peccata, &c. Offenditur enim Deus peccatis nostris occultis, etiam si in illo corde lateat;  
de quibus propterea absolui oportet, vt remittantur in cælis. Est enim sacerdos in hoc sa-  
cramento iudex vice & loco Dei, vt supra dictū est. Quod etiā aperte docet B. Gregorius  
explicans locum, Quorum remisistis peccata remittuntur eis: Libert, inquit, hic intueri,  
illi discipuli ad tanta onera humilitatis vocati, ad quantum culmen glorię sunt perducti.  
Ecce non solum de semetipsis securi sunt, sed etiam aliena obligationis potestatem rela-  
xationis accipiunt, principatumque superni iudicij sortiuntur, vt vice Dei quibusdam  
peccata retineant, quibusdam relaxent. Ecce qui districtum Dei iudicium metuunt, ani-  
marum iudices sunt: & alios damnant vel liberant, qui semetipsos damnari metuebant.  
Horum profectō episcopi locum tenent: ligandi atque soluendi auctoritatem suscipiūt,  
qui gradum regiminis sortiuntur. Grandis honor, sed graue pondus istius est honoris.  
Duri quippe est, vt qui nescit tenere moderamina vitę suę, iudex fiat vitę alienę. Nihil  
igitur mirandum est, quod animarum vice Dei iudices, non solum de manifestis, sed &  
occultis iudicare possint, modō tamen in confessione eis exponatur. Sed audiamus a-  
pologiam probationem. Hoc, inquit, intelligi & probari potest ex eo, quia infinita pec-  
cata remittunt, quę nec nos ipsi meminimus, quibus remittuntur. Cui respōdetur, quod  
aliquando pauca peccata, non infinita remittunt. Et si infinita, quorum nec ipsi quidem  
confitentes meminerunt, ipsa remittuntur tanquam peccata obliu: vel per consequen-  
tiam solum, eō quod peccatum confessum sine obliu non remittitur: vel immediate, si-  
cut ea quę sumus confessi. Super quo diuersę sunt doctorum sententię. Sed condone-  
mus ei quod propriē secundum se remittantur: dicitur quod solum confitenda sunt pec-  
cata, quę memorię occurrunt post diligentem inquisitionem: atque his remissis remit-  
tuntur & alia, licet specificē non sint enumerata.

Manifestum est ex dictis quod omnium peccatorum confessionem apud sacerdotem  
faciendam esse, sit iuris diuini: atq; id efficaciter ex euangelio, saltem secundum con-  
cordem patrum intelligentiam, probari & concludi: & propter naturam iudicij, quod exer-  
cetur in sacramento pœnitentię: & quia huius materia est: ob quod insinuatū est po-  
tius confessionis præceptum, quā verbis expressis præscriptū: sicut catechismus præci-  
pitur ante baptismum in eo quod mandatur baptismus, per quē intratur in familiā Chri-  
sti. Ex quo sequitur re ipsa necessitas discendi leges & mores familię ac voluntatem Do-  
mini in suis domesticis, & sic etiā nascitur necessarium catechismi præceptū. Ita intelle-  
xisse videtur præceptū confitendi apud sacerdotem Hugo de sancto Victore, cū ait: Me-  
dicis dixit, vt curarent infirmos, nō dixit vt ad medicos curandi venirēt. Hoc enim qua-  
si certum esse voluit, quod ægri libenter salutem quęrent, & se curādos offererēt, si me-  
dicos inuenirent: Morbus sufficiēt infirmos admonet: neq; opus præcepto habent, si  
morbo cruciantur. Quamuis enim in hoc sacramento sit forum misericordię, & iudi-  
cium clementię: ea tamen quę de ratione sunt iudicij quod ibi exercetur, in eo inueniri  
debent. Sunt autem in omni iudicio necessaria, iudex, reus, testis & accusator, aut defi-  
ciente accusatore, inquisitio ex officio iudicis. Oportet igitur & has personas esse in  
hoc iudicio, quod Christus his verbis instituit. Nec miscemus propterea quę fori sunt  
exterioris cum iudicio sacramenti pœnitentię: sed quę ex fori natura omni iudicio  
competunt, docemus competere & foro conscientię. Testem autem integrē depone-  
re oportet de eo quod nouit, & accusatorem non prauaricari. Debet ergo pœni-  
tens non de vna offensa tantū, sed de omnibus se accusare, & confiteri culpę & of-  
fensę qualitatem & quantitatem, quantum humana patitur fragilitas, vt sacerdos  
iudex vice Dei plēnē cognoscat statum pœnitentis. Et quamuis idem testis esse pos-  
sit, reus & accusator, quemadmodum sit hic in confessione: non patitur tamen natu-  
ra iurisdictionis, quod idem sit iudex & reus. Cum igitur ius dicatur diuinum, non so-  
lum

lum quod expressis verbis literę sacrę continent, sed etiam quod necessaria ac euidenti  
consequentia ex eis inferitur: sicut quod Christus ex quatuor constabat elementis  
non aliter quā alii homines, certa fide credendum est, ex eo quod verus erat homo: ita  
credendum est quod confessio peccatorum sacerdoti faciēda ius est diuinum, atq; adeo  
firmiter credendum, sicut sacramentum pœnitentię ad salutem esse necessariū: eō quod  
iudiciale sit, & confessio materia eius necessaria, nec sine ea constare possit. Propter  
quod in Concilio Constantini quintus in bulla condemnationis articulorū  
V. Viclef, Ioannis Hus, & Hieronymi de Praga, mandat interrogari ab eo qui suspectus  
esset de erroribus eorum, vt rum credat quod Christianus vltra contritionem cordis, ha-  
bita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur: sine  
dubio intelligens ex institutione diuina & iure euangelico, cū ea quę iuris sunt hu-  
mani, non sint materia fidei, nec inter credenda habeantur. Nam inter articulos V. Viclef  
condemnatos fell. 8. septimus erat. Si homo debite fuerit contritus, omnis confessio ex-  
terior superflua est & inutilis. Et in Concilio Complutensi celebrato ex mandato sedis  
apostolicę aduersus quendam Petrum Oxomensem & postmodum comprobato per  
Sixtum quartum, condemnantur quatuor propositiones eiusdem Petri: quarum Prima  
est, peccata mortalia quantum ad culpam & pœnā alterius seculi delentur per solā cor-  
dis contritionē, sine ordine ad clauēs ecclesię. Secunda, quod confessio de peccatis in  
specie fuerit ex statuto vniuersalis ecclesię, non de iure diuino. Tertia, quod prauas co-  
gitationes confiteri nemo debet, sed sola displicentia delentur sine ordine ad clauēs.  
Quarta, quod confessio non debet esse secreta. Atq; has omnes & singulas synodus hæ-  
reticas esse definiuit. Et quia hæc synodus auctoritate Sixti quarti fuit congregata, &  
confirmata, postea ab eodem literis apostolicis, quas ex integro recitat reuerendus pater  
Alfonfus de Castro lib. de hæresibus: ideo ibi denuō eadem tanquam hæreticę condem-  
nantur. Non igitur amplius dubitare licet, an confessio secreta omnium peccatorū, quę  
fit sacerdoti, sit ex institutione Christi & iure euangelico: sed tanquam hæreticus nunc  
habendus est, qui hoc negare audeat, aut contrarium affirmare: prout etiam deducit ve-  
nerabilis Magister noster Iacobus Latomus, meus in susceptione magisterii collega, in  
docto libello quem de confessione fecit, aduersus O. E. colampadium. Idem latissimē do-  
cet Albertus Pighius & profequitur aduersus Erasimum, qui frequenter insinuat & do-  
cet confessionē secretam & sacramentalem esse institutum humanū. Similiter & b. Tho-  
mas ac b. Bonauentura scribunt circa textum magistri distinct. 17. 4. sentent. quod post  
determinationem ecclesię in Concilio generali, quę habetur ca. Omnis vtriusq; sexus,  
de pœni. & remis. nō est opinio, sed hæresis iudicanda sententia, quę habet ad remissio-  
nem peccati mortalis contritionem cordis sufficere, & non requiri confessionē oris. In-  
tellexerunt enim quod Conciliū supponebat esse præceptum Christi de confitendo pro-  
prio pastori, vel eius vicario omnia peccata, & determinabat illud ad certum tēpus, ita  
vt totum ecclesię præceptum sit euangelicū, eo solo excepto, quod fieri debeat semel in  
anno. Manifestum est igitur, quod non ab Innocentio tertio instituta est secreta pecca-  
torum confessio, nec ipsius tēpore primū incepta est eius ex præcepto obligatio, nec  
tunc primum cœpit esse in ecclesia eius vsus: sed instituta est à Christo, à quo & accepit  
obligationem & mandatū: eiusq; vsus à tēporibus apostolorū semper fuit in ecclesia ca-  
tholica, atq; manebit vsq; ad seculi cōsummationē: vnde etiam efficax sumitur argumē-  
tum, quod sit euangelica & ex iure diuino. Vsum autem huius cōfessionis semper in ec-  
clesia fuisse clarissimē docetur ex patrum ecclesiasticorum, qui ante mille quingētos an-  
nos scripserunt testimonijs, qui hanc doctrinam & fidem in suis libris nobis tradiderūt.  
Nam beatus Dionysius Areopagita in epistola ad Demophylum, grauitur eum arguens  
scribit, Tu verō vt tuę literę indicant, procidentem sacerdoti impium, vt ais, atque pec-  
catorem, nescio quo pacto contra disciplinę ordinem astās calce abiecasti, cū ille qui-  
dem verecunde, quod oportuit, fateretur se ad peccatorum remedia quęrenda venisse,  
neque exhorruisti insuper & sacerdotem optimum lacerare conuictis, miserabilem eum  
dicens, qui pœnitentem impium iustificasset. Et Origenes in Psalm. 37. Vide, inquit,  
quod nos edocet scriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. For-  
tassis enim sicut hi qui habent intus inclusam escam indigestam, aut humores, aut  
Ita etiam hi qui peccauerunt, si quidem & occultant & retinent intra se pecca-  
tum, intrinsecus virguntur, & propemodum suffocantur à flegmate vel humore  
peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum & confitetur, simul  
euomit

Id quod ex-  
pressis ser-  
uare verbis  
necessario ac  
evidenter in-  
ferri potest,  
etiam est ius  
diuinum.

Peiri Oxomē-  
sis propositio-  
nes. dicitur.  
Prima.  
Secunda.  
Tertia.  
Quarta.

In verbo cō-  
fessionis.

Confessio non  
est ab Inno-  
centio 3. institu-  
ta, nec tunc  
tēporis primū  
cœpit eius  
vsus.

Homil. 1. cō-  
2. cō. hom. 10  
super nume-  
ros.  
Secreta con-  
fessio tēpora-  
Origenis.



euomit & delictum, atque omnem morbi causam digerit. Tantummodo circumspecte diligentius cui debeat confiteri peccatum tuum: prober prius medicum cui debeat causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi & compatiendi dederit disciplinam: vt si quid ille dixerit, qui se prius & eruditum medicum offenderit & misericordem, si quid consilij dederit, facias & sequaris: Si intellexerit & prauiderit talem esse languorem tuum, qui in conuentu totius ecclesie exponi debeat & curari: ex quo fortassis & ceteri edificari poterunt, & tu ipse facile sanari, multa hoc deliratio, & satis perito illius medici consilio procurandum est. Et b. Cyprianus de his qui corde tantum peccauerant: Hi, inquit, quauis nullo sacrificij aut libelli facinore constricti sunt, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentes exomologesim conscientia suae faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medicinam paruis licet & modicis vulneribus exquirunt. Ac paulo post, confiteantur singuli, quae vos fratres delictum suum, dum adhuc qui delinquit in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes, apud Dominum grata est. Ac b. Hieronymus in comment. super Ecclesiasten, circa locum, Si mordeat serpens, Magister, inquit, ei prodesse non poterit, qui vulnus non luerit confiteri. Et apertissime in comment. super Matth. Et b. August. Homil. 49. & 50. quorum sententias superius citauimus. Atque in Leuit. Origenes siue sit Cyrillus Homil. 8. Est, inquit, aliquid in hac mirabile, quod secretum iubet pronuntiari peccatum. Etenim cuiusvis generis peccata pronuntianda sunt, & in publicum proferenda cuncta quae gerimus. Si quid in occulto, si in sermone, vel etiam intra cogitationum secreta commisimus, cuncta necesse est publicari, cuncta profiteri: aut a nobis, aut ab illo qui accusator peccati est inventor. Et paulo superius docet, quod haec confessio facienda est sacerdoti. Ac b. Leo papa in epist. 57. quae est ad vniuersos Episcopos per Campaniam apertissime docet de secreta confessione, publicari eam prohibes, quod fieri tunc consueuerat. Illa, ait, contra apostolicam regulam praesumptione, quam nuper cognoui a quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus consilio submoueri (de poenitentia videlicet quae ita a fidelibus postulat) ne de singulorum peccatorum genere libellis scripta confessio publice recitetur, cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quae propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea quae poenitentiam postulant, non timeant publicari, remoueatur tam improbabilis consuetudo: ne multi a poenitentiae remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referere, quibus possunt legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quae primum Deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis poenitentium peccator accedit. Tunc enim demum plures ad poenitentiam poterunt pronocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Atque in historia tripartita, narrat Zozomenus ab antiquis pontificibus constitutum fuisse, quod confessio peccatorum fieret in publico, sacerdoti sapienti bonae conuersationis, & seruanti secretum: quodque illa antiquitatis consuetudo Constantinopoli per Nectarium fuerat sublata, vt occurreret furori populi tumultuantis ob scelus a diacono quodam in matronam honestam poenitentem admissum. Cuius tamen Nectarij factum non probat, eo quod minora peccata ob pudorem confessionis & subtilitatis examinantium antea perpetrarentur. Nam in historia eccles. lib. 2. Rufini, de Nectaris dicitur, quod inexpertus rei ecclesiasticae ex praetore urbano, iam recens baptisma consecutus, sacerdotium suscepit. Eandem historiam scribens Socrates lib. 5. Eudemon, inquit, quidam ecclesiae presbyter consilium Episcopo Nectario dedit, vt presbyterum poenitentiarum abrogaret, permitteretque vt pro sua quisque conscientia ad communionem mysteriorum accederet, quod hac sola ratione futurum esset, vt maledictis ecclesia liberaretur. Hoc ego ex ipso Eudemone audiui, & dicebam, An consilium tuum sacerdos ecclesiae profuerit, an fecus, Deus viderit. Video autem te dedisse occasionem, quod peccata iam inimicem non redarguuntur, nec praecipuum Apostoli seruatur quo dicit, neque communicetis operibus infrugiferis ac tenebrarum, sed magis arguite. De quo Nectarij facti latius agemus circa sententias aduersariorum. Hic obseruare contingerit, quod eo tempore erat antiquitatis consuetudo Constantinopoli & Romae obseruata, vt peccata in publico loco, secreta tamen, sacerdoti secretum seruanti confitebantur. Quid autem in eadem ecclesia seruauerit B. Chrysostomus immediatus Nectarii successor, & quid docuerit de hac confessione, postea etiam sumus dicitur, nam ex eius homiliis, vt homil. 26. in Genesim: homil. 19. in 4. caput. Genesios: homil. 3. & 33. multa citari solent

*Idem hom. 8. in Lenticis.*

*Sermone de lapsis. Peccatorum cordis sebas confessio temporis Cypriani.*

*Initio lib. 3.*

*Cap. 10.*

*Cōfiteāda sunt quae intra cogitationem secreta commisit.*

*Confessio secreta.*

*Deo primum offerenda confessio.*

*Antiqua consuetudo secretae confessionis in sermone b. Chrysost.*

*Cap. 22.*

*Cap. 19.*

*Ephef. 5.*

*Ioannes Chrysostomus immediatus Nectarii in episcopatu successit.*

solent sententiae pro secreta peccatorum confessione, vt videre licet in locis communibus venerabilis patris Hofmeisteri: ex quibus videtur fuisse quod induxerat Nectarius, & restituisse antiquam ecclesiae consuetudinem. Et b. Paulinus in vita b. Amb. scribit, quod quotiescunq; aliquis illi ob percipiendam poenitentiam sua confitebatur peccata, ita flebat, vt illum flere compelleret: causas autem criminum quas confitebatur, domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur: bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus vt intercessores magis sunt apud Deum, quam accusatores apud homines. Atque b. Berna. in vita Malachie, inter reliquas laudes eius dicit, quod usum saluberrimum confessionis, apud barbarum populum Hyberniae iam obliteratum, reduxit. Possem huc producere Sanctum Clementem familiarem Petri discipulum, referentem Petrum Apostolum tradidisse cogitationem etiam malas oportere Christianos sacerdotibus Domini manifestare. Innocentium primum in epistola ad Decentium, cap. 7. qui ait, De pondere sacerdotis est iudicare vt attendat ad confessionem poenitentis & ad fletus atque lachrymas corrigentes, ac tum iubere dimitti cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in agnitum incidit, atque in desperationem deuenerit, ei est ante tempus Paschae relaxandum ne de seculo absque communionem decedat. Et b. Ambr. lib. 1. de poenitentia ca. 2. ac Sanctum Basilium de institutis monachorum. Sed ex testimonijs adductis clarissime constat, tempore Apostolorum vsque in diem praesentem semper in ecclesia fuisse usum & consuetudinem secreta peccata confitendi, & ipsae ceremonias quas adhuc obseruat ecclesia: vt flexis genibus ante sacerdotem, & velut in theatro, sub testimonio ecclesiastici populi ordinato presbytero, seruante secretum: ad quem accederet, qui delicta propria confitebantur. Crassa itaque atque intolerabili ignorantia hallucinantur, qui tradunt Innocentium tertium fuisse confessionis auricularis auctorē. De hac re Magister nostrer Latomus in libel. de confessione aduersus Oecolampadii multorum patrum sententias citat pro antiquissima consuetudine secretae confessionis. Similiter Antididagma sanctissime ecclesiae Coloniesis, & institutio doctrinae Christianae eiusdem, Albertus quoque Pighius li. 2. Hierarchie eccles. Vnicam hic addam Nicephori Chartophylacis, ex epistola quam ad Theodosium monachum scribit de ligandi soluendiue potestate, sententiam. Ligandi, inquit, soluendiq; prouincia pontificibus ipsis, a clementissimo Deo nostro demandata est. Siquidem ad Petrum ait, Quae cunq; ligaueris, ligata: & quae cunq; solueris, soluta erunt. Vnde olim omnes oportebat ad ipsos pontifices accedere, suaue illis occulta prodere, & sic vel reconciliationem, vel repudium ferre. Ignoro autem qui factum sit, cur haec minus obseruentur: quamuis existimem pontifices negotij radio, ire quentique multitudinis turbulencia defatigatos, id opera ad monachos transmisisse; ad eos scilicet qui vere probari sint, aliisque valeant esse viles. Nihil enim tale in expertis & indoctis permiserunt. Equidem in aduersa corporis valetudine illum inquirimus, dicimusq; medicum, qui tam reipsa quam verbis male habentem curare queat. Itaque non respiciemus in hunc vel illum qui praeter nome medici nihil habeat medici, sed in eum, qui sicut expedit, medicum praestare poterit. Porro si quis expertus sit & frugi, & eum hoc sacerdotio fungatur, ad illum imprimis accedendum. Nam poterit indigo prodesse, accedentem se diligentius curare, conciliare item & corrigere. Et paucis interiectis. Vnum cauebit ne indulgentius & citra omnem obiurgationem absoluat, fiatq; alienorum criminum particeps. Id si qui peccauerit, lachrymis liquecat, ac continenter malorum suorum abalienatione meditetur: & licet in eadem reincidat, suscipiedos tamen eos duxeris, congruūq; deputaueris locū. Penes te enim facultas est, & vt nosti, mensuram castigationis adhibeas, &c.

Atque tam frequens apud veteres sit sermo de secreta confessione sacerdoti facienda, & tam vicinum est ac conforme sacramento poenitentiae quod confessio secreto fieri debeat, vt quidam doctores scholastici, inter quos est Ioannes Scotus doctor subtilis, scripserint non esse sacramentalem confessionem, quae non secreta fit in aures sacerdotis. Ac pro ratione adducunt quod secretissimum est ex sua natura forum poenitentiae: ad quod propterea ex ratione sacramenti & praecipuo diuini sequitur sigillum secreti: Ex quo etiam videri possit, quod ius diuinum exigat, vt secreto fiat sine rebus. Id quod insinuare videtur Concilium Lateranense, praecipiens vt omnia sua peccata solus quisque confiteatur: & idem definire Sixtus quartus in quarta propositione condensationis propositioni Petri Oxomensis. Verisimilior tamen & verior est aliorum sententia, qui docent non esse Christi institutionem, nec ex substantia sacramenti secretam fieri confessionem: sed ab ipso hoc relictu prudentiae naturali & vnctioni sancti spiritus, quando publice fieri debeat vel possit, & quando secreta: regula tamen est & multum conforme naturae sacramenti,

*In epistola ad Iacobum Apostolum.*

*Cap. 7. & 8.*

*Matth. 16. Olim ipsis pontificibus omnino confiteri oportuit.*

*Distinct. 17. 4. sent. qua sit vnica ista sine solutionis argumentum.*

*Lib. de vera et falsa penitentiâ. ca. 10.*

*In solutione tertii argumeti.*

*Cap. 14.*

*Que sit legitima diligentia confessuro necessaria.*

*Cap. 15.*

sacramenti, vt occulta peccata occultè confiteamur, & sic iudicentur sine publicatione, licet ex causa legitima publicari possint. Et morem aliquando fuisse in ecclesia, quo peccata occulta, quando hoc videbatur sacerdoti conuenire publicabantur, testatur Origenes homel. prima, in psal. 37. ac inciuat beatus Paulinus de B. Amb. supra citatus. Quem morem abrogauit Leo pontifex epistola 57. Quod & postea semper in ecclesia seruatum est, vt peccata potissimum secreta non publicarentur. Imo & publica crimina ad secretam confessionem ante publicationem per absolutionem remittuntur. Nec tamè vt diximus, necessarium est, nec de substantia est sacramenti, vt occulta peccata in vnius sacerdotis aures secretò dicantur, cum secundum B. Aug. quanto quis pluribus confessus fuerit in spe veniæ, facilius remissionem assequatur: quia erubescencia magnam habet penam. Et scito hunc librum quasi Augustini, eò quod maiores nostri ipsium ei ascripserint: & si eius nò sit, vetusti alicuius authoris est docentis consuetudinem ecclesiæ, que suo seculo obseruabatur. Ac consentiens est doctorum sententia, quòd sacramentalis esse confessio, quæ fit per interpretem aut scripturam, quæ non patitur eam omnino esse secretam. Quod autem dicitur forum penitentiam esse secretissimum, intelligitur secretissimum esse in fauorem penitentis, cui renunciatio ex sacerdotis cõsilio pluribus cõfiteri potest. De quo sanctissimus Dominus Adrianus q. 1. de confessione, vbi dicit, quòd in ca. Omnis vtriusque sexus particula, Solus, est modificatio, extra quã præceptum ecclesiæ non obligat, quamuis tamen ex præcepto euangelico per literas & per interpretem cõfiteri tenemur, quando aliter non possumus: vt dicit b. Thomas, distinct. 17. 4. q. 3. art. 4. q. 3. ad 2. argumentum de quo & Petrus Paludanus distinct. 17. 4. senten. q. 2. art. 1. in tertia definitione confessionis: ac Syluester in verbo Confessio, 1. parag. 15. Manifestissimum igitur est ex his dictis, confessionem peccatorum esse ex iure diuino faciendam sacerdoti tanquam iudici, de omnibus peccatis tam publicis quam secretis, etiam si cordis occulta sint: vt per illum & per sacramentalem absolutionem remittantur. Propterea fidelibus qui suæ salutis curam habet, contemnenda est aliorum de cõfessione nuda sine scripturis, sine ratione, sine patribus asserio, aduersus Christi dicta rotiusq; ecclesiæ catholicæ cõsonam sententiã, in generalibus etiam Concilijs, Lateranensij, Constantiensi, Florentino, & Tridentino confirmatam. Nam in Concilio Tridentino sess. 6. definitur Christiani hominis penitentiam multò aliã esse à baptismali, & cõtinere nò modò cessationem à peccatis, eorumq; detestatione, verum etiam sacramentalem confessionem. Et in cap. Ad abolendã de hæreticis, quod est Lucij tertij, excommunicantur vniuersi, qui de confessione aliter docent, quam sancta Romana ecclesia docet & obseruat.

Confessus diligentiam legitimam adhibere debet, quòd sacerdoti iudici omnia sua peccata mortalia manifestet. Est autem in qualibet re legitima diligentia, quæ fit pro dignitate & necessitate rei in qua adhibetur, & finis propter quem hoc agitur: sicut diligens est ægrotus, si sollicitus est, vt in tempore ad se medicum vocet, nò quemlibet, sed peritum pro ratione morbi quo laborat. Hic autè adhibenda est diligentia, vt in mentem nobis veniant omnia peccata mortalia quæ admisisimus: vt ea confiteamur, & animæ salutem per absolutionem recuperemus. Ponat se omnino, ait liber de vera & falsa penitentia, penitens in iudicio sacerdotis nihil sibi sui seruans: paratus facere pro reparanda anima, quæ cumq; faceret pro vitanda corporis morte. Ac cap. 9. Rectè penitens quicquid sordium contraxit, abluat lachrymis saltem mentis: sed satis durus est cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare: sed sciat se culpabiliter durum, qui desert dâna corporis vel mortem amici, & dolorè peccati non ostendit lachrymis. Eam itaque diligentiam adhibere oportet ad rectè confitendum, quam adhiberemus in inquirenda præciosa margarita, aut magno rerum temporalium lucro assequendo, quamq; auarus faceret œconomus, qui in multis milibus domino obligatus, si omnis debiti cuius facere deberet specificatione, culpam infidelis dispensationis agnoscendo, certã expectaret remissionem, & quicquid taceret soluere cogere. Simile habet Gabriel Biel lect. 8. super canonem missæ, citans etiam Ioannem Cersonem Cancellarium Parisiensem. Laborandum est igitur in discussione nostræ conscientie & eorum recogitatione quæ egimus, donec probabiliter arbitremur nos venisse in omnium peccatorum mortaliũ à nobis commissorũ memoriã, nec alia occurrura putemus. Post hanc recollectione ipsa in memoria habere studeamus, quando sacerdoti confitebimur. Et si propter peccatorũ multitudinem & temporis, quo confessi non sumus, longitudinem hoc iudicare ac nobis persuadere non possumus, etiã si adhibeamus inquisitionem maiorè (non tamen ingenitem ac multũ arduã) occurrentia confiteri possumus atque ab eis absolui, modò reliqua confiteri

confiteri proponamus si aliquando occurrerint. Nam iusta hæc causa esse videtur non omnia peccata simul confitendi, modò in voluntate sit & desiderio omnia confiteri. Multos enim eiusmodi esse casus, quibus contra nostram intentionem dituidatur confessio, vt non fit integra, docet Cardinalis Caietanus in summula sua in verbo Confessio, circa decimam conditionem confessionis: & sanctissimus dominus Adrianus in 1. quæst. de confessione, in solutione 4. arg. Non enim tantam necesse est hic adhibere diligentia, quantã si pro viribus niteremur, adhibere possemus. Nec tamè qualibet sufficit, sed eã adhibere tenemur, quã viri timentes Deum quicq; pro conditione & gradu ordinis sui, adhibere solent. Fieri enim potest quòd contingat negligetia culpabilis in peccatorum obliuione atq; inquisitione, quæ tamè absolutionis fructũ nò impediatur, nisi moraliter fuerit culpabilis. Quæ etiã si talis sit, nò facit tamen confessione non esse sacramentalem, sed absolutio suum effectum operabitur fisione recedere. Nec peccata nostra scribere oportet, vt eorũ memoriã habeamus tẽpore confessionis, quia huiusmodi peccatorũ obliuio non ad ignorantiam iuris diuini pertinet, sed facti, quæ si probabilis fuerit excusatur. Obligator etiam confessor iuuare infirmitatem confitentis, ab eo diligenter inquirendo, quæ ad statum, conditionem, & officium eius pertinere videntur: quemadmodũ docet Conciliũ generale, Sacerdos, inquit, sit discretus & cautus, vt more periti medici super infundat vinũ & oleũ vulneribus fauciati, diligenter inquirat et peccatoris, & peccari circumstantias: quibus prudenter intelligat quale debeat ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere. Vbi Consilium præceptuã tradit rationem, propter quam integram esse oportet confessionem, quia scilicet officium sacerdotis non tantũ est absoluerè à peccatis, sed & consulere & mederi, ne in peccatũ confitens relabatur. Quã rationem cum alijs ponit beatus Thomas distinct. 17. 4. quæst. 3. art. 4. Et sanctissimus dominus Adrianus plenius quæst. 4. de confessione ad probandum, quòd debeat integra esse confessio ac omnium peccatorum. Nam sicut confessio peccatorum, ita & eius integritas est ex præcepto diuino & necessaria materia sacramenti, vel docet Conciliũ Florentinum dicens ad confessionem, quæ est materia sacramenti pertinere, vt omnia peccata, quorum memoriã homo habet, integrè confiteatur: intelligit autem post factam diligentem inquisitionem. Non enim sufficit omnia confiteri quæ occurrunt, si nulla præcefferit conscientia discussio. Nec solum ad hunc finem inquirere debet peccata sua confessurus vt sacerdoti cõfiteatur, sed multò magis, arctiori; ad hoc obligatur præcepto, vt super illis conteratur, & corã Deo se humiliet, culpãq; deprecetur: quemadmodum superius diximus ex sententijs B. Chryst. Facta autè hac diligentia ab omnibus peccatis absolui, etiã ijs quæ confessi non sumus, saltè per modũ sequele & cõcomitantie, cũ Deus non remittat vnũ peccatũ mortale sine alio. Nascitur autè hæc obligatio inquirendi peccata ex præcepto integrè confitendi: imò vnũ idemq; præceptũ est de cõfessione, de eius integritate, de examine conscientie ac peccatorum inquisitione. Ob id enim homo integrè confiteri tenetur, quia confessio fieri debet sacerdoti qui iudex est & animarum medicus, cuius arbitrio se totum exponere & committere oportet: sicut infirmus se committere debet periti medici consilio, eiq; se totum manifestare: & nihilominus medicus interrogare debet quæ expedire nouit ad ipsius curationem. Et propterea articulus meminit confessionis mortalium peccatorum, quia propter illa sacramentum principaliter est institutum, quũ ordinetur ad reconciliationem peccatoris, atque ad reparandam amicitiam, quæ per sola mortalia soluitur. Ac Dominus dicens, Quorum remisistis peccata, principaliter ea intelligit per quæ offensus & relinquitur. Et ideo præceptum non est peccata venialia confiteri sacerdoti, imò nec de eis specialiter conteri aut Deo ipsa confiteri oportet: vt dicit beatus Thomas 3. parte, quæst. 87. artic. 1. Imò nec propositum ab eis abstineri requirit vt remittantur, sicut idem dicit distinct. 17. q. 2. art. 2. q. 2. ad 2. quamuis moderatius de hoc loquatur in 3. parte questio ne & articulo immediate supra citatis. Et multò minus requiritur diligentia ea inquirendi. Quòd autem sacerdoti ea confiteri non tenemur, probat sanctissimus Adrianus ex eo quòd nullum est tam magnum veniale peccatum quod non remittatur post mortem, iuxta sententiã Apostoli primæ ad Corinthu. 3. Cũ enim charitatem non tollat, non excludit perpetuò à regno cœlorum: nec magis tenemur peccatum expiare quã vitare: ad hæc penitentia est secunda tabula, post naufragium: per veniale autem peccatum nemo naufragatur. Et huic iudicio sacramentali quod vice Christi exercetur, proprium est ac peculiare vt sit de occultis quæ in corde latent, quæ per se sunt occulta, non enim iudicium fori externi, ne ecclesiastici quidè, circa talia occupantur.

*In peccatorũ inuestigatiõne non opus est maxima ac summa diligentia.*

*Confessio venialis tenetur confitentis infirmitatem iuuare. Cap. omnis vtriusq; sexus de penit. et remiss.*

*Absoluitur etiam à nò cõfessis. Eodẽ. præcepto tenemur integrè confiteri, quæ tenentur cõfiteri.*

*Ioan. 26.*

*Non tenemur peccata venialia confiteri.*

Præceptū de omnibus peccatis loquitur tantū de mortalibus. Psal. 18.

Præceptū de confessione nō loquitur de omnibus simpliciter peccatis mortalibus.

Yoh. 20. Matth. 16.

Cap. 4.

Cap. 1.

Soli sacerdotes legitime consecrati sacramenta ministrant.

Super cap. 29. Olim soli sacerdotes inter lepram & nō lepram indicabant.

Cap. firmiter de summa trinit. & fid. ca. 160.

Cap. 13.

Cap. 1.

Quare etiam hæreticus non est ex communicatus per censuram ecclesiasticam, nisi foris signo aliquo suum errorem prodiderit. Quando igitur præceptum ecclesiæ, imò & euan- gelicum dicitur esse de omnibus peccatis confitendis, intelligitur mortalia peccata quæ memoriæ occurrunt, facta diligenti inquisitione. Unde propheta dicens, Delicta quis in telligit, in genere de delictis loquitur, non de mortalibus: nec significat impossibilitatem, sed difficultatem: nec magis aduersatur cōfessione quæ fit sacerdoti, quam quæ Deo fieri debet. Et si significaret impossibilitatem, (Nam posset fortassis fieri, vt quis post vitam perditam sine vilo Dei timore multis annis transactam, habere non possit omnium mortalium peccatorum memoriam) non tamen propterea impossibilis est ei hu- ius præcepti impletio, confessio scilicet quam Deus & ecclesia requirunt: quia non om- nium simpliciter, sed eorum tantum quæ memoriæ post discussionem occurrunt, con- fessionem præcipiunt. Nam præcepta non dantur nisi de actibus humanis, qui non sub- sunt facultati, & ideo confiteri peccatum, cuius memores esse non possumus, sub præ- ceptum cadere non potest.

Quod autem solus sacerdos secundum ecclesiæ ritum consecratus huius absolutionis est minister, eadem Saluatoris verba docent. Non enim omnibus fidelibus, sed solis dixit Apostolis, Accipite spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, &c. ac Petro soli, Quodcumque ligaueris super terram, &c. Et sicur tunc hi primum acceperunt hæc pote- statem, quam prius non habuerant, ita eam non accipiunt quibus hæc non dicitur. Nec vnquam habuit vsus ecclesiæ quod alius esset huius sacramenti minister, quam sacerdos legitime ordinatus: quemadmodum Timotheum & Titum ordinauit Paulus, atq; huic mandauit vt per singulas ciuitates constitueret presbyteros. Ordinatus autē & ipse fuit Act. 13. & cū Barnaba per singulas ecclesias presbyteros constituebat. Et in 1. epist. ad Ti- motheū. Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiā cum imposi- tione manuum presbyteri, ac cap. 5. Manus cito nemini imponis. atq; in 2. epist. Re- suscites gratiam Dei quæ est in te per impositionem manuum mearū. Acceperunt autem quibus impositæ sunt manus sicut gratiā ita & potestatem quam prius nō habebant, nec alij habet quibus impositæ nō sunt. Ex quibus patet non esse in ecclesia sacerdotes qui sa- cramēta ministrēt, nisi hos solos qui legitime ab episcopo sunt ordinati. Quod & patres concorditer semper intellexerunt. Nam B. Chryf. lib. 3. de dignitate sacer. Totū, inquit, iudiciū quod à patre accepit filius, in sacerdotes est transfusum. Et B. Amb. li. 1. de peni- tus ligandi atq; soluēdi solis sacerdotibus est permīssum. Idē li. 2. Quid refert, siue per sacra- mentū penitentię, siue baptismi peccata remittantur. Vtrumq; ius datū est sacerdotibus, ad quos ab Apostolis transmissum est. Et B. Hieronymus in comment. euangelij secundum Matth. Datæ sunt, inquit, clauēs ecclesiæ episcopis & sacerdotibus. Nam & veteris legis sacerdotes soli iudicabant inter leprā, & non leprā, & ad eos solos dominus leprosos mi- sit. Similiter loquitur Hylarius in canonibus circa cap. 16. Matth. & B. Grego. in homil. 26. in octauis paschæ, quæ loca superius sunt citata. & in Concilio generali sub Innocen- tio 3. celebrato definitur quod solis Apostolis & eorum successoribus datæ sunt clauēs re- gni cœlorum. In Concilio item Florentino, quod minister sacramenti penitentia est sa- cerdos, habens auctoritatem absoluendi, &c. Rursum in Concilio Constantiensi literis Martini quinti mandatur à suspectis fieri inquisitio, an credat, an quod Christianus soli sacerdoti cōfiteri teneatur, & non laico quantumcumq; bono & deuoto. Absurdissimum autem esset quod vnusquisq; Christianus praprosus & iudex esset: aliorū ac quemlibet ligare & soluere posset. Quapropter probari non potest priuilegium quo conceditur, quod quemlibet sacerdotem aliquis eligere possit, cui sua peccata confiteatur, vt dicit Henricus de Gandauo quodlib. 10. q. 4. eō quod euertat disciplinam ecclesiasticā si pos- sit quis eligere iudicem peccatorum quem velit. Præterea quod debeat esse sacerdos verē consecratus huius sacramenti minister, docet B. Aug. lib. 2. contra epistolam Parmenia- ni, Quod quidam eorum, scilicet Donatistarum, inquit, veritate cōtincti dicere cepe- runt, Baptismum quidē non amittit qui recedit ab ecclesia, ius tamē dādi amittit, multis modis apparet frustra & inaniter dici, Primum, quia nulla ostēditur causa cur ille qui ba- ptismum amittere non potest ius dandi possit amittere, Vtrumq; enim sacramentū est, & quadam consecratione vtrumque homini datur, illud cum baptizatur, istud cum or- dinatur. Ideoque à catholico vtrumque non licet iterari, ac deinde ostendit indelebilem characterem imprimi in vtroque. Idem libro primo de baptismo contra Dona- tistas, Sacramentum, inquit, baptismi est, quod habet qui baptizatur, & sacramentum dandi Baptismi est, quod habet qui ordinatur. Et ideo sicut redeuntes qui priusquam

recede-

recederent, baptizati sunt, non rebaptizantur: ita redeuntes, qui priusquam recederent ordinati sunt, non vtiq; rursus ordinantur: sed aut administrant quod administrabant, si hoc ecclesiæ vtilitas postulet: aut si non administrant, sacramentum ordinationis, suæ tamen gerunt. Et quamuis docent B. Hieronymo aduersus Luciferianos sic sacerdo- tium quoddam laici quod in baptisate conferretur: hoc tamen, vt dicit, est ad offerendū hostias spirituales, laudis & orationum, fructum laborum confitentium nomini Dei, & non ad dispensandum sacramenta. Hic autem ritus quo sacerdotes consecrari solebant, erat olim impositio manuum, vt patet ex scriptura locis supra citatis: nunc autem est tra- ditio calicis cum vino, & patinæ cum pane, dicente Episcopo, Accipite potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro vitis & mortuis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, secundum definitionem Concilij Florentini, nulla facta mentione potestatis re- mittendi aut retinendi peccata. Causa autem huius mutationis, sicut circa primum arti- culum diximus, est confusa & indistincta significatio impositionis manuum, quæ ad va- rios fines fieri solet. Quare nunc extra substantiam sacramenti: vel si de substantia, extra necessitatem sacramenti sunt reliquæ cæremoniæ: puta rasio capitis, vnctio manuum, earumq; impositio, & similes: vt dicit Gregorius 9. in cap. finali de sacramētis, non iter. Et quia Concilium nullam facit mentionem potestatis remittendi & retinendi peccata, aut alia sacramenta administrandi, docet potestatem reliqua sacramenta ministrandi in- niti potestati consecrandi ac offerendi verum Christi corpus & sanguinem, atque ex ea, quia est circa verum Christi corpus, proficisci omnem potestatem quæ est circa corpus Christi mysticum, hoc est ecclesiam vel Christi fideles, ministrandi scilicet reliqua sa- cramenta, aut potius eandem esse potestatem, quæ ad diuersas extenditur functiones & ministeria, vt docet beatus Thomas distinct. 18. 4. quæst. 1. art. 1. q. 2. In solutione 1. Ad duo, inquit, quorum vnum est causa alterius vna ordinatur potestas: sicut in igne ad ca- lesfaciendum & dissoluendum. Et quia omnis gratia & remissio in corpore mystico ex capite suo ei provenit, ideo eadem potestas per essentiam videtur esse, quæ sacerdos con- ficere potest & qua potest ligare & soluere, si iurisdicctio ad sit. Nec differat nisi ratione, secundum quod ad diuersos effectus comparatur: sicut etiam ignis secundum aliam ra- tionem dicitur calefactiuus & liquefactiuus: Cumque nihil aliud sit character sacerdo- talis, quam potestas exercendi illud ad quod principaliter sacerdotium ordinatur, oportet quod sit idem quod potestas spiritualis. Character itaq; potestas consiēdiū sacram- eucharistiam, & potestas clauium, addere licet & potestatem ministrandi extremam vn- ctionem, vnum atque idem sunt per essentiam, sed sola differant ratione. Quæ late ex- plicat & defendit Ioannes Capreolus distinct. 19. & 24. 4. Ex quibus patere potest, quod potestas remittendi peccata & dispensandi extremam vnctionem esse non possunt sine potestate consecrandi: nec ista, saltem in radice, sine illis. Sed horum tractationem atq; discussionem exactiorem non requirit articulus. Patet etiam, quod potestas ordinan- di in ecclesia Christi sacerdotes, non est naturalis nec ciuilis, sicut est apud ethnicos; sed diuinitus cōcessa: sicut potestas consecrandi & remittendi peccata, reliquaq; sacramenta dispensandi. Quare nec potestas ordinandi, nec potestas consecrandi, aut alia sacra- menta ministrandi, quæ à priore descendit esse potest, nisi in his, qui diuinitus eas acceperunt. Ex quo statim sequitur, quod conferri non potest per magistratum, nec per eum, qui ab eo ordinatur superintendens aut ecclesiastes; nec ab aliis superintendentibus vicinis si- militer electis. Hi enim omnes non ab episcopo consecrati, sed à ciuili & seculari pote- state instituti, habere non possunt, nisi potestatem ciuilem & secularem. Ideo dicit bea- tus Hieronymus in dicto dialogo aduersus Luciferianos de Hilario, quod cum ab eccle- sia recesserit diaconus, solusq; vt putat turbā sit mundi, neque Eucharistiam conficere potest, episcopos & presbyteros non habens, neque baptismā sine Eucharistia tradere: & cum iam homo mortuus sit, cum homine pariter interit & secta: quia post se nullum clericum potuit diaconus ordinare: ecclesia autem non est, quæ non habet sacerdotem. Et B. Cyprianus in tractatu de vnitate catholice ecclesiæ. Hi sunt, inquit, qui se vtro a- pud temerarios conuenas sine diuina dispositione præficiunt: qui se præpositos sine vlla ordinationis lege constituunt: qui nemine episcopatum dante, episcopi sibi nomen assu- munt: quos designat in psalm. Spiritus factus, sedentes in pestilentie cathedra, pestes & lues fidei, serpentes ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices, venena latalia lin- guis pestiferis euomentes: quorum sermo vt cancer serpit, quorum tactus peccatoribus & cordibus singulorum mortale virus infundit. Contra eiusmodi clamat Dominus, & ab his reuocat errantem plebem suam dicens, Nolite audire sermones pseudopropheta-

Baptismus et ordo non iterantur.

Hebræ. 13.

Ritus quo nunc consecrantur sacerdotes.

Ex potest. etc. consecrati cor- pus Christi proficisci ut omnes alie in ecclesia potestates.

Potestas re- mittendi pec- cata aut ex- tremam vnctio- nem dispen- sandi non po- test esse sine potestate con- secrandi.

Diaconus eu- charistia con- ficere non potest.

Psal. 11.

Hiere. 23.

Dei non ha-  
biti patre qui  
ecclesiam no  
habuit matrē.

Gene. 47.

Ioan. 15.

Populo inui-  
to non conue-  
nit aliq̄ pa-  
storem præsi-  
dere.

Lib. 5. cap. 13.

Quod omnes  
baptizati ex  
equo sint sa-  
cerdotes rerū  
naturæ repu-  
gnat.

Matth. 19.  
Obiectio  
Martini Lu-  
theri solutio.

rum, quoniam visiones cordis eorū frustrantur eos : loquuntur, sed non ab ore Domini. Dicunt eis qui abijciunt verbum Dei, Pax erit vobis & omnibus ambulatibus in vo-  
luntatibus suis. Non loquutus sum ad eos, & ipsi prophetauerunt. Fallos, si non com-  
petat hæc sententia in superintendentes, & episcopos qui ad magistratu vel populo sine  
legitima autoritate ecclesie diuinitus accepta ministrant, & prædicant apud populos  
lutherana peste corruptos. Nam supra locutus fuerat Cyprianus de ipsidem, quod se ab  
ecclesia separant, & ideo eos non posse habere Deum patrem qui ecclesiam non habent  
matrem: ac propterea qui ad populum vel magistratu, nostrum referunt sacerdotium  
& sacerdotum institutionem, Christianum sacerdotium abrogant, & in Christi ecclesi-  
am ethnicum ac gentile introducunt: quale erat sacerdotium Pharaonis, de quibus in  
Gene. 47. & eorum quos instituit Hieroboam. De quo dicitur 3. Regum 12. quod fecit sa-  
cerdotes de extremis populi qui non erant de filiis Leui, quos tamen solos elegerat Do-  
minus in ministerium tabernaculi & altaris. Quum ergo adhuc in vmbra fuerint sa-  
cerdotes à laicis discriminati, non possunt iidem esse in ipsa re ac veritate, quando iam  
multo verius est sacerdotium, ideoque multo magis à laicis discretum: Imo vt patet ex  
facto b. Pauli apostoli ac scripturis, Christi sacerdotium ne à plebis quidem penderet as-  
sensu, sed diuinitus confertur per eos quos Christus ecclesia sua præficit, ac potestatem  
dedit ordinandi, & ita consecrando alii potestatem largiendi. Non vos me elegistis, ait  
Christus, sed ego elegi vos & posui vos, Et Christus est, qui quosdam dedit in ecclesia  
Apostolos, alios pastores & doctores, vt dicitur ad Ephes. 5. Cuius exemplo B. Paulus or-  
dinauit Titum & Timotheum, ac per ecclesias singulas presbyteros, nullo ecclesiarum  
expectato assensu. Confitemur tamen quod non conueniat dare populo, non sine iusta  
ratione dissentienti, pastorem qui dupliet, & olim populi consensum requiri solere no-  
uimus: quemadmodum dicunt patrum sententiæ, quos citat Gratianus distinct. 63. in-  
ter quos citat Leonem Papam in epistola ad Athanasium episcopum Theſſalonicensem,  
quæ est 54. vbi ait, Si forte, quod nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus, vota  
eligentium in duas se diuiserint partes, is metropolitani iudicio præferatur, qui ma-  
ioribus iuuatur studiis & meritis: ita tamen vt nullus detur intuitus & non petentibus,  
ne plebs inuita episcopum non optatum contemnat aut odiat. De quo etiam beatus Cy-  
pria. 3. epist. lib. 1. Et late in sua hierarchia Alberus Pighius. Imò & tota electio Romani  
pontificis eiusq; constitutio & sedis Apostolicæ ordinatio, aliquando fuit apud Impera-  
torem Romanum, vt eadem distinct. dicitur ex historia ecclesiast. in cap. Adrianus 2. Et  
hoc fieri potuit propterea quod episcopus sine consecratione fiat Romanus pontifex ac  
Christi vicarius, accedente potestate generali administrandi & gubernandi ecclesiam ex  
Christi collatione, ad legitimam populi vel Imperatoris electionem. Quod autem fieri  
non possit vt quiq; baptizati ex æquo sint sacerdotes, etiam si ipso officio nemini fungi  
liceret, nisi, vt dicunt, per consensum communitatis, ostendit Ioannes Rossensis epis-  
copus circa art. 13. citatis ad hoc multorum patrum sententiis, vt Gregorij Nazianzeni, Cy-  
priani & Tertulliani: docens hoc esse contra rerum naturam & cuiuslibet politia ordi-  
nem: sicut in corpore naturali fieri non potest, vt membrum idem potestatem habeat a-  
lia regendi, & similiter necessitatem obediendi. Inter hos autem citat antiquissimum il-  
lum Tertullianum de præscrip. hæreticorum, describentem hæreticorum ordinationes,  
quales nunc videmus apud aduersarios nostros, Ordinationes, inquit, eorum temerariæ,  
leues, inconstantes: nunc neophytos collocant, nunc seculo obstructos, nunc apostatas  
nostros, vt gloria eos obligent, quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur,  
quam in castris rebellium, vbi ipsum esse illi promereri est. Itaque alius hodie episcopus,  
cras alius: hodie diaconus, qui cras lector, hodie presbyter, cras laicus. Nam & apud eos  
laicos sacerdotalia munera iniunguntur. Nec istud mirandum est, quando non consecra-  
tione, sed sola electione ac commissione, sicut apud Ethnicos, ita & apud eos sacerdotes  
sive ecclesiastes, sacramentorumq; ministri constituuntur. Nam characterem siue pote-  
statem indelebilem non agnoscunt. Quanquam autem frequenter scribat B. August. cla-  
ues Ecclesie datas esse à Christo, intelligit tamen ad vtilitatem totius corporis Ecclesie  
datas esse, sed in Petro: sicut homini visus datur ad totius hominis vtilitatem, sed dun-  
taxat in capite. Nec apparentiam vllam habet ratiocinatio Martini in assertione 13. arti-  
culi, qua probat omnes Christianos ex æquo esse sacerdotes, qui à peccatis absolueri pos-  
sunt, etiam si pueri sint siue mulieres. Qui baptizatus est, inquit, spiritum Christi habet:  
vbi autem spiritus Christi, ibi omnis potestas & libertas: & vbi cunq; fuerint duo vel  
tres congregati in nomine meo, vel conſenserint, in medio sum eorum: ergo efficax erit abſo-

absolutio. Ad quam respondetur ex Aposto. quod diuisiones sunt gratiarum. Vnus enim  
habet spiritum prophetiæ, alter linguarum: nec omnes Apostoli, nec pastores omnes vel  
doctores. Gratiæ suas spiritus diuidit prout vult, nec omnes confert singulis: sicut idem  
spiritus rationalis est in toto homine & in quolibet membro, qui tamen in vno opera-  
tur visum, in alio auditum, in alio autem olfactum, arque ita contemperat Deus cor-  
pus, vt dicere non possit vnum membrum alteri, Opera tua non indigeo. Et Dominus  
pollicetur se fore in medio eorum, qui in suo nomine fuerint cōgregati, ita quod eorum  
petitioni annuet, non autem quodlibet officium Ecclesie per eos dispenset. Nec tamen  
omnes in nomine eius conueniunt, qui se in eius nomine conuenire dicunt aut putant:  
vt de hæreticorum conuenticulis, quibus Christus interesse non potest, docet B. Cypria-  
nus tractatu superius citato.

Aduersarij à toto articulo dissentiunt, nullam enim in se examinando diligentiam re-  
quirunt, quam Lutherus etiam improbat. Et quia ipsi in vniuersum docent non esse  
necessariam enumerationem omnium peccatorum, sed sufficere quod illa confiteantur,  
in quibus consilio vel consolatione egent, vel sufficere quod in genere confiteatur se pec-  
catores, & contra Deum peccasse: quemadmodum in Antididagmate docet Martinus  
Bucerus, & in locis Theologicis Philippus, superuacanea esset diligentia examinatis ad re-  
nocandum omnia peccata in memoriam. Nullum etiam agnoscunt sacerdotium, præter  
laicum quod in baptismo confertur. De quo supra ex B. Hieronymo aduersus Lucife-  
rianos: contemnunt autem illud quod confertur secundum caeremonias & ritus, quos  
describit Concilium Florentinum, Audiamus primum quid habeat confessio Augusta-  
na omnium proteſtationum nomine Maiestati Cæsareæ exhibita.

De confessione, inquit, peccatorum docent nostri, quod absolutio priuata in ecclesijs retinenda sit, quam  
quam non sit necessaria delictorum enumeratio. Est enim impossibilis enumeratio omnium delictorum, iux-  
ta illud, delicta quis intelligit.

Breuius iam est hic confessio, sed pestilens & plena erroribus. Nā absolutionem istam  
priuatam quam in ecclesijs retinendam dicit, & superius explicauit Annunciationem eu-  
angelij, qua scilicet vnicuique priuatim annunciat, quod peccata ei sint remissa, osten-  
dimus superius esse temerariam & mendacem, eò quod homo in ea pronunciat de oculis  
terris cordis alterius, de quibus soli Deo constare potest, & plerumque ne ipsi quidem ho-  
mini in cuius corde latent: cum prauum & inscrutabile sit cor hominis. Improbatur  
hæc absolutio priuata secundum hunc sensum etiam ab hæreticis, puta Martino Bucero  
in comment. 3. cap. Euangelij secundum Marth. & Ioanne Caluino, ac imprimis ab eccle-  
sia catholica. Nec sequaces habet hæc confessio nisi scholam Saxonicam, quæ in errores  
Martini Lutheri quasi iurauit: qui author est primus huius priuatæ absolutionis. Ideo  
hæc absolutio priuata in ecclesijs retinenda non est, sed tanquam pestilens, per quam sim-  
plicium corda miserè seducuntur per dulces benedictiones, eliminanda, & funditus exci-  
rirpanda. Contra verò tanquam necessaria ad salutem retinenda & restituenda est deli-  
ctorum enumeratio, non scrupulosa, de qua Philippus, sed eorum quæ memoria, vt dixi-  
mus, occurrunt iuxta Cōciliorum & patrum ex Christi verbis definitionem. Et quod  
infirma sit probatio ex verbo Prophetæ, Delicta quis intelligit, paulò supra diximus. Sed  
est impossibile esse omnium peccatorum enumeratio, non tamè omnium mortalium,  
quæ memoriæ occurrunt post diligens examē. Debitor enim est totum soluere nequeat  
debitum, quantum potest tamen soluere obligatur. Philippus verò in Apologia & in lo-  
cis theologicis pronuciare & explicare aude quod dissimulat Confessio. Ait enim cir-  
ca articulum 11. de poenitentia.

Fingunt hanc enumerationem esse iuris diuini, & cum ipsam enumerationem exigant prætextu iuris  
diuini, interim de absolutione quæ verè est iuris diuini frigide loquuntur. Fingunt ipsum sacramentum  
ex opere operato conferre gratiam.

Nihil hic fingimus, sed ex verbis Saluatoris, & patrum ecclesiasticorum ac Concilio-  
rum definitionibus clarissimè ostendimus esse iuris diuini: tum quod sit materia sacra-  
menti poenitentia: tum quod causa cognitio, in qua sacerdotem pronuciare oportet,  
sine ea haberi nō possit. Atque ex Christi promissione peccata eis remitti, quibus ipsi re-  
miserint, & gratiam conferri, clarissimis verbis testatur & promittit Dominus Saluator.  
Remitti autem peccata gratiamq; conferri ex Christi promissione, est hæc fides ex opere  
operato: quemadmodum declarauimus circa articulum primum. Sacerdotes autem ve-  
rè & propriè remittere peccata circa articulum 3. ostendimus: & docet reuerendissimus  
Episcopus Rossensis circa articulum 13. Absolutionem nihilominus quæ est forma sacra-  
menti

1. Cor. 12.

Es hæreticorū  
conuenticulis  
nō conueniunt  
in nomine do-  
mini.

Confessio Au-  
gustana.

Responſio.

Hiere. 17.  
Bucerus &  
Caluino pug-  
nant cum  
Apologia.

Nō est impos-  
sibile confes-  
sio omnium pec-  
catorum mor-  
taliū.

Philippi ob-  
iectio.

Responſio.

Ioan. 10.

Saxonica ab solutio præscriptio, mē dæ, impia ac scripturæ ad ueritaria.

Philippus.

Responsio.

Agiur hic de priuata confessione.

Hic mentio sit publicæ confessionis.

Luce 18. Ioannis 11.

Matth. 18.

menti pœnitentiæ magnificè prædicamus, & diuina virtute esse efficacem, ac remittere peccata docemus, sicut baptismum. Saxonica verò absolutionem, quam post ma gistrū sium Lutherum Confessio & Apologia prædicant esse iuris diuini, nos tanquam præsumptuosam, mendacem, ac impiam, superius damnauimus, vt pote scripturis sacris aduersantem. Quod idem etiam faciunt Martinus Bucerus & Ioannes Caluinus. Explicat autem se Philippus in locis theologicis, apertè asserens quòd nec paucorum quidem delictorum enumeratio necessaria est in confessione tanquam ex iure diuino. Necesse tamen esse in petitione absolutionis, cum recitatio singulorum omittitur, significari in genere quòd fateamur nos reos esse, & subijciamus nos Deo, verè dolètes quòd eum offenderimus. Videns autem se premi concordia scriptorum ecclesiasticorum sententia, interpretatur eos agere de pœnitentia publica, quæ grauitèr sceleratis imponi solet, non de secreta confessione. Ait enim :

Apud scriptores ecclesiasticos sit mentio confessionis, sed hi non loquuntur de hac enumeratione occultorum delictorum, sed de ritu publicæ pœnitentiæ. Quia enim lapsi aut famosi non recipiebantur sine cœnis satisfactionibus, ideo confessionem faciebant apud presbyteros, vt pro modo delictorum præscriberentur eis satisfactiones. Hæc tota res nihil simile habuit huic enumerationi, de qua nos disputamus. Confessio illa fiebat, non quòd sine ea non posset fieri remissio peccatorum coram Deo : sed quia non poterant satisfactiones præscribi, nisi prius cognito genere delicti. Nam alia delicta habebant alios canones. Nolebant enim sancti patres recipere grauitèr lapsos aut famosos, nisi prius cognita & spectata pœnitentia eorum, quantum fieri poterat.

Publicam pœnitentiam in ecclesia antiquitus fuisse agnoscimus, sed non illam solam, verum & priuatam : sicut & secretam confessionem. Nam patres quos citauimus, manifestè loquuntur de secreta confessione, etiam eorum qui solo cordis cogitatu peccauerant : sicut patet ex epistola Dionysii ad Demophylum monachū, & Origine circa psal.

37. vbi distinguit inter peccatorem publicum siue famosum & occultum. Hi, inquit, qui peccauerunt, si quidem occultum intra se retinent peccatū, intrinsecus vrgentur & prope modum suffocantur, donec se ipsos acculent, ipsum euomant & confiteantur. Et ita timè de publica confessione subiungit, Si intellexerit, inquit, & præuiderit medicus talem esse languorem tuum, qui in conuentu totius ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & cæteri edificari poterūt, & tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione & fati perito medici illius consilio procurandum est. Similiter loquitur hom. 8. in Leuiticū. Liber etiam de vera & falsa pœnit. Si peccatum inquit occultum est, sufficit referre in notitiam sacerdotis : quemadmodum in resuscitatione filia principis pauci interfuerunt.

Quos autem extra inuenit, animaduertendum est quomodo suscitauit. Flebat turba post filium viduæ. Flebant Maria & Martha supplicantes pro fratre. In quo docemur publicè peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere meritum. Ac paucis interpositis. Qui multos offendit peccando, placare multos oportet satisfaciendo : vt ecclesia prius offensa per culpam, in conuersione flectatur per misericordiam, orans pro ipso quem defunctum dolebat. Plerumque tamen loquuntur scriptores veteres, quos multos supra adduximus, de confessione priuata etiam peccati occulti : sicut citauimus Cyprianum de his qui corde tantum peccauerant, qui hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitebantur : ac B. Hieronymum in comment. in Ecclesiasten. Ex historia quoque tripartita, quòd erat antiquissima consuetudo, vt confessio peccatorum in loco publico fieret, sacerdoti tamen secretum seruanti : & D. Paulinum de B. Ambro. quod causas criminum quas confitebantur, Domino soli apud quem intercedebat, loquebatur : & Leonem papam epistola 57. quòd sufficit pœnitenti confessio, que primum Deo offertur, deinde sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium peccator accedit. Hæc cum Philippus non ignoret, non potest ea bona fide dissimulare, & scribere, quasi secreta confessio & pœnitentia patribus fuisset ignota, qui omnes suam sententiam fundauerunt in verbis Domini Ioan. 20. & Matth. 16. & 18. Certè intolerabilis & execrabilis est Philippi arrogantia, quòd in re tanti ponderis & momenti, à qua fidelium salus, & peccatorum pender remissio, contra vocem & sententiam ecclesiæ (de qua Saluator ait, Si ecclesiam non auiderit, sit tibi quasi ethnicus & publicanus) toti mundo suam temeritatem atque insipientiam proderè non vereatur, & asserere quòd enumeratio delictorum, quæ fit sacerdoti non est necessaria, ne pauertum quidem : quia nec præcipitur à Christo, nec est possibilis. Contemnit enim quòd præcipitur ab ecclesia, quæ eam nunquam præcipere tentasset, nisi vidisset & credidisset esse de ea præceptum sponsi sui Christi. Quòd si tu Philippe non vides, sunt alij te oculatiores, oculos habentes spiritu Christi illuminatos, qui præceptum

ceptum hoc viderunt, per quos ecclesia spiritu sancto dirigente ac illustrante, hoc etiam definit esse dogma catholicum. Tibi satis est quando absolurio petenda est, quòd ad eam ministros, & offendamus nos agnoscere iram Dei aduersus nostra peccata, & ab eis petere vt vocem euangelij nobis impartiant. Non sufficebat hoc Ioanni Baptista etiam ante huius sacramenti institutionem, qui baptizabat confitentes peccata sua. Similiter in Act. legitur, quòd multi credentiū veniebant confitentes & annunciantes actus suos. Quæ longe alia sunt, quam agnoscere iram Dei aduersus nostra peccata, nosq; esse peccatores. Supra quoque docuimus patres concorditer aliam tradidisse confessionem. Sed audiamus quid pro hac generali & confusa confessione in Catechismo adducas in probationem. Luce 17. describitur, ais, quid testari debeamus, cum inquit Saluator, Si conuersus fueris ad te dicens, pœnitent me, dimitte illi : cum hic Saluator loquatur de peccato in nos : cui tamen licet pœnitenti non dimittimus, nisi in specie agnoscat, in quibus offendit ac læsit. Dicimus autem longe aliam esse confessionem, nempe iudicialem quæ fit sacerdoti, ab ea quæ fit fratri in quem peccauimus. Et si possibilis nō est delictorum enumeratio, quare non suades eam fieri quam facillè peragere possumus? Oeconomus enim qui non integram dati & accepti rationem Domino facere potest, obligatur tamen eam facere quam potest. Quomodo insuper dicere audes, & quasi oraculum pronunciare, Absolutio est executio alieni beneficij, non est iudicium, contra verba Saluatoris, & consentientem scriptorum ecclesiasticorum interpretationem atque Conciliorum definitiones. Vere hic locum habet querimonia quam Dominus facit Hiere. 5. Stupor & mirabilia facta sunt in terra. Propheta prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in notissimis eius? Et Esaiæ 30. Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces: filij nolentes audire legem Dei : qui dicunt videntibus, Nolite videre : & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: Loquimini nobis placentia : videte nobis errores: auferite à me viam: declinate à me semitam : cesset à facie nostra sanctus Israel. Et, Popule meus qui te beatū dicunt, ipsi te decipiunt, & viam grassuum tuorum dissipant.

Ioannes Caluinus syncerè, quod & veterum libri palam conuincunt, confitetur veritissimum esse vsum confessionis secretæ, qualis nunc est in ecclesia, sed dicit liberum tū illi, non præceptum. Confitetur etiam & probat necessarium esse & semper fuisse, quòd omnia peccata nostra Deo confiteamur, totum cor coram eo effundendo : auricularem autem confessionem apud sacerdotem vt pestilentem & ecclesiæ noxiam damnat. Ipsius verba recitabimus, vt inquiramus quantum ponderis eius rationes, & an iustam contineant causam tam seueri iudicij, quo totius ecclesiæ damnat sententiam. Ait enim :

Miror qua fronte auisint contendere confessionem, de qua loquuntur, esse iuris diuini: cuius equidem veritissimum esse vsum fatemur, sed quem facile euincere possumus olim fuisse liberum. Certè de ea nullam statam fuisse legem aut constitutionem ante Innocentij tertij tempora, eorum quoque annales narrant, & luculenta testimonia extant, tum in historijs, tum apud antiquos alios scriptores, quæ docent hanc fuisse politicam disciplinam ab episcopis institutam, non legem à Christo aut Apostolis positam.

Confessionem esse iuris diuini, sicut & sacramentum pœnitentiæ multis modis supra ostendimus, cuius & magnum est testimonium quod vetustissimus, vt etiam ipse Caluinus fatetur, sit eius vsum, ab Apostolorum etiam temporibus. Fuisse autem vsum confessionis olim liberum nunquam euincere poterit : ostendimus enim superius quòd eadem est necessitas baptismi & sacramenti pœnitentiæ, & quòd quæ baptismatis eadem est reconciliationis causa, Nam B. Leo in epistola 69. Multiplex, inquit, misericordia Dei, ita lapsibus subuenit humanis, vt non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ repararetur æternæ, vt qui regenerationis dona violassent proprio se iudicio condemnantes ad remissionem criminum peruenirent, sic bonitatis diuinæ prædijs ordinatis, vt indulgentia Dei sine supplicatione sacerdotum nequeat obtineri. De quo plurimas sanctorum superius sententiās citauimus, cum sententia Petri præcedere debeat sententiam cæli. Nec solum diuinum fuit præceptum ante Innocentij tertij tempora, verum etiam stata constitutio, cuius meminit Platina in vita Zepherini pontificis, ad quem se refert Caluinus. Ait enim de Zepherino, quòd instituit vt omnes Christiani annos pubertatis attingentes, singulis annis solenni die Paschæ publicè communicarent. Quod quidem institutum dicit Innocentium tertium, deinceps non ad eam unionem tantum, sed etiam ad peccatorum confessionem traduxisse. Nunquam enim ad sacram eommunionem accedere licuit, nisi facta prius sacerdotum ministerio reconciliatione.

Aff. 19.

Objectionis solutio.

Confitens debet prestare in iudicijs ad peccatis quod potest.

Esaiæ 3.

Pontif. 85. Platina auctor est in vita Zepherini.

Caluini objectionis.

Responsio.

Augustin. de adul. coniug. lib. 1. ca. vlti.

Innocentius 3. institutum de eommunionem traduxit etiam ad confessionem.

Lib. 6. ca. 25

Innocentius 3. or Zepherinus idem m. d. auerunt.

Homil. de penitentia.

Pastores subditos suos negligentes penales constitutiones ad penitentiam compellere possunt De consecratione dist. 2. nap. Et si non frequentius.

Concilium Lateranense statuit semel saltem in anno constituendum esse.

Nauclerus in chronici descriptis concilium Lateranense.

Matth. 18.

ciliatione. Et ideo in precepto communionis veteres canones complectebantur etiam confessionem. Et ediuersimodum in concessione penitentiae conceditur sacra Eucharistia, ut dicit canon Innocentij tertij in cap. Quod in re. de poen. & remis. Vt enim testatur Eusebius Caesariensis, Eusebius papa non permisit Philippum Imperatorem communicare mysteriis, nisi prius confiteretur. Et in epistola 69. Leo papa ad Theodorum episcopum Foroiuliensem, Mediator inquit Dei & hominum homo Christus Iesus hanc praepositis ecclesiae tradidit potestatem, ut & confitentibus actionem penitentiae darent, & salubri satisfactioe purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Et Richardus de S. Victore lib. de potestate ligandi, dicit iudicium sibi manducare & bibere, quia ante sacerdotis absolutionem ad communionem corporis & sanguinis accedit. Et ideo Innocentius tertius nihil noui mandauit, sed hoc ipsum expresse de confessione, quod Zepherinus implicite in precepto communicandi mandauerat. Eutichianus etiam & Fabianus pontifices insinuauit suis temporibus fuisse constitutionem de confitendo. Eutichianus enim synodo Nicena antiquior excommunicandos censet, qui timore penitentiae longae non veniunt ad confessionem. Ait enim, ut citat Gratianus 22. q. 1. cap. Praedicandum, Si quis perpetrato perituro aut quolibet criminali peccato timens penitentiam longam, ad confessionem venire noluerit, ab ecclesia repellendus est, siue a communionem & consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat neque bibat, neque in domo sua eum recipiat. Et Fabianus martyr Cornelij praedecessor in epistola 2. ad episcopos Orientis, Illi inquit qui peccata perpetrarunt, de quibus Apostolus ait, Quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur, valde cauendi sunt, & ad emendationem, si voluntarie venire noluerint, sunt compellendi. B. Augustinus quoque ostendit quod lapsi in aliquod crimen excommunicantur, aut ad penitentiam agendam rediguntur, Si enim negligens salutem corporis cogendus est ut medicum adeat, & morbum aperiat, sumatque medicinam: quanto magis animarum pastores poenali constitutione eos quorum curam susceperunt, de ipsidem rationem apud tribunal Christi redditori, compellere possunt & debent, ut medico constituto ad sanandas animas, sua aperiant vulnera, & sese sanari permittant? Porro quando Zepherinus papa legem constituit, ut omnes fideles in Paschate communicarent, & Fabianus vt saltem ter in anno: eadem imo maiori ratione expresse statuere poterant, ut eodem tempore omnium peccatorum fieret confessio, siue qua indigni qui lapsus est sacramentum suscipit eucharistiam: cum sacramentum penitentiae sit ad salutem necessarium, constitutio autem Innocentij, quod semel in anno fiat confessio, determinatio solum est diuini precepti, ne a fidelibus negligatur. Nec poterat esse confessio ista libera, quando politica fuit disciplina, ab episcopis (ut dicit Caluinus) de confitendo instituta. Et reuera statam fuisse legem ac constitutionem ante tempora B. Cypriani & Nouati de confitendo, & arctiorem quam statuta est in Concilio Lateranensi, in cap. Omnis vtriusque sexus, statim ostendemus, quando & Nectarij historiam & facta tractabimus. Nam nulla hic poena transgressori imponitur nec in Paschate, sed semel duntaxat in anno omnia peccata confiteri mandatur, Et quia statum rerum humanarum exigente nouas necesse est fieri leges, sicut & veteres abrogari, nihil mirandum quod frigescente fidelium charitate, Concilium Lateranense nouum constituerit canonem, de confitendo semel saltem in anno omnia peccata mortalia, que tanquam salutarem tota recepit ecclesia, Occidentalis pariter & Orientalis ac Septentrionalis. Celeberrimum siquidem ac frequentissimum fuisse istud concilium omnes concorditer tradunt historici. Interfuerunt enim duo Patriarchae ex Oriente, Constantinopolitanus & Hierosolymitanus, & duo alij per suos apocrypharios. Adfuerunt quoque primates & archiepiscopi septuaginta: episcopi quadringenti duodecim: plurimi alij abbates & praelati: oratores praeterea quos ambasiatores vocant Imperatorum Romani & Constantinopolitani. Denique interfuerunt praelati, in sessionibus maioribus plures quam mille dicitur, & in plenaria sessione ex praelatis, magistris, doctoribus, clero ac oratoribus ultra quatuor millia. Atque adeo catholica & plena fuit haec synodus, ut forte ante illam nulla adeo plena reperitur. Nam ex toto orbe Orientis, Occidente, & Septentrione, interfuerunt Graeci, Latini, & Barbari: qui omnes concorditer receperunt constitutionem de semel in anno confitendo, atque in Paschate saltem communicando. Nec a fidelibus villo modo dubitari potest, quin a spiritu Christi profectum sit quod in tanta fidelium congregatione est sanctum, dicere Domino, Si duo ex vobis consenserint super terra de omni re quacumque; poterint, fiet illis a patre meo qui in caelis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quanto magis tot millibus congregatis ex orbe terrarum in nomi-

in nomine Iesu Deus eos audivit, & Christus fuit in medio eorum? Qui huic Concilio aduersatur hostis est ecclesiae, eamque audire recusat, & iuxta Saluatoris sententiam habendus est tanquam Ethnicus & publicanus. Ad hoc enim Christus dedit pastores, in ecclesia, ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.

Vnum duntaxat è multis proferam quod non obscurum eius rei documentum erit. Refert Zozomenus fuisse hanc episcoporum constitutionem diligenter obseruatam in ecclesiis occidentalibus, praesertim vero Romae (quo significat non fuisse vniuersale omnium ecclesiarum institutum) vnum etiam è presbyteris peculiariter destinatum fuisse dicit qui huic muneri praesesset, (quo abunde constat quod isti de clauibus vniuerso sacerdotali ordini promiscue datis mentiantur: siquidem non omnium sacerdotum communis erat functio, sed singulares vnus partes, qui ad id electus ab episcopo fuerat.) Subiecit deinde eam quoque morem Constantinopoli fuisse, donec matrona quaedam confitentem simulans, ea specie, consuetudinem quam habebat cum diacono, praetexuisse deprehensa est. Ob id facinus Nectarius vir sanctitatis & eruditione clarus, illius ecclesiae episcopus, confitendi ritum abrogauit. Hic hic aures alij nisi arrigant, si lex Dei erat auricularis confessio, qui ausus esset Nectarius eam refingere ac conuelleret? Nectarius sancti Dei hominem omnibus veterum suffragijs probatum, haereseos ac scismaticos accusabunt? Sed eodem calculo condemnabunt ecclesiam Constantinopolitanam in qua confitendi morem non ad tempus modo dissimulatum fuisse, sed ad suam usque memoriam absoluisse affirmat Zozomenus. Imò non Constantinopolitanam, sed orientales omnes ecclesias defectionis reas agent, quae inuolabile si verum dicunt legem, & Christianis omnibus mandatum neglexerunt.

De Zozomeni historia scribit beatus Gregorius ad Elogium & Anastasium episcopos, epistola 195. li. 6. epistolatum, quod sedes Apostolica eam, quoniam multa mentitur, suscipere recusat. Quapropter magni momenti esse non possunt, quae ex ea hic allegantur. Suscipiatur tamen in narratione de hoc facto Nectarij & sublatione presbyteri penitentialis, modo tamen illustretur & suppleatur per ea quae de eodem Nectario scribit Socrates. Ex eo enim adiuncto certius cognoscemus quid ille sustulerit quam ex historia tripartita, quae fragmenta solum habet Zozomeni & Socratis, quam tamen solum nec bona fide citat Caluinus, & sua interpretatione corrumpit: quamuis nec ex ea concludi possit confessionem non esse iuris diuini. Refert quidem Zozomenus, & ex eo historia tripartita, episcoporum constitutione vnum è presbyteris peculiariter destinatum fuisse, ad quem accedentes hi qui deliquerant delicta propria faterentur: presbyterum, in qua, bonae conuersionis seruaueruntque secretum ac sapientem, qui secundum vniuersumque culpam indicabat & multam, & hoc usque ad sua tempora diligenter in occidentalibus obseruatum fuisse ecclesijs, & maxime apud Romam. Ac Constantinopoli fuisse seruatum, donec facinus a diacono admissum est in matronam quandam: Ob quod Nectarius illius ecclesiae episcopus penitentialem presbyterum, hoc est penitentibus praefectum amouit, Sic habet Zozomenus, & historia tripartita. Ioannes vero Caluinus huiusmodi presbyteri secundum constitutionem episcoporum ordinati remotionem inteligit & interpretatur abrogatione ritus: ac moris confitendi & auricularis confessionis. Si lex, inquit, Dei erat auricularis confessio, qui auderet Nectarius eam refingere ac conuelleret, vir sanctitate & eruditione clarus? Certè si consultuisset historia Socratis li. 5. ca. 19. & contulisset cum Zozomeno, intellexisset vtiq; diuersa atque alia esse abrogare presbyterum penitentialem & confessionem auricularem. Ait enim Socrates. Visum est eodem tempore Theodosij, scilicet senioris & Sircij papae, quo Nectarius erat episcopus Constantinopolitanus, presbyteros qui penitentibus in ecclesijs deputati fuerant, tollere, idque ob huiusmodi causam. Ex quo tempore Notatiani ab ecclesia separati fuerunt ac recesserunt, eo quod cum illis qui in persecutione Decij prolapsi fuerant, communicare nollent: episcopi addiderunt ecclesiarum canonem, vtiq; veteri & in omnibus ecclesijs iam obrinenti, presbyterum certum quandam penitentibus constitutum, ut qui post baptismum lapsi essent peccatum suum coram illo confiterentur. Canon hic etiamnum in alijs haerensibus durat. Soli Homouasiani & illis in fide consentientes Notatiani presbyterum penitentiae reiecerunt. Nouatiani quidem ne in initio quidem hanc adiectionem receperunt: qui vero ecclesijs iam praesunt, quod diu seruauerunt, sub Nectario episcopo mutarunt, occasione sceleris in nobilem matronam a diacono perpetrati. Non igitur confessionem, cuius antiquissimus est in ecclesia usus, abrogauit Nectarius, nec abrogare potuit: sed additionem solum, quam propter Notarum eiusque haerem episcopi adiecerant priori & antiquo ecclesiarum canonem, siue regulam de confitendis peccatis sacerdoti. Habebat autem haec adiectio, quod vnus certus quidam presbyter

Ephes. 4.

Caluinus. Tripart. hist. li. 9. ca. 35.

Responsio.

Sedes Apostolica non suscipit historiam Zozomeni qua veram. Lib. 5. cap. 19.

Caluinus male remotionem presbyteri penitentialis interpretatur auricularis confessionis abrogationem.

Nectarius non sustulit confessionem, sed adiectionem de vno certo alio quo presbytero penitentibus praefectus do.

*Additio ab episcopis anti quo ecclesie canonis adiecit.*

presbyter pœnitentibus deputaretur, apud quem omnes qui post baptismum prolapsi essent, peccata sua confiterentur: vt dicit Socrates, & similiter Zozomenus, quod sacerdotibus placuit institui presbyterum aliquem ad quem qui deliquerant accedentes, quæ gessissent confiterentur. Prius enim liberum erat ex pluribus presbyteris per episcopum deputatis vnum aliquem eligere: quod clarè testatur historia Serapionis lenis apud Eusebium lib. 6. ca. 4.4. Continebat etiam hæc episcoporum adiectio, vt haber Zozomenus, quod ad episcopum referret hic pœnitentiarum peccata audita, maximè enormia, quamuis secreta: & per eum publicè recitarentur in ecclesia. Ait enim, Propterea ab initio visum est episcopis peccata annunciare siue promulgare, quasi in theatro teste multitudine ecclesiarum. Quo loco valde lectorem impediunt, vt dicit nostræ scholæ Louaniensis in sacris & in linguis plurimum exercitatus Magister noster Ioannes Hasselanus in responsione, quam in Concilio Tridentino ad patres habuit de hac historia Nectarii, quam aliquando in publicum venire curabimus. Valde, inquit, impediunt lectorem tripartita historia & Musculus, dum verbum actiuum verum in passiuum, quasi sensus sit, Visum est episcopis, vt peccata pandantur non per recitantes episcopum, sed per publicè confitentem peccatorem: cum tamen de cōfessione publicè faciendi nullum prorsus extet exemplum. De recitatione verò publica exēplum extat apud Aug. homil. 50. & apud Originē hom. 1. in psal. 3. Tantū de Theodosio Casare legimus publicè in ecclesia peccatum esse confessum: sed tunc cū ipsi ecclesiam Mediolani ingressi, occurrit Ambrosius, & coram eadem ecclesia publicè exprobat fauiriā quam exercebat Thessalonica. De quo Zozomenus lib. 7. cap. 24. Quod autem Leonem quidam citāt in epistola qua est ad episcopos per Campaniam, Samnium & Picenum constitutos, quasi in ea sit mentio cōfessionis publicæ quasi ex more, vehementer in eo falluntur. Agit enim in ea epistola, quæ est 57. sanctus Leo non de more vllō ecclesie aut exemplo, sed de abusu tantum, qui contra ecclesie morem irrepsit in pusilla tantum Italia regiuncula. Neque generaliter illic irrepsit, sed apud quosdam tantum: vt vehementer mirandum sit viros doctos hanc epistolam citare ad docendum vsum veteris ecclesie. Vt cumq; tamen hoc sese habeat, siue per episcopos, siue per presbyteros pœnitentiales, siue per ipsos pœnitentes publicè corā tota ecclesia peccata occulta recitata fuerint: hoc erat additamentū, siue appendix, quam episcopi propter Nouatum adiecerant veteri canoni & regulæ ecclesiarum, quæ apud omnes iam obtinuerat à temporibus Apostolorum. Huius additamenti obseruatione nam est scandalum populi & accepta occasio fauendi in sacerdotibus. Hoc enim facinus populus cognouit ex recitatione facta iuxta illud episcoporum additamentum, propter quod visum fuit Nectario quod ipsum abrogare conueniret. Nam vt narrat Zozomenus, tunc temporis consuetudo illa siue hoc additamentum ob vetustatem atque adiunctam grauitatem ac seueritatem indiligerent obseruatum, paulatim dilabi cœperat. Nihil igitur commune habet arrogatio huius additamenti cum abrogatione confessionis: de qua erat antiquus ab ecclesiis canon receptus, vt fieret apud sacerdotem de omnibus peccatis. Quare vanissima est insultatio Ioannis Caluini, ex historie verè ignorantia arrogantisimè exclamantis. Hic hic asini isti aures arrigant. Vniuersos patres, quos citauimus, imò & totam Ecclesiam in patribus Concilium loquentem impudentissimè asinos vocans. Si lex Dei, inquit, erat auricularis confessio, qui ausus esset Nectarius eam refingere & conuellere? Docuimus confessionem peccatorum esse legem Dei, sed illam non abrogauit Nectarius. Et si etiam illam tollere tentasset, non solum alij episcopi & ecclesie eum secuta non fuissent, sed in facie restitissent & damnassent, non minus quam Nouatum. Ablata enim confessione, adimitur vsum potestatis clauium in remittendo & retinendo peccata. Nam cum iudicalem esse huiusmodi potestatem ostenderit, sine causa cognitione exerceri non potest. Et ideo non minus ecclesie perniciosum eius factum fuisset, quam dogma Nouati. Et quamuis sanctus Dei homo fuisset Nectarius, sanctitate & eruditione clarus, omnium veterū suffragiis probatus, cōparari tamen non potest in sanctitate aut eruditione cum sanctis episcopis Ambrosio, Augustino, Leone, Cypriano, & alijs scriptoribus ecclesiasticis, qui docent ex iure diuino esse sacramentum pœnitentiæ, quod administrari nequit sine peccatorū confessione: atq; ideo nulla autoritate abrogari posse. Contra quorū sententiam nihil mouere debet Nectarij autoritas, in eo quod quorundā suasionem ex leui causa (videlicet quod nobilis matrona in tēplo vacas orationibus & ieiunijs ex sacerdotis impositione, cū diacono sollicito concubiuisset) confessionem sustulisset. Nihil enim culpæ erat apud sacerdotes, in quos populus ob hoc factū ei innotescens fauebat. Præterea inexcusabile erat, si hac de causa populū libertati suæ &

*Solus Theodosius Casar publicè in ecclesia confessus est peccata sua.*

*Abrogatio additamenti nihil habet commune cū abrogatione confessionis.*

*Confessio sublatā tollit vsum potestatis clauium.*

suæ

suæ conscientie reliquerit, quoad confessionem & communionem, quodque sine conscientie iudicio sacris mysterijs participant: quod nec Ioannes Caluinus, nec Philippus nunc suadere audent, sed docent quod non nisi suo more explorati, sacre eucharistie communionem accipiant. Quod autem Nectarius clarus fuerit scripturarum eruditione, illius temporis historia non testatur: quin potius Rufinus lib. 11. eccles. histor. scribit eum in rebus ecclesiasticis nihil vel parum fuisse institutum, quodque ex prætere Urbano catechumenus & nuper baptisma consecutus, sacerdotium suscepit apud Constantinopolim. Sed quia vir prudens erat, atque aliorum consilio utebatur, nec confessionem sustulit, nec vniuersū; reliquit conscientie quando sacra susciperet mysteria: sed duntaxat abstulit appendicem veteris canonis ecclesiarum. Pro pleniore autem intellectu eorum quæ diximus, conuenit exponere quid ante Nouatum circa pœnitentes Ecclesia agere consueuerat: quid reliquerit & damnauerit Nouatus, propter quod iudicatus sit hæreticus, & separatus ab Ecclesia: quid propter ipsum statuerint Episcopi: nam hinc clarè intelligemus quid sustulerit Nectarius, hoc ipsum nimirum, quod propter Nouatum fuerat statutum, vt testantur Socrates & Zozomenus, nihil autem eorum quæ secundum antiquum ecclesiarum morem obseruabantur. Tollebat autem Nouatus pœnitentiam, qua ad id vsque tempus ecclesia maderi solita fuerat his qui post baptismum peccassent peccato ad mortem. Sic enim scripturarum imitatione Nouatiani tunc loquebantur: sicut ex lib. 4. Socratis patet ca. 28. & Zozomeni lib. 1. ca. 22. Hac enim periphrasi notauit Chrysof. propriè Nouatianos, cum ait in cap. 10. ad Hebræos. Hic iterum insurgunt aduersum nos qui tollunt pœnitentiam. Similiter Beatus Basilius in sermone de pœnitentia. Superbiam, inquit, illorum qui pœnitentiam tollunt non ferens, &c. Neq; verò hæreticus habitus est Nouatus, quia pœnitentiam tollerere, qua parte per pœnitentiales canones politici quiddam habebat ab humana constitutione natum: sed quia eam tollebat qua parte diuinum est institutum, & aut scripturis expressum, aut Apostolica traditione de manu in manum acceptum. Quare obseruandum est quidnam pœnitentia hac parte completi credita sit ante Nouati hæresim. De animi dolore siue contritione nullum est hic dubium, sicut neque de proposito relinquendi vitam veterem. Dubium inquam de duobus his rebus nullum est, quin eas completi tunc credita sit pœnitentia. Nec has sustulit Nouatus, imò referente Socrate lib. 4. ca. 28. docebat relapsos ad Eucharistiam quidem admitrendos non esse, exhortandos tamen ad pœnitentiam, animi nimirum dolorem & propositum, de quo dictum est. Deinde complectebatur tunc pœnitentia exomologesin, sicut discimus apud Euseb. li. 6. ca. 4.4. in historia quæ est de Serapione, cui addidit Dionysius Episc. Alexandrinus hæc sententiam: Vidēs ne, inquit, quod senex hic tam diu in vita conseruatus sit, & permanferit, donec absolueretur, vt vel delecto iam peccato propter bona quæ fecerat confiteri posset. Cuius confessionis luculenta etiā sunt testimonia & apud Dionysium ad Demophilum, & apud Originem & Cypri. qui vixit ante & post natam hæresim Nouati. Quare cū Cyprianus, Chrysof. Basilius, & alij scribunt per Nouatianos tolli pœnitentiam, id non de vniuersa pœnitentia accipi potest. Ne quis verò putet confessionem & absolutionem Serapionis politicā duntaxat re fuisse, qualis est apud Cyprian. lib. 3. epist. 18. cū in defectu presbyteri confiteri nos vult diacono, & per eum nos recōciliari: ne quis, inquit, hoc putet, aduertat Dionysium studio certo ista narrare propter Nouatianos, quorū hæresis paulò post definitum Serapionē extiterat. At Nouatiani de politica absolutione cum catholicis non pugnant, an scilicet relapsis concedi deberet, sed de instituta diuinitus absolutione, & qua lapsis sic contingeret remissio peccatorum corā Deo, vt idonei essent ad sumptionem Eucharistie. Itaq; Nouatianos ca. 10. ad Hebr. ita loquentes inducit Chrysof. Non est tutū, inquit, mysteria præbere iis qui peccauerunt, quia nō est altera remissio. Quod Nouatianorū dictum perinde valet ac si dixissent, Baptizatis quidem eucharistiam tuto præbemus, quia contingit ipsis per baptismum peccatorum remissio: At relapsis non est tutum præbere, quia non habet ecclesia sacramentum alterum per quod ipsis contingat remissio altera baptismali similis. Semelq; hoc meminisse oportet Nouatianismi cardinem in hoc versari, an Christus ecclesie suæ reliquerit sacramentum aliquod ad reconciliandum relapsos, siue hoc vocari debeat antiquo more Pœnitentiæ, siue recentiori, Sacramentum pœnitentiæ: sicut baptismum dedit ad regenerandum necdum renatos. Quod quia negabat Nouatus, habitus est hæreticus. Aduersatur enim hoc & scripturis quæ de illo sacramento loquuntur, & traditioni Apostolicæ, quæ tunc in ecclesia de eodem sacramento nota erat, ac vtu ipso catholico & perpetuo Christianorum omnium animis irradiata.

*Caluinus & Melancthon docent nō nisi exploratos communionem accedere debere. Cap. 21.*

*Peccare peccato ad mortē fuit olim Nouatianorum phrasia.*

*Nouatus habitus est hæreticus, quia sustulit pœnitentia qua parte est institutum diuinum.*

*Nouatiani tantū pugnant cum catholicis de absolutione diuinitus instituta.*

*Nouatus facultate absoluendi sustulit. Exprimatur origo deiectionis ab ecclesia Nouati eius sequaciam.*

*Causa hic ponitur, quare episcopi adiecerint additamentum veteri canonice ecclesie.*

*In sublatione additamenti multi episcopi sunt Nectarii secuti.*

*Nectarium de sublatione additamenti nisi quam legitur reprehensur.*

*Caluinus. Homil. 2. in Psal. 50. Sermon de penitentia et confes.*

Neque minus sane hodie peccant quicumque negant vllum esse in ecclesia poenitentia sacramentum à Christo institutum ad reconciliationem eorum, qui nunc mortaliter peccant. Nam quin fide, quin precibus, quin elemosinis & aliis huiusmodi exercitiis reconciliationem impetrare relapsi possint, ne Nouatus quidem in dubium vocatur. Et facultatem absoluedi Nouatum sustulisse clarissimè ostendit responsio Acessionis Nouatianorum episcopi. Hic enim interrogatus ab Imperatore quid in causa esset cur se à communione separaret, respondit, vt scribit Zozomenus libro 1. cap. 22. causam esse disidium quod inter Nouatum & Cornelium sub Decio acciderat, quodque communicatione mylteriorum indigni sint, qui se post baptismum peccati quod sacra scriptura ad mortem vocant, reos faciunt. Esse enim soli Deo, non sacerdotibus, potestatem huiusmodi peccatum remittendi. Vetus igitur ecclesiarum canon hoc habebat, vt relapsis subueniretur per poenitentiam & remissionem alteram, baptismali non quidem parem, sed tamen similem: cuius dispensatio penes eos esset quibus data est potestas peccata in terris remittendi: & ex his cum multi numero essent, liberum erat per eundem canonem eligere quem pro suo quisque iudicio affectu & conscientia vellet. Huic igitur canonis additus est poenitentialis presbyter: hoc est, episcopali constitutione factum est, vt esset iam modus quidam certus & nouus huius poenitentia, & sicut in titulo vocat Zozomenus, operosus & confitentibus grauis. Reuera enim graue est alligari certo presbytero, libertate sublata confitendi cui velis: graue etiam est vt peccata quæ vni presbytero in aurem confessus sis, ea deferantur ad episcopum, & ab episcopo recitenter apud populum. Causam verò quæ mouit episcopos propter hæresim Nouati ad hanc adiectionem Zozomenus hanc fuisse scribit. Faciebat Nouati hæresis vt Christiani ad confessionem minus quam antea afficerentur. Quis enim confiteri libenter velit, si non speret absolutionem? aut vt speres eam, dubites tamen an valeat? Fit autem ferè, vt existentibus hæresibus legiores fiant etiam catholici, ad ea obseruanda quæ vident in dubium vocari. Hic igitur cum aduigilandum putaret episcopi rationem inierunt, vt adempta eis veteri libertate aduici presbyterum quemlibet, vnum certum presbyterum accederent: (Sub illa enim libertate, quasi sub latebra regere sese poterat legiores, vt non confiterentur) & populo innotesceret nulla tam enormia peccata esse, quæ relapsi non remitterentur, si poenitentia ministris sese docendos, monendos, arguendos, corrigendos, & absoluedos præbuisent. ac confugissent, ad diuinitus ordinata remedia: peterent etiam preces publicas ecclesie. Si quidem ad hæc omnia spectabat illa peccatorum per episcopum recitatio. Vtrumque istorum, quæ reuera grauiora erant, & operosa confitentibus, sustulit in ecclesia Constantinopolitana Nectarius, quem multi alij episcopi sunt secuti: quem admodum testantur Zozomenus & Socrates, & pristina libertati, quæ erat ante Nouatum, confitentibus restituit. Certissimum huius rei argumentum est, quòd scilicet nihil aliud sustulerit, quia esto quòd ipse fuerit in scripturis parum exercitatus, vt ex ipsis intelligere non poterit remissionem alteram, & potestatem de qua sape dictum est: quid reliquæ ecclesie quæ idem fecisse memorantur? An æquè inexercitata & rudes scripturarum, & omnino rei Christianæ omnes fuisse putandæ sunt? Aliæ in toto orbe eruditiores ecclesie nōme grauisimè monuissent Nectarium de re ad salutem tam necessaria, & tanta per eum attentata nouitate? Quis autem vel leuiter reprehensum docere potest? cum tot habeamus illorum temporum scriptores egregios? Nec postea ad hæc vsque nostra tempora ab vilo notatus legitur siue latino, siue græco, siue scholastico, siue generis alterius scriptore. Et quod maximè mouere debet, Socrates cum reprehendit Eudemonem, non tales scripturas vrget, Quorum remisistis, &c. non etiam morem vrget ecclesie irradicatum, videlicet vt ad Eucharistiam Christiani non accedant nisi confessi & absoluti. Sed quid vrget? Dedisti, inquit, occasionem, vt Christiani inter nos inuicem non amplius arguamus peccata, hoc est, improbemus & detestemur, ita vt facere soliti sumus, quoties in ecclesia recitari peccata audiuimus. Hunc sensum requirit & uocula ἀλλήλων, hoc est, alij aliorum: & similiter locus quem allegat ex Paulo.

Hanc autem abrogationem tot locis euidenter Chrysostomus testatur, Constantinopolitana & ipse ecclesie præsul, vt mirum sit istos audeere contra mutire. Peccata, inquit, tua dicit, vt deleas illa. Si confunderis alicui dicere quæ peccasti, dicitis quotidie ea in anima tua. Non dico vt confitearis confertio tuo, qui exprobrat: dicitis Deo, qui curat ea. Peccata tua super stratum confitere, vt ibi sua mala quotidie conscientia tua recognoscat. Item, Nam autem neque necessarium est presentibus testibus confiteri, cogitatione tua fiat delictorum exquisitio: sine teste sit hoc iudicium, solus Deus te confitentem videat. Item, Non te in seruorum tuorum theatrum duco, non hominibus peccata tua detegere cogo.

Repete

Repete coram Deo conscientiam tuam, & explica. Ostende Domino præstantissimo medico tua vulnera, & pete ab eo medicamentum: ostende ei qui nihil opprobrat, sed humanissimè curat. Item, Cane homini qui tui curam gerit, qui & humanus est & medicus, ostendes vulnera. Postea dominum ita loquentem inducit. Non cogo te in medium prodire theatrum, ac multos adhibere testes, mihi soli dic peccatum tuum priuatum, vt sanem vlcus. Dicemus ne Chrysostomum eò progredi temeritatis cum hæc & similia scribit, vt conscientia hominum liberet his vinculis, quibus diuina lege constringuntur? Minimè verò, Sed quod Dei verbo intelligit nequaquam esse præscriptum, exigere ceu necessarium non audeat.

Verè hanc quam diximus abrogationem appedecis adiectæ per episcopos ob Nouati hæresim, non autem confessionis, apud sacerdotem Christi ministrum & vicarium faciendæ, multis in locis euidenter testatur beatus Ioannes Chrysostomus & in hisipsis quæ citat Ioannes Caluinus. Nam & ipsis verbis constitutionis episcoporum vtitur. Air enim, Nunc autem neque necessarium est presentibus testibus confiteri, sicut prius (videlicet ante additamenti abrogationem) sine teste sit hoc iudicium: Solutus Deus te confitentem videat, sic quòd nulli testes: & qui sacerdoti vicario Christi confitetur, Christo potius confitetur quàm sacerdoti, sicut Christus est qui proprie absoluit, quamuis sacerdotis ministerio. Et quasi ad verba Zozomeni de teatro alludens, Non te, inquit, & in confessorum tuorum theatrum duco. Non hominibus peccata tua detegere cogo. Ostende illi qui nihil opprobrat, sed humanissimè curat. Neque enim confertio est confitendum, qui in publicum proferat. Et Dominum ita loquentem inducit: Non cogo te in medium prodire theatrum, ac multos adhibere testes, Mihi soli dic peccatum tuum priuatum, hoc est, apud meum vicarium duntaxat, vt sanem vlcus.

Ex quibus locis quæ ipse Caluinus citat, clarissimè constat quòd ad appendicem abrogatam hæc referat, non ad confessionem. Non igitur eò progreditur temeritatis cum hæc scribit, vt hominum conscientias his vinculis liberet, quibus diuina lege constringuntur. Sed gratulatur apud populum sublatum esse magnum illud onus, quòd confessioni adiectum fuerat episcoporum constitutione, propter hæresim Nouati. Et optime omnia quæ hic citat Caluinus consonant ijs quæ diximus ex Socrate de additamento isto, veteri canonis adiecto. Quod intelligebat Chrysostomus non esse Dei verbo præscriptum ceu necessarium, sed pro tempore tantum ob natam hæresim salutè ecclesie expedire. Plurimum igitur mirandum quòsdam hoc crimine ablata confessionis prope inuoluerit Chrysostomum, Nectarij in episcopatu successorem, hominem omnium iudicio in scripturis exercitissimum: cuius apertissimas habemus sententias, tam de remissione altera, Homil. in cap. 11. ad Hebr. quàm de potestate in terris remittendi peccata, lib. 2. de sacerdotio. Rursum in cap. 8. ad Hebræos. Imo & de confessione homil. 3. & 33. in Ioannem: & super Genes. homilia 26. Quæ cum alijs locis citat Hofmeisterus in locis suis communibus. Nunc autem argumenta tantum ex historia petamus, & legatur Socrates libro 6. cap. 21. Cum vnica, inquit, esset à synodo episcoporum lapsis data poenitentia, ausus est Chrysostomus dicere, Etiam qui millies poenitentiam egisti, rament accede. Hic qui meminertunt quid sit hac parte poenitentia, & quid in ea Nouatus tollere: contra quæ catholici retinere studuerint, an illis dubium vllum esse potest, quin & Chrysostomus & reliqui synodi illius patres de confessione & absolutione inter se tunc egerint, vt de rebus adhuc omnino obtinentibus, & nullo modo sublatis: alioqui de sublatis quorsum sese fatigarent episcopi? Sunt qui de errore Cypriani huc adferunt, quasi sanctus Chrysostomus humanum aliquod passus labi hic potuerit: & lapsus sit propter exemplum & factum sui prædecessoris: sicut Cyprianus obnoquitatem attentatam per Agrippinum cui successit, in rebaptizando eos, qui fuerant ab hæretico baptizati. Quibus facillimum est responderi, si attendamus ad temporis & rerum dissimilitudinem. Nam quæstio an baptismus ab hæretico collatus, sit nullus, sub Cypriano moueri cœpta est, vt patet in initio lib. 7. apud Eusebium. De poenitentia verò, remissione altera, & potestate remittendi, nulla profus sub Nectario quæstio erat. Sed tota res simpliciter indubitata habebatur inter catholicos, tantoque magis, quanto diligentius examinata iam fuerat propter Nouatianos. Deinde quæstio de baptismo hæreticorum non ita ex scripturis expediri tunc potuit, quia pauca scripturæ manifestè de eare loquuntur, sed ediuerso plurimæ pro Cypriano facere videbantur. Contra verò de poenitentia & rebus quas complectitur, suppetebant iam omnibus nota & vsu trita scripturarum testimonia.

Obijcietur fortassis, Quid igitur sibi velit sermo ille apud Zozomenum: quod con-

Obiectio fulen-



silentibus quibusdam vt concederet vnicuique mysteriis communicare, prout sibi conficius esset, & fiduciam accipere posset, pœnitentialem presbyterum sustulit? Et quòd dicit Socrates eandem continens sententiam: Hic Eudemum perplexo Nectario dat consilium, vt amoveat presbyterum pœnitentialem, & concedat vnicuique mysteriis communicare secundum propriam conscientiam. Vbi advertere licet hic apud Socratem, & etiam apud Zozomentum, confessionem referri solere ad sumptionem eucharistia: & tacite hic significari quòd ad Eucharistiam nemo venire soleat, nisi confessus. Hæc certe particula multos ita impeditos tener, vt affirmare non dubitent, Nectarium omnem semel confessionem sustulisse: & plurimum mirandum Ioannem Caluinum eius non reminisse: in quo virum optimum non minus ecclesiæ perniciosum faciunt, vt diximus, quàm fuit penè dixerim Nouatus ipse. Quid enim Nouatianis à veteribus obijcitur, quod non idem in Nectario hæreat, si sustulit confessionem? Obijcit Leonentius, Benignitatem Dei exclusistis: cur non idem obijcias Nectario? Obijcit Ambrosius, Donum caeleste refunditis (hoc sentiens quòd potestatem remittendi in terris peccata, quam Christus ecclesiæ donauerat, Nouatiani nolent agnoscere, sed respue-rent potius ac rejicerent.) Quare non idem Nectario obijcias: nisi quia refundere censendus non est, qui facit vt nunquam dono vtamur? Quid igitur sibi vult sermo ille, Pro sua quique conscientia? Cui facile est respondere, si seriem historię consulamus. Videbimus enim non aliud velle, nisi vt neglecta recenti ista & graui accessione, liberum vnicuique sit redire ad solitam & antiquam libertatem, eligendi è multis presbyteris quemcumque pro suo quisque iudicio, affectu & conscientia vouerit. Tantum vt in hac re vnusquisque rationem habeat suæ conscientia: atque ita sese gerat, vt bona fiducia accedere audeat ad eucharistiam. Nam ad hanc, vt supra dictum est, pœnitentia tam à catholicis quàm à Nouatianis referebatur: eoq̃ Nouatiani cum non viderent in ecclesia remissionem, consequenter dicebani (& quidem eruditè supposito iporum errore) nullum relapsum admittendum esse ad eucharistiam: eruditiores, accuratiores ac religiosiores hac in parte quàm fuerit ipse Chrysostomus, si quidem imitatione & exemplo Nectarij relapsos ad eucharistiam admisit, (Id quod isti volunt) nec confessos nec absolutos. Cauendus est igitur Musculus in titulo capituli 16. Zozomeni. Vertit enim, Quomodo priuata confessio sublata sit Constantinopoli: cum Zozomenus ipse sic habeat, Quomodo & quam ob causam sublata sit in ecclesia pœnitentialem presbyter, & operosus labor circa modum pœnitentiæ. Omnia hæc latius prosequitur responsio magistri nostri Ioannis Hasselani, cuius superius meminimus.

Si Nectarius confessionem sustulisset, non minus perniciosus fuisset ecclesiæ quàm ipse Nouatus

Musculus haud fideliter vertit locum de Nectarij factis.

Ioan. 20.

Cep. Omnis viri que se nus deponit, & remisit.

Matth. 3.

Caluinus.

Ysaie 43.

Responsio.

Act. 15.

semel ad minimum quotannis, confiteantur omnia sua peccata proprio sacerdoti: nec peccatum dimittit, nisi confitendi votum firmiter conceptum fuerit. Quod votum nisi oblata facultate solutum fuerit, iam nulli patere paradisi ingressum: sacerdotem verò potestatem habere clauium, quibus peccatorum soluat ac liget: eò quòd non sit irritum Christi verbum, Quodcumque ligaueris, &c. Istud autem Soluere non audent interpretari simpliciter peccata remittere & delere: quia dominum clamantem audiunt apud prophetam, Ego sum, & non alius prater me: Ego sum qui deleo iniquitates tuas Israel: Sed dicunt sacerdotis esse pronuntiare qui ligati sint aut soluti, & declarare quorum remissa aut retenta sint peccata.

Non nostrum est statutum capituli, Omnis vtriusque sexus, sed spiritus sancti per sponfam Christi in generali Concilio per patres loquentis, qui pronuntiando poterant exemplo Apostolorum dicere, Visum est spiritui sancto & nobis, vt omnes vtriusque sexus statim atque ad discretionis annos peruenerint, semel ad minimum quotannis, omnia sua peccata proprio sacerdoti constentur. Peccatum autem non dimittit

Ad hæc singula pauca respondebo. Taceo autem ad præsens, quo in re quæ in iuria fidelium animas suis legibus obstringant. Quòd autem legem imponunt de omnium peccatorum enumeratione, quòd peccatum dimitti negant nisi sub conditione si votum confitendi firmiter conceptum fuerit, nullo modo ferendum est. Omnia ne peccata enumeranda sunt? at David qui secum probe, vt arbitror, mediatus erat peccatorum confessionem, tamen exclamabat, Errores quis intelligit, ab occultis meis munda me Domine, nimirum intelligebat quanta esset peccatorum nostrorum abyssus: quàm multa scelerum facies: quàm longam caudam traheret hæc Hydra. Non ergo ad recensendum catalogum se conferebat, sed è profundo malorum clamabat ad Dominum, Obrutus sum, sepultus sum: immersum alto puteo deficientem manus tua extrahat? Quis suorum peccatorum nunc suppurationem cogitet, vbi Davidem videt suorum numerum inire non posse?

Et nos tractabimus circa articulum 26. quòd legibus tam ecclesiasticis quàm secularibus fideles in animabus & conscientis suis obstringantur, iuxta sententiam Apostoli Pauli, Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Nec solum propter iram, sed & propter

dimitti nisi constendi votum cõceptum fuerit, docuimus ex Augustino, Leone & alijs patribus: sicut ante baptismum sine eius voto peccata non dimittuntur: id quod & Saluatoris verba docent, Quorum renueritis, etc. Ostendimus etiam sacerdotem habere potestatem clauium, qua peccatorè ligare potest & soluere. Et verè audemus interpretari & cõfiteri simpliciter, quòd peccata remittere potest, docti verbis Saluatoris, Quorum remiseritis peccata, &c. Quòd autem delere possit peccata non æquè ex scripturis constat, maius enim est delere peccata, quàm remittere vel soluere. modo tamen quodammodo sacerdotes etiam delent peccata. Nec dererret nos Dominus apud prophetam clamans se esse qui delet iniquitates, cum sacerdotes solum adhibeant ministerium, & Deus sit qui eorum ministerio peccata remittit ac delet. Porro nec sacerdotis solum est pronuntiare qui ligati sint aut soluti, & declarare quorum remissa aut retenta sint peccata: sed secundum verba Saluatoris eius est verè remittere & retinere, licet tãquam ministri remissionis ac retentionis. Quare sancti asserere audent sententiam Petri præcedere sententiam erit & in cœlis, ex adiunctione coniunctionis Et.

Denique cum intelligunt nondum se hoc modo explicari, quin semper obici possit, indignos sepe ligari & solui à suis sacerdotibus, qui propterea non ligentur aut soluantur in cælo: quòd vltimè refugium est, respondent collationem clauium cum limitatione intelligendam esse, quòd Christus promiserit apud tribunal suum approbatè iri sacerdotis sententiam, que iuste prolata fuerit secundum quod merita ligati aut soluti possint habere: porro hæc clauis omnibus sacerdotibus à Christo data esse, quæ illis ab episcopis in promotione conferuntur, sed liberum vsum penes eos duntaxat esse qui muneribus ecclesiasticis funguntur: apud excommunicatos & suspensos manere quidem ipsas clauis, sed rubiginosas ac ligatas.

Nihil mirandum indignos clauium ministerio ligari & solui, quando & baptizantur indigni, qui ex baptismo nõ renascuntur: sicut à sacerdotibus absoluantur, quibus Deo peccata non remittit. Prauum enim est cor hominis & inscrutabile, cuius abscondita nemo cognoscere potest, ac pleraq; ne quidem spiritus hominis quàm ipso est. Nec refugium est, sed vera intelligentia promissionis verborum Christi, quòd ijs tãtum verè remittantur peccata per sacerdotes qui digni sunt, hoc est dispositi vt à Deo sine peccatorum remissione. Et ideo dicit b. Hieronimus in comment. in 16. Matth. quod episcopus non eos soluit aut alligat qui in fontes sunt vel noxij, sed pro officio suo, cū peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, quiue soluendus, & ita hos alligat vel soluit. His enim solis à Deo remittuntur peccata quos pœnitet offensæ in eum admisse, quiq; vitam emendare proponunt. Ac Saluator ipse docet quorundam peccata esse remittenda, & retinenda aliorum. Et quia magna discretione hic opus est, dedit sacerdotibus spiritu sanctum, vt hos ab inuicem discernerent, quos tamen diligentes sint in officij sui functione, multis modis tamen falli contingit. Omnibus autem sacerdotibus clauis data esse, ac ius baptizandi atque peccata remittendi, & hoc ipsum esse indelebile, docet b. Aug. lib. 2. contra epistolam Parmeniani, & similiter Concilium Florentinum.

Præterea contra Donatistas docet beatus Augustinus, quòd contra dimittat etiam simulatore religionis peccata: Non tamen apud quoslibet esse liberum huius potestatis vsus, docet Concilium Lateranense & Florentinum, cum requirat iurisdictionem in eos circa quos exercetur. Quapropter superius malè concludit Ioannes Caluinus non omnes sacerdotes habere claus, ex eo quòd vnus è presbyteris peculiariter destinatus olim fuerat pœnitentibus. Errat hic Caluinus in eo quòd arbitratur sacerdotium dari per commisionem, & non per consecrationem, quæ iterari non potest.

Ad hæc singula pauca respondebo. Taceo autem ad præsens, quo in re quæ in iuria fidelium animas suis legibus obstringant. Quòd autem legem imponunt de omnium peccatorum enumeratione, quòd peccatum dimitti negant nisi sub conditione si votum confitendi firmiter conceptum fuerit, nullo modo ferendum est. Omnia ne peccata enumeranda sunt? at David qui secum probe, vt arbitror, mediatus erat peccatorum confessionem, tamen exclamabat, Errores quis intelligit, ab occultis meis munda me Domine, nimirum intelligebat quanta esset peccatorum nostrorum abyssus: quàm multa scelerum facies: quàm longam caudam traheret hæc Hydra. Non ergo ad recensendum catalogum se conferebat, sed è profundo malorum clamabat ad Dominum, Obrutus sum, sepultus sum: immersum alto puteo deficientem manus tua extrahat? Quis suorum peccatorum nunc suppurationem cogitet, vbi Davidem videt suorum numerum inire non posse?

Et nos tractabimus circa articulum 26. quòd legibus tam ecclesiasticis quàm secularibus fideles in animabus & conscientis suis obstringantur, iuxta sententiam Apostoli Pauli, Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit. Nec solum propter iram, sed & propter

Sicut peccata sine baptismi iustitiam voto non remittuntur, sic nec sine pœnitentia voto potest baptismum. Ioannis 20.

Ioannis 20.

Caluinus.

Responsio. Indigni baptizantur non tamen renouantur. Act. 17.

Vfus potestatis clauium requirit iurisdictionem in eum circa quem exercetur.

Caluinus.

Psal. 18.

Psal. 68.

Responsio. Rom. 13.

fulentibus quibusdam vt concederet vnicuique mysteriis communicare, prout sibi conficius esset, & fiduciam accipere posset, pœnitentialem presbyterum sustulit? Et quòd dicit Socrates eandem continens sententiam: Hic Eudem non perplexo Nectario dat consilium, vt amoueatur presbyterum pœnitentialem, & concedat vnicuique mysteriis communicare secundum propriam conscientiam. Vbi aduertere licet hic apud Socratem, & etiam apud Zozomentum, confessionem referri solere ad summptionem eucharistia: & tacite hic significari quòd ad Eucharistiam nemo venire solet, nisi confessus. Hæc certe particula multos ita impeditos tenet, vt affirmare non dubitent, Nectarium omnem semel confessionem sustulisse: & plurimum mirandum Ioannem Caluinum eius non reminisse: in quo virum optimum non minus ecclesiæ perniciosum faciunt, vt diximus, quam fuit penè dixerim Nouatus ipse. Quid enim Nouatianis à veteribus obijcitur, quod non idem in Nectario hæreat, si sustulit confessionem? Obijcit Leontius, Benignitatem Dei exclusistis: cur non idem obijcias Nectario? Obijcit Ambrosius, Donum caeleste refunditis (hoc sentiens quòd potestatem remittendi in terris peccata, quam Christus ecclesiæ donauerat, Nouatiani nollent agnoscere, sed respuerent potius ac rejicerent.) Quare non idem Nectario obijcias: nisi quia refundere censendus non est, qui facit vt nunquam dono vtatur? Quid igitur sibi vult sermo ille, Pro sua quisque conscientia? Cui facile est respondere, si seriem historiarum consulamus. Videbimus enim non aliud velle, nisi vt neglecta recenti ista & graui accessione, liberum vnicuique sit redire ad solitam & antiquam libertatem, eligendi è multis presbyteris quemcunque pro suo quisque iudicio, affectu & conscientia voluerit. Tantum vt in hac re vnusquisque rationem habeat suæ conscientia: atque ita sese gerat, vt bona fiducia accedere audeat ad eucharistiam. Nam ad hanc, vt supra dictum est, pœnitentia tam à catholicis quam à Nouatianis referebatur: eoque Nouatiani cum non viderent in ecclesia remissionem, consequenter dicebant (& quidem erudite supposito ipsorum errore) nullum relapsum admittendum esse ad eucharistiam: eruditore, accuratior ac religiosiores hac in parte quam fuerit ipse Chrysostomus, si quidem imitatione & exemplo Nectarii relapsos ad eucharistiam admisit, (Id quod isti volunt) nec confessos nec absolutos. Cauendus est igitur Musculus in titulo capituli 16. Zozomeni. Vertit enim, Quomodo priuata confessio sublata sit Constantinopoli: cum Zozomenus ipse sic habeat, Quomodo & quam ob causam sublata sit in ecclesia pœnitentialis presbyter, & operosus labor circa modum pœnitentiæ. Omnia hæc latius persequitur responsio magistri nostri Ioannis Hasselani, cuius superius meminimus.

Deinde post distinctionem triplicis confessionis quæ fit Deo, quæ fratri offenso ad placandum, & tertia quæ fit pro consilio & consolatione, addit Caluinus quòd aliam consistendi vel rationem vel formam scriptura prorsus ignoret. Ostendimus autem in superioribus aliam consistendi rationem ex lib. Iosue: & eam quæ fit sacerdoti, insinuari diximus in verbis Christi, Quorum remisistis peccata, &c. Atque hanc confessionem per manus nos accepisse, eiusque perpetuum usum in ecclesia semper fuisse.

Hanc igitur non potest prorsus ignorare scriptura. Tandem stylum vertit aduersus saluberrimam constitutionem ecclesiæ in generali Concilio editam, de consistendo semel in anno. Magna est istorum hominum arrogantia, qui ita in suo sensu abundant, vt nullius vereantur auctoritatem, ne ecclesiæ quidem, de qua Saluator pronunciat, Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ait enim:

*Quid illi? Statuunt vt omnes vtriusque sexus, statim atque ad discretionis annos peruenerint, semel ad minimum quotannis, consistantur omnia sua peccata proprio sacerdoti: nec peccatum dimittit, nisi consistendi votum firmiter conceptum fuerit. Quod votum nisi oblata facultate solutum fuerit, tam nulli patere paradisi ingressum: sacerdotem verò potestatem habere clauium, quibus peccatorem soluat ac liget: eò quòd non sit irritum Christi verbum, Quodcumque ligaueris, &c. Istud autem Soluere non audent interpretari simpliciter peccata remittere & delere: quia dominum clamantem audiunt apud prophetam, Ego sum, & non alius præter me: Ego sum qui deleo iniquitates tuas Israel: Sed dicunt sacerdotis esse pronunciare qui ligati sint aut soluti, & declarare quorum remissa aut retenta sint peccata.*

Non nostrum est statutum capituli, Omnis vtriusque sexus, sed spiritus sancti per sponsam Christi in generali Concilio per patres loquentis, qui pronuncians poterant exemplo Apostolorum dicere, Visum est spiritui sancto & nobis, vt omnes vtriusque sexus statim atque ad discretionis annos peruenerint, semel ad minimum quotannis, omnia sua peccata proprio sacerdoti consistantur. Peccatum autem non dimitti

soluitur.

Si Nectarius confessionem sustulisset, non minus perniciosus fuisset ecclesiæ quam ipse Nouatus.

Musculus haud fideliter vertit locum de Nectarii factis.

Ioan. 20.

Cep. Omnis vtriusque sexus de pœnitentiæ & remissis.

Matth. 18.

Caluinus.

Isaie 43.

Responsio.

Act. 15.

dimitti nisi consistendi votum conceptum fuerit, docuimus ex Augustino, Leone & alijs patribus: sicut ante baptismum sine eius voto peccata non dimittuntur: id quod & Saluatoris verba docent, Quorum retinueritis, etc. Ostendimus etiam sacerdotem habere potestatem clauium, qua peccator ligare potest & soluere. Et verè audeamus interpretari & cõfiteri simpliciter, quòd peccata remittere potest, docti verbis Saluatoris, Quorum remisistis peccata, &c. Quòd autem delere possit peccata non aequè ex scripturis constat, maius enim est delere peccata, quam remittere vel soluere. modo tamen quòd sacerdotes etiam delent peccata. Nec deterret nos Dominus apud prophetam clamans se esse qui delet iniquitates, cum sacerdotes solum adhibeant ministerium, & Deus sit qui eorum ministerio peccata remittit ac delet. Porro nec sacerdotis solum est pronunciare qui ligati sint aut soluti, & declarare quorum remissa aut retenta sint peccata: sed secundum verba Saluatoris eius est verè remittere & retinere, licet tãquam ministri remissionis ac retentionis. Quare sancti asserere audent sententiam Petri præcedere sententiam cœli: citantes Saluatorem dicentem, Quodcumque solueris super terram, solutum erit & in cœlis, ex adiunctione coniunctionis Et.

*Demum cum intelligant nondum se hoc modo explicari, quin semper obijci possit, indignos sepe ligari & solui à suis sacerdotibus, qui propterea non ligentur aut soluantur in cœlo: quod vltimum resurgit esse, respondent collationem clauium cum limitatione intelligendam esse, quòd Christus promiserit apud tribunal suum approbatu iri sacerdotis sententiam, quæ iuste prolata fuerit secundum quod merita ligati aut soluti possunt: porro has clauas omnibus sacerdotibus à Christo datas esse, quæ illis ab episcopis in promotione conferuntur, sed liberum usum penes eos diutaxat esse qui numeribus ecclesiasticis funguntur: apud excommunicatos & suspensos manere quidem ipsas clauas, sed rubiginosas ac ligatas.*

Nihil mirandum indignos clauium ministerio ligari & solui, quando & baptizantur indigni, qui ex baptismo nõ renascuntur: sicut à sacerdotibus absoluntur, quibus Deus peccata non remittit. Præuim enim est cor hominis & inscrutabile; cuius abscondita nemo cognoscere potest, ac plerique; ne quidem spiritus hominis qui in ipso est. Nec refugium est, sed vera intelligentia promissionis verborum Christi, quòd ipsi tãtum verè remittant peccata per sacerdotes qui digni sunt. hoc est dispositi vt à Deo eis fiat peccatorum remissio. Et ideo dicit b. Hieronimus in comment. in 16. Matth. quod episcopus non eos soluit aut alligat qui in fontes sunt vel noxii, sed pro officio suo, cū peccatorum audierit varietates, sicut qui ligandus sit, quiue soluendus, & ita hos alligat vel soluit. His enim solis à Deo remittuntur peccata quos pœnitet offensa in eum admisisse, quiq; vitam emendare proponunt. Ac Saluator ipse docet quorundam peccata esse remittenda, & retinenda aliorum. Et quia magna discretione hic opus est, dedit sacerdotibus spiritum sanctum, vt hos ab inuicem discernere, quos tamen diligentes sint in officij sui functione, multis modis tamen falli contingit. Omnibus autem sacerdotibus clauas datas esse, ac ius baptizandi atque peccata remittendi, & hoc ipsum esse indelebile, docet b. Aug. lib. 2. contra epistolam Parmeniani, & similiter Concilium Florentinum.

Præterea contra Donatistas docet beatus Augustinus, quòd contra dimittat etiam simulator religionis peccata: Non tamen apud quoslibet esse liberum huius potestatis usum, docet Concilium Lateranense & Florentinum, cum requirat iurisdictionem in eos circa quos exercetur. Quapropter superius malè concludit Ioannes Caluinus non omnes sacerdotes habere clauas, ex eo quòd vnus è presbyteris peculiariter destinatus olim fuerat pœnitentibus. Errat hic Caluinus in eo quòd arbitratur sacerdotium dari per commissionem, & non per consecrationem, quæ iterari non potest.

*Ad hæc singula paucis respondebo. Taceo autem ad præsens, quo iure quæue iniuria fidelium animas suis legibus obstringant. Quòd autem legem imponunt de omnium peccatorum enumeratione, quòd peccatum dimitti negant nisi sub conditione, si votum consistendi firmiter conceptum fuerit, nullo modo seruandum est. Omnia ne peccata enumeranda sunt? at David qui secum probè, vt arbitror, mediatus erat peccatorum confessionem, tamen exclamabat, Errores quis intelligit, ab oculis meis munda me Domine, nimirum intelligebat quanta esset peccatorum nostrorum abyssi: quàm multa scelerum facies: quàm longam candam traheret hæc Hydra. Non ergo ad recensendum catalogum se conferebat, sed è profundo malorum clamabat ad Dominum, Obrutus sum, sepultus sum: immersum alto putea deficientem manus tua extrahat? Quis suorum peccatorum nunc supputationem cogitet, vbi Davidem videt suorum numerum intrare non posse?*

Et nos tractabimus circa articulum 26. quòd legibus tam ecclesiasticis quam secularibus fideles in animabus & conscientijs suis obstringantur, iuxta sententiam Apostoli Pauli, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nec solum propter iram, sed & propter

Sicut peccata sine baptismo sunt: non remittuntur, sic nec sine pœnitentiæ voto possunt remitti. Ioannis 20.

Ioannis 20.

Caluinus.

Responsio. Indigni baptizantur non tamen renouantur. Iere. 17.

Usus potestatis clauium requirit iurisdictionem in eum circa quem exercetur.

Caluinus.

Psal. 18.

Psal. 68.

Responsio. Rom. 13.

Hebr. 13.  
Rom. 14.

& propter conscientiam. Et alio loco, Obedite prepositis vestris, ac parētibus inobediētes docet esse dignos morte. De omnium peccatorū enumeratione supra diximus, eorum enumerationem requiri & etiam sufficere, quæ post conscientia diligenter disculsiōnem memoriæ occurrunt: quemadmodum ipse Caluinus hic docet quod coram Deo singula delicta sunt confitenda, sed quæ memoriæ occurrere possunt. Quærit enim, Quid inquit: Ergone confitenda non sunt singula delicta? Ergo nulla confessio Deo accepta, nisi duobus istis verbis conclusa, Peccator sum? imò verò danda potius opera, vt quantum in nobis est, totum cor effundamus coram Domino. Nec modò nos peccatores vno verbo fateamur, sed vt tales nos verè & ex animo agnoscamus, quanta sit & quam varia peccatorū labes tota cogitatione recognoscamus. Non modò nos immundos, sed qualis sit, & quanta quamq; in multis partibus immundities. Nō modò debitor, sed quantis debitis grauati, & quot nominibus obstricti: non modò vulneratos, sed quàm multis & letalibus plagis saucii. Hac tamē recognitione cum se totum peccator coram Deo effuderit, serò ac syncerè cogitet, plurima adhuc restare, ac profundiores esse malorum suorum recessus, quàm quos penitus excutere possit: atq; adeò exclamet cum Dauide, Errores quis intelligit: ab oculis meis munda me Domine.

Quæ prescribit Caluinus confessionem Deo in corde faciendam esse. Quæ præscribit Concilium generale Deo apud sacerdotem ore faciendam. Ioannes 20. Caluinus.

Quam hic dicit Caluinus peccatorum confessionem in corde Deo faciendam esse, hanc eandem Concilium mandat Deo aquod sacerdotem ore fieri, quem peccatorum iudicem & arbitrum suo loco constituit. Et a quæ possibilis est ista, quæ ea quæ fit Deo. Ideo Caluinus nullam habet rationē calumniandi in decretum Concilii, propter impossibilitatē. Quam verò diligentiam præstare oporteat, vt omnia cōfiteamur vel coram Deo in corde, vel coram eodem apud sacerdotem ore, diximus in superioribus. Nec vlla hic carnis vicinia diuexantur, qui ex animo respiscunt, & fideliter vulnera sua medico exponere student vt sanentur. Quod autem peccata non remittantur in cœlis sine voto confitendi, nullusq; superstit ingressus paradisi, si facultas confitendi neglecta fuerit, iam statim ostendimus concordem de hoc esse patrum ex verbo Saluatoris sententiam.

*Dicam in summa qualis lex illa fuerit. Primum simpliciter est impossibilis, itaq; non nisi per dere, dānare, confundere, in ruinam & desperationem conicere potest. Deinde peccatores a verò peccatorū suorū sensu abductas hypocritas facit, Deiq; ac suspensorum ignorant, siquidem dum in enumeratione peccatorum toti occupantur, interim obliuiscuntur latentem illam vitiorum leuam, occultas suas iniquitates & interiores foetes, quorum potissimum notitia miseriam suam reputare debeant: ac certissima erat confessionis regula, tantam mali nostri abyssum agnoscere ac fateri quæ sensum quoq; nostrum superet. Hac regula videmus compositam publicani confessionem, Domine propitius esto mihi peccatori: quasi diceret. Quantum quantum sum, totus sum peccator, nec ipse peccatorum meorum magnitudinem aut mente aut lingua assequi possum, Singula tamen delicta Deo sunt confitenda.*

Responsio.

Peccatorum enumeratio faciēda Deo apud sacerdotem non magis impossibilis, nec magis in desperatione concilii, quàm quæ fit Deo sine sacerdotem.

Vanum esse quod dicitur de impossibilitate iam statim ostendimus ex ipsomet Caluino, & superius ex Beato Chrysolomo citauimus, quod vnumquodq; peccatū oporteat, & maius & minus quasi in libro, ita in corde nostro habere descriptum, id quæ frequentius recensere. Sicut autem singulorum confessio Deo facta quasi medico, non in desperationem conuicit, sed opem eius & curam obtinet, ita & confessio quæ fit ipsius vicario. Nec ista à peccatorum sensu abducit, nec etiam facit hypocritas magis quàm illa. Magnitudinis enim peccatorum, & immensitatis Dei consideratione, verè sentimus quantum malum est peccatum, quo relinquitur fons aquæ viarū. Nec simulatè, sed verè atque ex animo hoc recogitans, agnoscit quid fecerit Dominum suum relinquendo, veriusq; ac clarius suam agnoscit infirmitatem, & latentem illam vitiorum radicem ac seminarium. Sed quia hoc seminarium & origo peccatorum in baptizatis peccatum non est, verum infirmitas potius quæ peccata attenuat, materia confessionis non est, verum infirmitas potius quæ peccata attenuat, materia confessionis non est, nec eius quæ fit apud Deū, nec etiā illius quæ fit apud sacerdotē. Nec propter eā publicanus orauit Dominum ppitiū sibi esse, sed propter peccata quæ ex eius propensione & mala volūate patrauerat.

Caluinus.

*Iam verò quod affirmant non dimitti peccata, nisi voto cōfiteudi firmiter concepto, & clausam esse paradisi portā eis, qui facultatē confitendi sibi oblatam neglexerit, alii, vt istud eis concedamus. Nō enim alia nunc est peccatorum remissio, quàm semper fuit. Quot quot remissionem peccatorū à Christo obtinuisse leguntur, nō leguntur in aurē sacrificiū cuiuspiam confessi. Nec sanè confiteri poterant, vbi nec sacrificiū confessionarij erant, nec ipsa etiam confessio. Ex multis postea seculis inaudita fuit hæc confessio, quibus sine hac conditione remittebantur peccata. Sed ne quasi de re dubia longius discipemus, verbum Dei apertum est, quod æternum manet. Quotiescunq; ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Hinc verbo qui aliquid audet obicere: non peccat ligat, sed domini misericordiam,*

Exech. 18.

Manifestè

Manifestè ostendit hic Caluinus pestilentem fontem multorum errorum cordis sui, dicens non alia salutis remedia allata & instituta esse à Christo, quàm fuerunt semper. Nam ex hoc errore sequitur baptismum non esse institutum in peccatorum remissionē, atque errasse B. Petrum hortando compunctos corde, Baptizetur vnulquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: quia secundum Caluinum non est nunc alia peccatorum remissio quàm fuit semper tempore legis & ante legem, Non enim tunc baptistæ erant huius sacramenti ministri: sicut nec confessionarij: nec sacramentum baptismi, quemadmodum nec confessio. Et apertum quidem est verbum Dei, Quotiescunq; ingemuerit peccator, &c. sed non minus apertum verbum Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Et, Quorum remisistis peccata, &c. Nec quicquam huic verbo obicimus, sed ex scripturis docemus, gemitum de quo propheta loquitur, esse gemitum veræ penitentia, quæ esse non potest sine voto confessionis: cum Caluinus doceat in gemitu isto ob solam fidem apprehendentem iustitiam & peccatorum remissionem, Deum non recordari iniquitatum. Ex omnibus his concludit Caluinus.

Responsio.

Exech. 18.  
Ioan. 3.  
Ioan. 20.

*Nihil itaque mirum si auricularem istam confessionem, rem adeo pestilentem, totiq; nominibus ecclesie Caluinus noxiam, damnamus, ac sublatam è medio cupimus.*

Responsio.

Quis obsecro Caluine tibi hic credit sine verbo Dei, sine iusta ratione damnanti id quod frequētissimum ex toto orbe oriente, occidente, & aquilone congregatū Concilium in spiritu sancto, tanquam omnibus fidelibus salutare probauit? Nec Concilium istud duntaxat, sed, vt ipse fatetur, antiquissimum vsus ecclesie ab apostolorum temporibus. Et valde mirandum est, quod non solum præceptum ecclesie de cōfiteudo damnas, sed ipsam etiam confessionem. Opinor neminem vsque adeò cæcum aut insanum esse, vt ob tuam damnationem velit tanto discrimini seipsum exponere, & negligere confessionem, quam ecclesia semper docuit tam necessariam esse, vt sine ea, saltem in voto, non fiat peccatorum remissio. Quorum enim retinueritis peccata, ait Saluator, retenta sunt. Stupenda est huius hominis superbia, vt intrepidè sine villo pudore audeat pronuntiare sententiam damnationis aduersus generalium Conciliorum definitiones. Vtinam in mentem ei frequenter veniret id quod cuidam dicitur apud Hieremiam, Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui. Et apud Esaiam, Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Verè hic adducere libet religiosi Imperatoris Martiani sententiam in edicto, quo mandat seruari definitiones Concilii Calcedonenfis, quam in superioribus etiam citauimus, Impius, inquit, & sacrilegus est, qui post ecclesie & tot sacerdotum sententiam, suæ opinioni aliquid tractandum reliquit. Quid enim stabile & constans in nostra erit religione, si semel iudicata & rectè disposita reuolui, & publicè disputari permittantur? Habet & Erasmus argumenta quædam, quibus conatur ostendere confessionem peccatorum non esse iuris diuini, nec à Christo institutam, sed auctore spiritu sancto ab ecclesia: verum ea plenissimè soluit insignis theologus Ioannes Eckius in quarto lib. de penitentia, cap. 25. & sequentibus. Quare nos ea hic præterimus.

Caluinus nō tantū præceptū ecclesie de cōfiteudo damnat, sed & ipsam cōfessionem. Ioan. 20.

Hier. 49.  
Esai. 47.

Marianus imperator mādauit seruari definitiones Concilii Calcedonenfis.

Improbant præterea sacerdotum cōsecrationem. Aiunt enim ex aduersariis quidam: Quod ad sacerdotum cōsecrationem pertinet, non aliud est quàm larua quædam, vt simpliciter oculis falcinent & excæcent, quodque ministri nomine ecclesie communitatis Christi præcipue exequi debeant hoc ministerium: omnibus tamen fidelibus esse commune. Ad omnes enim Christus dixit, Quicquid vos ligaueritis super terram, hoc ligatum erit & in cœlis: & quicquid vos solueritis super terram, &c. Et iterum dico vobis, Vbi cunq; duo ex vobis consenserint super terram, &c. Item, Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Ecce inquit, vbi cunq; duo vel tres (qualescunq; sint, laici vel sacerdotes) in nomine Domini congregati sunt, ibi ipse est in medio eorum faciens opus absolutionis efficacæ. Quare ipse hic ante dicit vnicuique fratri de eo qui in se peccauit, Si audierit te, iam ipsum lucratus es: iam si lucratus est eum, & à peccatis eum absoluerit potest: atque ita quilibet Christianus suum proximum quem peccare cognouerit, ad penitentiam obligabit: & cum ad veram penitentiam & agnitionem peccatorum suorum venerit, iterum per absolutionem peccatorum absoluet, secundum clarum verbum Domini modò prædictum. Sed hæc esse absurdum, & solis sacerdotibus conuenire, hoc ministerium supra satis ostendimus, etiam contra Martinum Lutherum, quod non omnes fideles clauium habeant potestatem. Sacerdotes verò noui testamenti ad sua officia consecrati, sicut olim tempore legis, docet beatus Dionysius cap. quinto ecclesiasticæ Hierarch. Vbi describens veterem ritum ordinationis,

Alle aduersarij obiectiones.

Matt. 18.

Solutiones.

ordinationis, dicit neminem fieri sacerdotem, nisi pontificalibus officiis ad hoc fuerit promotus. Ac beatus Augustinus libro secundo contra epistolam Parmeniani. Ordinationem ostendit esse sacramentum, & consecratione quadam conferri ei qui ordinatur, & propterea non licere ipsam iterari. Idem docet beatus Dionysius, qui inter primos post Apostolorum tempora fuit in ecclesia Orientali, Episcopum vti vnguetu ad omnem ferme sacerdotalis officij functionem. Ad hec beatus Cyprianus ostendit, quare & quomodo cessantibus his, quæ ritu antiquo veteris testamenti in oleuerant, religio Christiana vñctionis mysterium non contempserit: sed ceteris generali sanctorum consensu damnatis, non solum in regibus & sacerdotibus vñctionis honor permanferit, sed etiam in omni populo catholico. Item b. Hieronymus in Leuit. & Amos manifestè fati indicat, quod sacerdotes suo tempore vnguebantur, vt docet Antrididagma Ecclesie Coloniensis. Non enim, sicut aduersarii docent, per solum commissionem claus traduntur & sacerdotium, sed per cōsecrationem. Ideo perpetuū est: nec unquā ex sacerdote fieri potest laicus in Ecclesia catholica, sicut cōtingit apud hæreticos, quæadmodum ex Tertulliano, libro de præscriptionibus hæreticorum antea retulimus.

*In primitiua ecclesia episcopus oleo vni sole: ad omne ferme sacerdotia is officii functio fuerit.*

### Articulus Sextus.

*Satisfactio est persolutio pœnæ plerumque adhuc debita remissa iam culpa. Nam omnem pœnam peccato debitam semper condonari culpa remissa erroneum est, & scripturis sacris aduersatur.*



**P**eccato remisso, hoc est peccatore in gratiâ & filium Dei recepto, plerumque manere reatum pœnæ, non solum huius, sed & futuri seculi: nec eius duntaxat quæ in boni priuatione consistit, sed & pœnæ quæ est in afflictione tormenti, primò probandum est ex scripturis, omnium veterum scriptorum consensione, & ex ecclesie catholice traditione, generalium quoque Conciliorum definitione: deinde quòd eam persolvere, recompenfare & redimere possimus atque auertere. Quòd igitur

huius seculi pœna, etiam hoc tempore inferenda maneat culpa remissa, clamant calamitates, mors scilicet, infirmitates, rebellio carnis, atque innumeræ aliæ, in quas parentes nostri per peccatum inciderunt, quibusque & nos omnes ex peccato Adæ patris nostri sumus obnoxii: vt testatur Ecclesiasticus. Iugum, inquit, graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ. Propter quas calamitates b. Aug. li. 21. de ciuit. Dei dicit, à propheta vitam nostræ peregrinationis iram Domini vocari, cum ait psal. 76. Aut continebit in ira sua miserationes suas? Et li. de agone Christiano, vindictam vocat has calamitates, Hæc, inquit, vindicta Dei plus clementiæ quàm seueritatis ostendit. Idem clamat sententia illa quam Dominus aduersus mulierè ob eius transgressionem pronunciauit. Multiplicabo ærumnas tuas, in dolore paries filios tuos. Et aduersus Adam, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et, Quocumque die comederis ex fructu illo, morte morieris. Huc quoque facit quod habet apostolus Paulus, Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrāsijt. Testantur passim hoc ipsum & aliæ scripturæ. Nam Exodi 32. post remissum populo constati adoratiq; vituli peccatum ob preces Moysi & populi luctum ac penitentiam, ait Dominus, Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum, Et Nume. 14. ad Moysen Dominus, Dimisi iuxta verbum tuum rebellionè scilicet & incredulitatem: at tamen omnes qui viderunt maiestatem meam & signa quæ feci in Aegypto, nō videbūt terram pro qua iuravi patribus eorum: nec quisquā ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eā. Quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meā. Itè propheta Dauid de Moysè & Aaron loquès, Deus, inquit, tu propitiuss fuisti eis, & nihilominus vlciscès in oēs adinventiones eorū. Nā post offensam ad aquas cōtradictionis, quæ nō satis cōsidèter gloriā dedissent Domino: tamen si eius offensam mox remissionè obtinuerint, pœnā tamè perferre debebāt: Et antea corū soror Maria ob detractionè in Moysen lepra dierū seprè remisso etiā peccato punita est: Pro qua Moysi deprecāti, respondit Dominus, Si pater eius spuisset in faciè illius, nōne deberat saltem 7. diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur.

Ac de

Cap. 40.

Cap. 14.

Cap. 15.

Gene. 2. & 3.

Rom. 5.

Psal. 98.

Nume. 20.

Nume. 12.

Ac de propheta Dauid scripturæ testantur, quòd remisso ei peccato numerationis populi, per Gad prophetam offerretur ex tribus suppliciorum generibus electio. Cui respòdit ipse, Coarctor nimis: sed melius est vt incidam in manus Domini: multæ enim misericordiæ eius sunt, quàm in manus hominum. Et 2. Reg. 12. arguente Nathan propheta Dauidem de adulterio simul & homicidio: & eo dicente, Peccauit Dominus. Respondit Nathan, Etiam Dominus transiecit peccatum tuum, & non morieris: veritatem filius qui natus est tibi morietur. Quem locum tractans b. Greg. lib. 9. super Iob: Dominus, inquit, transiulit peccatum Dauid, omnia tamen quæ pro peccato ei prædicta sunt, postmodum tolerauit. Deus delictum delet, sed inultum non deserit: aut enim homo in se penitens punit, aut Deus cum homine vindicans percutit. Non igitur peccato parcitur, quia sine vindicta non laxatur. Si enim Dauid audire meruit post confessionem, Dominus transiulit peccatum tuum, & tamen multis post cruciatibus afflictus, reatum culpæ quam perpetrauerat exoluit. Nam Deus, ait Iob, inultum abire non patitur. Item in Proverb. Salomò. Si istius in terra recipit, quanto magis impius & peccator. Nec solum plagas à Domino comminatas Dauid sustinuit, sed & gemitibus, lacrymis & vigiliis etiam post veniam, carnem suam maceravit & afflixit, spontaneam assumens satisfactionem. Et Apostoli communi suæ ætatis hominum astimatione rogabant Dominum de cæco ita nato, quis peccasset, ipse, an parentes eius, vt cæcus nasceretur. Ac tempore Euangelij promulgati hanc disciplinam à Domino etiam seruari testatur Paul. dum ait Corinthiis: Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Pro peccato igitur dimisso nihilominus pœnam temporariā sumit Deus, & vindictam exigit. De quo rectè nos admonet Sapiens, ne etiam de propitiato peccato simus absque metu. Et Philippus Melancthon rei euidentia ac manifestis scripturis conuictus, palà in locis theologicis confitetur huiusmodi pœna vindicari peccatum etiā post remissionem. Ait enim, Quanquam diuelli non debent remissio culpæ & remissio mortis æternæ, tamen necesse est discerni remissionem culpæ à remissione pœnarum temporalium huius vitæ. Nam præter communes ærumnas, quas propter peccatū Adæ parentis nostri circumferimus, sancti singularibus pœnis propter priuata quædam peccata puniuntur. Dauid propter adulterium quantas ærumnas sustinuit longo tempore? Primum stuprata est filia, stuprum cædes filii secuta est: deinde mota seditio à filio, stuprata coniuges, interfecti ciues, pater pulsus est: Sic puniti sunt peculiaribus suppliciis Sampson, Salomon, Osiæ percussus lepra, Iosias, Nabuchodonosor, & alii sancti innumerabiles quotidie aliquas pœnas peculiare sustinent. Nec loquor de impiis & reiectis, sed de ecclesia & de sanctis. Horū multi lapsus omnibus temporibus peculiaribus pœnis puniuntur, iuxta dictum psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorū. Item, Iudicium à domo Dei incipit. Ac postea dicit, quòd non omnis, sed principalis pœna peccati & placans iram Dei, transfata est in filium, Christum scilicet, & humeris eius imposita.

**Q**uod autem in futuro seculo iustorum peccata vindicantur, testati sunt patres veteris testamenti, qui longa salutis expectatione & exilio, vsq; ad Christi resurrectionem à societate sanctorum angelorum apud inferos puniebantur, non sine graui afflictione. De quibus Zachar. 9. ca. Tu verò in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua: propter quos dignatus est Christus ad inferos descendere. Peccatum nascendo contrahimus. Et ob peccatum, animæ iustorum expectant adhuc corporum suorum redemptionem, cum enim mortale hoc induerit immortalitatem, tunc primum fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Interim sub altari clamant, Vsquequo Domine sanctus & verus non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? quibus datæ sunt singulæ stolæ alba, & quæ sequitur ca. 6. Apoc. De pœna verò quæ positiuè post hanc vitam affligit iustos, testatur Apost. Paulus apud Coriuth. quædo scribit eos qui superædificauerunt lignum fenenum & stipulam saluos fieri, sic tamè quasi per ignem: vt docet ex hoc loco b. Aug. in expositione psal. 37. & aliis in locis: cuius tractatio pertinet ad articulum 30. de purgatorio.

Esti in hac vita punit & animaduertit Deus in iustorum peccata, nec statim pœnā totam condonat, prout ex scripturis & aduersariorum confessione probatum est: nihil dubitandum est quin eos puniat, etiam post hanc vitam, qui minus purgati hinc exierit. Nihil enim coinquinatum in sanctam ciuitatem Ierusalem intrabit, nec supplicio ferendo obnoxium. Tunc enim erit seculum retributionis & iustitiæ, in quo fiet reuelatio iusti iudicii Dei, & vnicuique secundum opera retribuetur: nunc tempus est misericordiæ

2. Reg. 12.

Ca. 82. & 83.

Penitens de hec peccati in se punire, aut Deus in ipso punit.

Cap. 11.

Iob. 9.

1. Cor. 11.

Eccles. 5.

Secundū Melancthonē discerni debet remissio culpæ à remissione pœnarum huius vitæ.

2. Reg. 13. 15. Iudic. 16. 3. Reg. 11. 4. Reg. 14. 22. Daniel. 4. 1. Pet. 4.

De reatu pœnæ futuri seculi.

1. Cor. 15.

Apoc. 6.

De pœna futuri seculi animas iustorum affligente.

v. Cor. II.

Morientes ple-  
vum que non  
cū plene sol-  
uerit debita,  
pro quibus  
quotidie orā  
Dimittite no-  
bis debita  
nostra.  
Per elemofy-  
nas propitiā-  
dus est Deus  
de peccatis  
præteritis.

Cap. 15.

Qui peccavit  
à licitis absti-  
neat, ut suo  
conditori sa-  
tisfaciat.  
Pfal. 6.  
David olim  
patratū pecca-  
tum, post tot  
tempora quasi  
nuper accidisset  
lugebat.

cordiæ & dispensationis gratiarum. Nam vt dicit b. Aug. cap. 66. in Enchirid. multa ma-  
la hic videntur ignosci & nullis supplicii vindicari, sed eorum poenæ referuntur in po-  
sterum. Neque enim frustra proprie ille dies dicitur retributionis, quando venturus est  
iudex viuorū & mortuorum: sicut e contrario vindicatur hic aliqua, & tamen si remit-  
tantur, in futuro seculo non nocebunt. Propter quod de quibusdam temporalibus poe-  
nis quæ in hac vita peccantibus irrogantur dicit Apof. Si nosmetipsos iudicauerimus, à  
Domino nõ iudicauerimur: cū iudicamur autē, à Domino corripimur, vt non cum hoc  
mundo damnemur. In quo sensu eadē verba apostoli interpretatur idē b. Aug. in sermo-  
ne de poenitentia, & b. Bernar. Homil. 55. super Cantica. Dicit quoq; b. Augult. in eodem  
cap. Enchirid. quod remissio peccatorū magis fit propter futurum iudiciū: vt intelliga-  
mus totū quod agit salutariis sacramentis, magis ad spem futurorum bonorū, quam  
ad retentionē aut adeptiōem præsentium pertinere. Et b. Chryfost. Homil. 5. in epistō-  
lā ad Hebrę. Nemo videns malignos prosperitatē habere turbetur: non est hic retributio  
malignitatis aut virtutis: & si aliquando contingit, velut gustus quidā est iudicii, nõ au-  
tem retributio secundū quod dignum est. Et quia bonus non potest in omnibus bonus  
esse, sed aliqua habet peccata, ideo hic punitur, vt purgatus exeat, & in nullo obnoxius.  
Et cū filii Dei ex Christi institutione quotidie ad patrem clamant vt debita sibi remit-  
tantur, nihil dubitandum est quin plerumq; moriantur nondum his debitis plene solu-  
tis. Quapropter b. Augustinus ca. 71. Enchirid. Delet, inquit, oratio quotidiana fidelium  
minima & quotidiana peccata, & pro eis satisfaci: delet & illa à quibus vita fidelium,  
sceleratē etiam gesta, sed poenitendo in melius mutata discedit. In melius quippe est vi-  
ta mutanda & per elemofynas de peccatis præteritis propitiādus Deus: miserādo delet  
iam facta peccata, si nõ satisfactio cōgrua negligatur: qua neglecta post hanc vitā vsque  
ad vltimū quadrantem exigetur: vt interpretatur b. Cyp. in epist. ad Pomponium. Nulla  
enim peccata impunita relinquit: & ideo necesse est quod puniantur ab ipso homine vel  
à Deo, vt idē dicit circa versic. psal. 88. Non miseraris omnibus qui operantur iniquitatē:  
& lib. 22. contra Faustum cap. 20. Deus nec iusto parit nec impio: illum flagellādo vt fi-  
lium, istū puniēdo vt impiū. Et si peccatū parentū nõ ostroū futuri seculi supplicio vsque  
ad seculi cōsumptionē in filiis Deus vlciscetur, nihil dubitandū est quin grauior vin-  
dicet peccata nostra, propria volūtate & sponte admissa: maneatq; poena in seculo futu-  
ro soluenda, si hic iam nõ soluantur: nec poena tota futuri seculi semper remittatur remissa  
culpa. Hoc docuit Ioan. Baptista, cū ait, Facite fructus dignos poenitentia, quos videli-  
cet parit poenitentia odiumq; peccati: quod nõ cessat, donec totū malū quod ex peccato  
secutum est fuerit destructum, alii enim sunt fructus poenitentia, & alii fructus virtutū  
ac iustitia, & bonorū operū quæ fiunt secundū Domini mandata. Et hi à quibuslibet etiā  
iustis perpetuo exiguntur. Dignē aut poenitēs præter hos fructus, licita alioqui opera ple-  
rūq; sibi interdiceret: & indebita hoc est, ad quæ alias nõ obligaretur, nec obligatur iusti,  
sibi imperare, & asperitatibus ac operibus laboriosis & penalibus se affigere debet, vt  
suo cōditori satisfaciāt, & pro offensā recōpensēt. Hoc enim operatur poenitentia & odiū  
peccati, ne poenas purgatorii in futura vita sustineat: prout concorditer oēs maiores no-  
stri & ecclesia catholica semper docuit. Nā b. Aug. li. de vera & falsa poenit. verba illa Ioā.  
Baptiste tractans, Sunt, inquit, digni fructus virtutū qui nõ sufficiunt poenitentibus: poe-  
nitentia enim grauiores expostulat, & à multis licitis poenitentē abstinere oportet, qui  
per arbitrij libertatē pleraq; cōmissit illicita. Et b. Chryf. Homil. 10. in Matth. quæres quo-  
modo dignē fructificare poterimus. Respondet, Si vtique peccatis aduersā faciamus: Alie-  
na rapiuisti, incipe donare iam propria: Iogo tēpore es fornicatus, à legitimo vsu suspēde  
te cōiugii: deliciis antē ac temulentia distuluebas, ieiunio atq; aquę potu vtrumq; cōpen-  
sa. Et b. Grego. eadem verba explicans, Aliud est, inquit, dignum fructum facere, aliud  
dignum poenitentia fructum facere. Nam quisquis illicita non commisit, huic iure cō-  
ceditur vt licitis vtatur: at si quis in fornicationis culpam vel adulterium lapsus est, tātō  
à se licita debet abscindere, quanto se meminit & illicita perpetrasse. Neq; enim par fru-  
ctus boni operis esse debet eius qui minus, & eius qui amplius deliquit. Et rursus, Cogitā-  
dū sum mopere est, vt qui se illicita meminit cōmississe, à quibusdā etiam licitis studeat  
abstinere, quatenus per hoc cōditori suo satisfaciāt: nam qui admisit prohibita, sibi  
mitem abscindere debet & cōcessa. Et ideo b. Chryf. Homil. 4. de poenitentia, Poenitentia, inquit,  
exhibuit Dauid ita dicens, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis strātū  
meū rigabo: & olim patratū peccatum post tot tempora, quasi nuper accidisset, lugebat.  
Poenitentem nunquam oportet peccatum obliuioni tradere, sed Deum quidem rogare  
ne eius

ne eius meminerit. Si nos eius meminerimus, Deus eius obliuiscetur: à nobis vltionē su-  
mamus, nosmetipsos accusemus, ita placabimus iudicē. Et b. Amb. ad quandā corruptā  
scribens, eadem præcursoris verba tractando, formam poenitentia præscribit, Tu, inquit  
facti proprii iudex esto crudelior, lugubris tibi accipiēda est veltis, mens & membra  
singula digna castigatione puniēda: amputentur crines, qui per vanam gloriam occasi-  
onem luxuria præstiterunt: totum corpus incuria maceretur, cinere aspersum & operu-  
m cilicio perhorrescat: talis actio poenitentia, si fuerit perseverans, audebit sperare:  
etsi nõ gloriam, certē poenę euacuationem. Peccator ergo si sibi non pepercerit, a Deo illi  
parcitur: & si futuras poenas gehennæ perpetuas in hoc paruo vitæ spatio compenfaue-  
rit, seipsum ab æterno iudicio liberat: grandi plagæ alta & prolixa medicina opus est,  
grande scelus, grandem habet necessariam satisfactiōē. Et in sermone. 30. & 31. de elec-  
mosy. Medicina misericordiæ tollit peccata magna: habemus plura subsidia quibus pec-  
cata redimimus: pecunia habes redime peccatū tuum. Non venalis est dominus, sed tu-  
ipse venalis es: peccatis tuis venūdatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua.  
Vilis est pecunia, sed preciosa est misericordia. Elemofyna, inquit, a peccato liberat: cri-  
mina ergo elemofynis redimuntur. Et in lib. 2. de poenitentia cap. 8. Plura, inquit, soluen-  
di habet subsidia qui Deo quam is qui homini debet. Homo pecuniam pro pecunia re-  
poscit, quæ non semper debitori præsto est: Deus & affectum exigit, qui in potestate est:  
nemo pauper est qui Deo debet, nisi qui seipsum pauperem fecerit: & si non habet quæ  
vendat, habet quæ soluat: Oratio, lacrymę, ieiunia debitoris boni census est. Et b. Hier.  
in epitaphio Paulæ, eam verē Christianæque dixisse ac fecisse asserit cū diceret, Tur-  
panda est facies, quam contra Dei præceptum purpurilla, cerusa & stibio sæpe depinge:  
affligendum corpus quod multis vacauit deliciis: risus perpeti fletu cōpensandus, inoli-  
lia lintamina & serica preciosissima, cilicij asperitate sunt commutanda. Et idem in  
Malachiam. Qui peccator est, & quem propria conscientia mordet, cilicio poenitentia  
accingatur, & plangat tam sua delicta quàm populi: atque iterum ingrediatur ecclesiam  
de qua fuerat eiectus & cubet in sacco, vt præteritis deliciis per quas Deum offenderat,  
vitæ austeritate compenset. Et beatus Augustinus in sermone de poenitentia, Non sus-  
ficat, inquit, mores in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi etiam de his quæ  
facta sunt satisfiat Deo per poenitentia dolorem, per humilitatis gemitum, per contritū  
cordis sacrificium, cooperantibus elemofynis. Et alio loco, Nullus, inquit, debite gra-  
uioris poenæ accipit veniam, nisi qualemcumq; (& si longē minorem quàm debeat) poe-  
nam soluerit. Ita enim impartitur à Deo largitas misericordiæ, vt non relinquatur iusti-  
tia disciplina. Et libro de continentia, & in sermone 50. de poenitentia, distinguit tripli-  
cem actionem poenitentia. Et de tertia dicit, Maiorem quisque in se hic feritatem de-  
bet exercere, vt à seipso iudicatus non iudicetur à Domino. Et psal. 50. circa versiculum,  
Ecce enim veritatem dilexisti, hoc est, impunita peccata eorum (etiam quibus ignoscis)  
non reliquisti. Ignoscis confitēti, sed seipsum puniēti: & ita seruat misericordia, quia  
homo liberatur: & veritas, quia peccatum punitur. Et idem habet circa versiculū, Am-  
plius laua me, Et Tertullianus vetustissimus doctōr in lib. de poenitentia, Nemo, inquit,  
liber est à peccatis quia de eis doluit, nisi ieiunauerit. Et b. Cypria. de lapsis, Orandus est  
Dominus, & nostra satisfactiōe placādus, qui negantem se negare dixit. Agite, inquit,  
poenitentiam, plenam dolentis ac lamētantis animi, probate mœstitiam, nec vos cōmo-  
ueat quorundam aut error improvidus, aut stupor vanus: qui cum teneantur in tam  
grandi crimine, animi sunt cæcitate percussi, vt nec intelligant delicta nec plangent. In-  
dignantis Dei maior hæc plaga est: medelam vulneris negligunt, agere poenitentiam nõ-  
lunt: quando debuerant stare, iacuerunt: quando iacere & posternere se Deo debent, sta-  
re se opinantur: pacē sibi vltro nemine dante sumpserunt. Et postea, Eiusmodi, inquit,  
homines quantum potestis effugite. Sermo eorum sicut cancer serpit, colloquiū velut  
contagii transfusio: noxia & venenata persuasio persecutione ipsa peius interficit. Sola il-  
lic superest poenitentia quæ satisfaciāt: qui autem poenitentiam criminis tollunt, satisfac-  
tionis viam claudunt: & ita fit vt dum temeritate quorundā vel promittitur salus falsa,  
vel creditur, spes verę salutis adimatur: Vbi plurima de satisfactiōe pro peccatis scribit,  
& cōtra facilitatē sacerdotū in absoluedo. Itaq; quū nõ ignoraret patres cor contritū &  
humiliatū Deum nõ despiciere: & prophetā Dauid dixisse. Confitebor aduersum me iu-  
sticiā meā Domino, & tu remissisti impietatē peccati mei: quodquē eo dicere post incre-  
pationē Nathan super adulterio & homicidio. Peccaui, dictū sit ei à propheta, Trāstulit  
Dominus peccatū tuum: facilitatē quoq; patris in recipiēdo filio prodigo, dā operosam  
ac diu-

Actio poenitē-  
tie imperat  
poenę euacua-  
tionem.

Affligendo  
nosmetipsos  
per tuas ge-  
hennæ poenas  
cōpensamus.

Dei offensā  
vitæ austeri-  
tate est cōpen-  
sanda.

Deus nostrā  
satisfactiōē  
placādus est:  
Matth. 10.

Psal. 50.

Psal. 31.

2. Reg. 12.

P

*Quare antiquus soleat satisfactio ante absolutionem penitentibus imponi. Ionæ 3.*

ac diurnam exigunt penitentiam, sacros, cilicia, ieiunia, aliasque vite austeritates, ad peccati remissionem omnimodam aspiciunt, quoad culpam scilicet & penam: certissime scientes, & hoc ipsum in ecclesia catholica docti, remissa culpa grauius supplicii plerumque manere reatum. Insinuant etiam non esse veram penitentiam per quam in Dei gratiam reuertimur, nisi tantum fuerit odium peccati, vt in nobis ipsi ipsum vindicemus pro quaeritate & magnitudine culpæ, laboriosa & penalia opera subeundo: vt præceptum satisfaciendi, hoc est, iniuriam quam in Deum commissimus compensandi, in clusum sit in præcepto penitendi & peccatum odiendi. Propter quod antiquitus satisfactio ante absolutionem imponi solebat, vt experimentum sumeretur an vera esset penitentia per quam reconciliatio fieri posset, & quæ diuinam clementiam prouocaret ad culpæ remissionem: sicut Niniuitæ prædicauerunt ieiuniū, vestiti sunt faccis: etiā rex ipse qui dixit. Cōuertatur vir à via sua mala: quis scit si cōuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et similiter Ioelis 2. Ob hanc causam plerumque; nō meminerunt specialiter penæ post remissum peccatum remanentis, eò quod non iudicarent ipsum remissum nisi Deo penitus placato, sic vt ne disciplinam quidē vel emendam requireret. Filium enim prodigum nouerunt statim in gratiam receptum, imò patrē ei occurrisse: sed similiter intellexerunt diuinam iustitiam nihilominus punitionem exigere vsque ad vltimū quadrantem, nisi ipsi nos Dei offensam vindicauerimus, aut charitatis feruore, seu pietatis in proximis operibus, remissionem eius impetrauerimus. Quæ consideratione dicit b. Amb. l. 2. de penit. ca. 10. Facilius inueni qui innocentiam seruauerunt, quam qui congruam egerunt penitentiam. De indignis fructibus & falsa satisfactioe falsaque penitentia ex b. Gregorii sententia tractat magister dist. 16. 4. sententiary: de triplici actione penitentia & satisfactioe pro venialibus sufficiente, ex epist. b. Augustini ad Seleucianā, & ex eius Enchiridio. Manifestū est itaque; & ex concordia patrum sententia, & sanctorum Davidis, Paulæ, & vniuersorum sanctorū exemplo quid, quantumque nobis refert plerumque; expian dum etiā post remissionem peccatorū, & quos illi doceant esse dignos penitentia fructus, quā etiam sententiam eos quorum gerebant curam, non vt suam, sed vt catholicam semper docuerunt. Manifestum est etiam quod illis nō suffecerint soli terrores conscientia qualitercunque; incusi, cū fide qua reliquum vniuersum Christo committeremus, vt qui pro nobis abunde satisfecerit: sed à nobis requirunt & exigunt satisfactioem, quodque; vltione in nos seueritate & castigatione iuxta peccati enormitatem, grauiori vltione Deū nobis faciamus propitiū, ac iniuriā compensemus. Vnde b. Cypr. Deus, inquit, quantum patris pietate indulgens semper bonus est, tantū iudicis potestate meritedus est: quam magna deliquimus, tam granditer deseamus, alto vulnere diligens & longa medicina nō desit, penitentia crimine minor non sit: putas tu Dominū cito posse placari, quē verbis perfidis abnuisti? cui patrimonium preponere maluisti, putas eum facile misereri tui, quem tuum non esse dixisti? Et grauius arguit sacerdotes, qui in recipiēdo peccatores ad pacē & cōmunionem erant faciles. Cōtra euangelij, inquit, vigorem, & contra Domini ac Dei legem datur irrita & falsa pax: dantibus periculosa, & nihil accipientibus profutura: & quæ sequuntur, vbi b. Cypr. velut ad notariam absurditatē deducit, quod quidam præter sanam fidem, & eius confessionē in qua peccauerāt, & cordis cōtritionē, ac ad Deum cōuersionem non aliam asserbant requiri penitentia actionem. Hi, inquit, satisfactiois viam tollunt, atque ita fit vt spem ferē salutis adimant. Similia ferē habet epist. 3. Primi li. & 14. tertii: & in fine epistolæ 4. lib. 4. Pro peccato igitur dimisso ex patrum cōcordia sententia manifestū est remanere reatū penæ, super qua propiciandus est Deus. Manifestū est etiā quod pro eadē penā satisfacere possumus, eā deprecari: & ne infligatur irā Dei auertere, vt dicit prima articuli particula. Nā & hoc cōcorditer docent superius allegatæ patrum sententiæ, quæ vt tūm nomine satisfactiois, propiciationis, cōpensationis, & cōmutationis penæ peccatis præteritis debita. Nec solum ad huius tēporis penā vel penitentia publicis peccatis, enormibus & scādaloſis impositā: sed etiā ad seculū futurū respiciūt, & placandū Deū super peccatis etiā occulte admisisis: hoc enim exprimunt clarissimē. Quod & apertē cōstitetur, & intellexit Ioānes Calui. dicens propterea eos esse lapsos. Quapropter non opus est alia probatione prioris partis huius articuli, quando & ipsi aduersarij cōstentur oēs penæ catholicos scriptores de satisfactioe scripsisse & docuisse quod habet articu. At enim Caluinus. Parum me mouent quæ in veterum scriptis de satisfactioe passim occurrunt. Video quidem eorum nonnullos: dicā simpliciter oēs ferē quorum libri extāt, aut hac in parte lapsos esse, aut nimis asperē & durē loquutos. Nō pudet Caluinū istū vniuersos maiores & in eis eccle. catho. in cuius

*Ioannes Calvinus.*

in cuius schola instituti erant, impietatis dānare, vt suum sensum suumque; statuat errorē. Certē cū ecclesia catholica sit columna & firmamētum veritatis, ad eius iudicium vniuersas quæstiones quæ de fide & religione nascuntur, referre oportet, eiusque; sequi iudiciū, quod facit semper beatus Augustinus & cum eo vniuersi patres. Ipsa ex Christi spōsi sui promissione falli non potest. Insolentissima est insania in quæstionem vertere quæ ipsa docet & obseruat, vt scribit idē beatus Aug. in epist. 118. ad Ianuarium. Caluinus eo venit insania: vt eius doctrinā etiā damnet. Adducendæ sunt autem scripturæ, quod hanc penam restantem & peccatis debitam soluere possumus, mitigare & auertere. Quod hinc manifestum est. Nā omnipotens Deus, etsi nunquam consilium, sententiā tamen frequenter mutat, vt dicit b. Greg. li. 16. circa locum Iob 22. Sublati sunt ante tempus: Sētētia quippe ait in ore, & consiliū in corde est. Et fidelissimus testis huius rei est propheta Dauid, qui suam hāc fidem opere testatus est. Post impetratam enim veniam peccati sui, denuntiata iam ei per Nathan prophetam penā à Deo constituta, quod moriturus esset filius illi natus, deprecatus nihilominus est pro parulo, & prostratus in terram se afflixit ieiunio & cilicio: quem cū post diem septimum suæ afflictionis mortuum intellexisset, locus vntusque; cessauit ieiunare, cuius rationem cū sui admirabūdi quærerēt. Propter insantem, inquit, dū adhuc viueret ieiunauit & fleuit. Dicebam enim, Quis scit, si forte donet eū mihi Dominus, & viuat infans. Sperabat igitur eam ipsam penā sui peccati prædictā se posse per ieiunia sua & afflictiones auertere. Quod tamen ibi non obtinuit, eò quod immutabili decreto hoc ipsum à Deo constitutū erat: obtinuit nihilominus in alio. Nam cū ob peccatū numerati populi, postquam etiam huius eū penituisse, & ex animo contrito humilique; corde, se ad dominū conuertisset, in eiusdemque; punitionē dare tur illi ex tribus optio, fames septēnij, bellum trimēstre, superantibus hostibus, aut pelvis tridui: & hanc potius elegeret, quæ inter regem & plebem ignorat differentiam. tantum affixit seipsum, vt eius respectu Deus vnus diei vindicta contentus fuerit. Nā cū angelum videret cadentem populum, & dixisset ad dominum, Ego sum qui peccauit, ego inique egi, uertatur obsecro manus tua contra me & contra domum patris mei, mox cessauit plaga, quæ alioquin tridiana fuerat constituta. Et propheta Hieremias clarissimē idem testatur cap. 18. Repente inquit, per eum Dominus, loquar aduersus gentem & aduersus regnum, vt eradicem, destruam & disperdam illud: Si penitentiam egerit gens illa de malo suo, agam & ego penitentiam super malo quod cogitauit vt facerem ei: & subito loquar, vt adificem & plantem illud. Quomodo autē istud fiat sine Dei mutatione docet b. Greg. loco statim superius allegato. Idē etiā docet oratio dominica in qua precamur dimitti nobis debita nostra: & Apōst. Pau. Si nos ipsos iudicauerimus, inquit, nō vtiq; diiudicauerimur. Quod tractans b. August. ait in serm. 50. Maiorem quisque; in se seueritate debet exercere, vt à seipso iudicatus non iudicetur à Deo. Et vsus ac consuetudo fidelium semper fuit ad Deum in tribulationibus recurrere, certa que; fiducia precari vt iram suam à populo auertat. Cuius exēpla habet scriptura de Niniuitis, Iudith, Thobia, Sarai, & plurimis sanctis. Nec aduersarij istud diffitentur quoad penam vitam temporalis. Nam Philippus Melancthon in locis theologis palam hoc constitetur. Sciendum est, inquit, penas mitigari nostra penitentia, aut proſus remitti: vt testatur historia Ionæ, Et Eſaiæ 1. dicitur, Si fuerint peccata vestra vt coccinum, erunt candida vt nix. Item, Conuertimini ad me & ego reuertar ad vos, Hiere. 3. Conuertimini filij & sanabo auersiones vestras: & 20. Castigabo te in iudicio, ne tibi innocens videaris: id est, admonebo te de tuo peccato castigatione aliqua, nec tamen perdam te, Ioel. 1. Conuertimini ad Dominum quia misericors est, &c. & remittens penā. Rursum 1. ad Cor. 11. Si nos ipsos iudicauerimus, non iudicauerimur. Pertinent huc & illa preces quæ petunt mitigationem in penis, & simul testantur peccata mereri maiorem penā, sed Deum parcere infirmitati nostræ. vt, Si iniquitates obseruaueris Domine, quis sustinebit: & multa quæ sequuntur. Ac patet interpositis, Postremò semper in cōspectu sit dictū Ezechielis 33. quod etiam de mitigatione penarum cōnacionatur, Viuo ego, nolo mortem peccatoris; sed vt conuertatur & viuat. Has sententiæ & similes quotidie nobis in precatioe proponamus, cū de publicis & priuatis penis cogitandum est, & petēda mitigatio. Ipsæ nos erumnam de his sententijs admoneant, ac meminerimus vtrumque; castigari nos præsentibus penis, & mitigari eas nostra penitentia & inuocatione. Hanc esse sententiam multorum aliorum doctorū etiam iudicio: vt, Eleemosynę liberant à peccato, videlicet quod ad præſentes penas attinet, id est, merentur mitigationem calamitatum huius vite. Haec enim Philippus: Sed quis sanctorum doctorum has scripturas Davidis, Eſaiæ, Hieremias, & Ezechielis

*Penā à Deo committit deprecari possumus & auertere.*

*Dauid vnus diei vindicta placauit Deū de vindicta tridiana.*

*Ionæ 3. Iudith 4. Tobie 3. 13. Cap. 3. Zachar. 3.*

*Psal. 123.*

*Tobie 4.*

*Psal. 6. 172. 142. Cap. 4.*

*Cap. 4.*

*Ad virginem corruptam.*

*Matth. 3.*

*2. Cor. 2. 17. 129.*

*Discrimen est inter penam futuri seculi et ea que est presentis vite.*

*Lib. 9. ca. 30*

*Deuter. vii.*

*1. Paralip. 21.*

*Quaedam pena peccatis ex congruo, quedam autem ex condigno debetur.*

*Cap. 18.*

*Luc. 23.*

*In comen. ad Roma. 1. Baptismus nec gemitum nec platum in baptizatio requirit.*

unquam intellexit de presentis seculi penis & calamitatibus duntaxat? In futurum seculum sancti respiciebant, Domine, inquit propheta Dauid, Ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, & car. Ac Tobias, Eleemosyna, inquit, ab omni peccato & a morte liberat, & non parietur animam ire in tenebras. Et Daniel, Peccata tua Eleemosynis redime. Nec sententia sanctorum Augustini, Chrysolomi, Hieronymi, Ambrosij, possunt intelligi habito ad penam huius seculi respectu. Nam Beatus Ambrosius, Si peccator, inquit, subipsi non pepererit, a Deo illi parcurit: & si futuras penas gehennae in hoc paruo vite spacio compenferit, seipsum ab aeterno iudicio liberat. Et beatus Augustinus, Ascendat homo aduersum se tribunal mentis suae, si timet illud quod oportet nos exhibere ante tribunal Christi, vt supra dictum est. ac Ioannes Baptista ad dignos poenitentiae fructus hortatur, vt ef fugiam iram venturam. Quod autem scriptura, Conuertimini ad me, & ego couertar ad vos, intelligatur mitigando scilicet poenam temporalem: & alia, Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit, in hac vita scilicet se castigantem quis sustinebit? ipse met reclamant, nec sentium hunc patiuntur. Neq; enim tam solliciti atq; anxij fuerunt Dauid & reliqui sancti ad effugiendam huius vitae temporalem poenam, quam nouerunt medicinalē esse & salutarē, quin in futurū seculum magis spectauerint: scit et dictē Dei promissiones. Hic praetereundū non est, quod magnū est discrimen inter poenā futuri seculi peccatis debitam, quae per se debetur etiā ex condigno, & inter poenam vitam praesentis, quae de congruo & extraordinariē ex speciali causa pro peccatis a Deo redditur. Illam deprecari possumus, auertere, cōpensare: hanc nō semper, quādo scilicet Deus eā certo & immutabili cōsilio pro peccato remisso inferre disponit. Tūc enim nulla poenitentia, nulla supplicatione auerti, redimi, vel compensari potest: vt dicit B. Grego. tractans sententiam B. Tob cap. 9. Deus cuius resistere ira nemo potest. Ait enim, Cum supra me indignatio sese, vt ira dixerim, medullitus mouet, hanc oppositio humana non retinet: nec se vtiliter cuiuslibet deprecatio obijcit, cum semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc enim est quod Moyses qui roatum totius plebis apud Deum suis fletibus terst, dumque se obicem obtulit, diuinā iracundiae vim placauit, ad petram Oreb veniens, & pro aq; exhibitione diffidens, promissionis terram ingredi Domino irascente non potuit. Saepē hac de re affligitur, saepe desiderio se excitante turbatur: & disposita vltionis iracundiam repellere a semetipso non valuit, qui hanc volente Domino & a populo amouit. Hinc Dauid quia prostrata plebe postmodum angeli gladium prece cōpescuit, prius plorans & euilans nudis pedibus filium fugit, & quousque perpetrati facinoris vltionem ad plenum reciperet, iram Dei pro semetipso temperare nequaquam valuit: in quo poenarum genere sunt mors & miseria huius seculi. Quod autē quaedam poena extraordinariē, & quasi de congruo atq; ex speciali causa alicui culpa quandoque etiam minima a Deo irrogetur, & alia de condigno & ordinariē culpa respondeat, declarat B. Bona. dist. 26. 2. senren. q. 1. art. 1. ad 3. & 4. argumētum. Primi generis poena est quod peccatores quosdam subito ē medio tollit, paupertatem immittit, & in presenti vita grauius affligit: sicut quosdam iustos temporaliter remunerat, nihil minus in futuro seculo daturus. Ea enim quae ordinariē & de condigno meritis in futuro seculo respondent, non minuantur per retributionem extraordinariam. Vtraq; autem poena per nostram poenitentiam tolli potest, dicente Hieremia propheta, Si poenitentiam egerit gens illa a malo suo, agam & ego poenitentiam, & c. Flagella autem quibus a Deo percutimur, si suscipimur patienter, sunt satisfactoria, & per modum etiam vindictae compensare possunt poenā in futuro seculo debitam.

**H**IC considerandum est ad exactiorem intellectum articuli, quod aliquando culpa mortali per magnam contritionem, vel sacramentum poenitentiae remissa, tota etiam poena condonatur: quemadmodum articulo 2. probatum est de baptismo & martyrio. Et dictum est latroni in cruce cum Domino morienti, Hodie mecum eris in paradiso. Quod autem in sacramento poenitentiae non fiat plena solutio, probant scripturae & patrum sententiae, quas superius citauimus. Et ecclesia catholica absoluit sacramentaliter imponere solet poenitentiam, ieiunia, aliasq; afflictiones: nō autē baptizatis, quibus secundū sententia b. Amb. gratis omnia condonat, nec gemitū requirēs, nec platum. Est enim baptismus sacramentū regenerationis & renouationis, per quod in familia & domū Christi, omnibus quae foris gesta sunt condonatis recipimur. Domesticos autē castigat & flagellat pro ratione peccatorū que admittunt: quemadmodum docet Cōci. Trident. sess. 5. c. 14. & etiā declarat B. Tho. cōt. gentiles, li. 4. c. 72. In omni enim domo & ciuitate seruari oportet disci-

disciplinam, & in peccata vindicari. In Christi autē familia omnia aguntur vice & loco Christi: & ideo per ea aboletur poena coram eius tribunali debita. Tanta tamen esse potest contritionis magnitudo, vt culpā & totam poenam simul aboleat. Et ideo art. dicit, plerunq; deberi poenam remissa iam culpa. Condonatur tota etiam poena, quādo fit cōmunicatio plenariē indulgentia, de qua agetur articulo 30. An verō satisfacere possimus pro culpa veniali & mortali quoad offensam & poenā aeternā, per gratiā & spiritū Christi, quē prius natura nobis impartitur Deus in gratiā & ob meritū Christi, quā peccatum & poenā aeternā remittat: cū per contritionē & verā poenitentiam, quae ex Christi spiritu proficiuntur illorū fiat remissio, postea inter difficultates quae circa articulū cōtingunt dicemus: inter quas etiam est, qualis sit poena per se peccatis remissis debita, an huius seculi an futuri: & quomodo intelligatur cōmutatio poenae in temporale, quomodo etiam nostra satisfactio non prauidet nec deroget plenae redemptioni factae per Christū. De his & aliis vbi magna ex parte licet cuiq; in suo sensu abundare infra sumus dicturi. Loquitur autem articulus de Satisfactione quae est per solutio imposita arbitrio sacerdotis, in specie vel in genere: eō quod de ea nullū sit dubium apud catholicos, quodq; hęc proprie fit pars poenitentiae: quamuis interim articulus etiā verus sit de poena voluntariē assumpta. Vtrum autem aliqua satisfactio fieri possit pro culpa mortali & poena aeterna, apud eosdem catholicos in quaestionem vertitur. Ex dictis manifestum est quod articulus totus certū & infallibili fide ab omnibus fidelibus sit suscipiendus: quod scilicet post culpam remissam tam venialem quā mortalem plerunq; maneat reatus poenae: non solum in hac vita sustinenda, nec poena damni dūtaxat in futura vita: quam patres in limbo patiebantur, vsque ad Christi ad inferos descensum, & quam iam animae iustorum vsque ad corporum suorum resumptionem patiuntur: verum etiam poena sensus & grauissimae afflictionis in seculo futuro, propter propria peccata nostra voluntate admittā. Nam Thesalonicensibus scribit Apostolus Paulus, quod sustinebant tribulationes in exemplum iusti iudicii Dei, quod propterea grauius erit in futuro seculo. Manifestum quoq; est quod illam persoluere possumus, compensare, redimere, deprecari: nec de istis vllō modo dubitari posse, eō quod post Ecclesiae cathol. & omnium scriptorum ecclesiasticorum concordē sententiā (prouer etiam Ioan. Caluissus palā fateretur) accesserint generalium quoq; Conciliorū, in quibus super his acerrimē disputatum est, definitiones. Nam in Concil. Florent. definitū est, quod si verē poenitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint, eorum animae poenis purgatorijs post mortem purgantur. Et in epistola synodotica, approbātibus Graecis & Armenis viris doctissimis, qui ei Concilio intererāt, scribit Eugenius quod satisfactio vna est pars poenitentiae, quae imponitur arbitrio sacerdotis, quodq; hęc praecipue fiat per orationē, ieiuniū, & eleemosynā. Conciliū itē generale tēpore Innocentij 3. in cap. Omnis vtriusq; sexus, de poen. & remis. habet poenitentia cōsentibus esse iniungendam. In ca. quoq; Cum ex eo, abolitis veteribus canonibus poenitentialibus, dicit poenitentialis satisfactio per misericordiam indulgentias eueruari. Et antiquissimū Concilium Nicenum meminit canonū poenitentialium: qui cōstituti erant non tantū in disciplina quasi politica, sed etiam ad placādum Deum, & satisfaciendū pro peccatis: vt constat ex Cypriano & veteribus scriptoribus ecclesiasticis. Propter quos conones Philippus Melanc. in opusculo de ecclesia, Concilium hoc, quod apud omnes maiores nostros quasi euangelium susceptum est, aude reprehendere: palam asserens patres Concilij in hac re non satis cautos fuisse, propterea quod ea quae ibi statuta sunt traditiones humanae sint extra scripturam, ac femina multarū superstitionum opinio. Nihil non aude huiusmodi hominū temeritas & arrogantia. Conciliū quidē Trident. sess. 5. ca. 14. poenitentia hominis Christiani post baptismū multo alia est quā baptismalis: quodq; contineat satisfactio per ieiunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritalis vitae exercitia: non quidē pro poena aeterna quae vel sacramento vel sacramenti voto vna cum culpa remittitur, sed pro poena temporali, quae vt sacre literae docent nō tota semper, sicut fit in baptismo, dimittitur illis qui gratiae Dei quae acceperunt ingrati spiritum sanctū cōtristauerunt, & templum Dei violare non sunt veriti, De hac poenitentia scriptum est, Memōr esto vnde excideris: age poenitentiam, & prima opera fac. Et iterum, Quae secundum Deum tristitia est poenitentiam in salutem stabilem operatur. Rursus, Poenitentiam agite, & facite fructus dignos poenitentiae. Paret igitur quod totus articulus ab omnibus fidelibus firma & infallibili fide sit suscipiendus.

*2. Thesi.*

*Concilium Florentinum definit, fidelium animas sine dignis poenitentiae fructibus hinc deceptos, poenis purgatorijs purgari.*

*Poenitentia hominis Christiani, multo alia est quā baptismalis.*

*Apoc. 2. 2. Cor. 7. Matth. 3. Difficultates in articulo.*

**S**unt tamen ut diximus, circa hunc articulum multæ difficultates, circa quas magna ex parte unicuique in suo sensu abundare licet, modo tamen hunc submitrat iudicio ecclesiæ catholicæ, cuius equidem iudicio & omnium rectius sententiam & nos subii- cimus, & quæ dicturi adhuc sumus, & quæ hæcenus diximus. Prima itaque difficultas est. Nam si post remissam culpâ reatus pœnæ maneat, quam soluere possumus, atq; om- nem offensam patris cõpensare, videtur Christus gratis mortuus esse pro nostra omniũ redemptione: sicut in simili argumentatur Aposto. Paulus, cap. 2. epist. ad Galatas: De- inde quomodo non obtineatur gloria, plene saltem redemptionis & integre satisfactionis mortis Christi, pro omnibus culpis & suppliciis quibus sumus obnoxii, si non ipse solus totaliter pro omnibus debitis nostris satisfecit, sed partim ipse & partim nos soluimus: Ipse scilicet pro culpa mortali & pœna æterna, nos aut pro pœna temporali, cuius reatus manet iuxta articulum, culpa remissa. Quod si satisfecit ipse pro pœna etiã temporali, iniquè nobiscũ agit ut si adhuc à nobis illius exigatur solutio. Quod autẽ Christus plenè & inte- grè satisfecit pro omni culpa omniq; pœna, passim testatur scripturæ, quæ habet quod ipse est propitiatio nõ pro peccatis nostris tantum, sed etiam pro totius mudi. Et alio lo- co. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ, cuius liuore sanati estis. Apud Esaiam quoq; Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus propter scelera nostra. Disci- plina pacis nostræ super eum. Itẽ Apostolus Paulus, Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ: quomodo nõ etiã cũ illo omnia nobis donauit? Rur- sus ad Colos. 2. Donans nobis omnia delicta, delens quod erat aduersum nos chirographũ decreti, quod erat contrariũ nobis, & illud tulit de medio affigens illud cruci. Plena igitur est, integra & perfecta, non partialis, non mutila Christi redemptio, propitiatio, & satisfactio pro omni culpa mortali & veniali, omniq; pœna peccatis nostris etiã remissis debita. Nulla est hic dubitatio nisi de modo quo intelligitur articulus, & de vero sensu scripturarum, quibus articulus in speciem aduersari videtur. Ad hæc difficultates statim se offert responsio, si consideremus quod idem spiritus fidei & charitatis, ex quo patri grata erat filii sui redemptio & satisfactio, nos etiã inhabitat, & viua facit Christi mebra: quodq; Christus ipse verius per suum spiritum in nobis operatur, quàm operemur nos ipsi. Intelligimus enim quod miram gratiã, dignitatem, & valorem apud patrem opera nostra habeant: nõ vt à nobis, sed vt à Christo & spiritu eius profisciscuntur. Hinc enim dignitatem, valorem, & gratiam habeat & Christi opera redemptio & satisfactio. Idem autẽ hic spiritus & omnia eius charismata, in quibus patri est bene placitũ in filio suo prædi- lecto, abundè effunduntur in nos secundum mensuram donationis Christi, per quæ cha- rismata & diuitias facti sumus sufficientes propria debita quæ contraximus persoluere, spontaneè ex vero amore filiali offerendo: quod gratius est ei, quàm si ab eo flagellemur, & secundum quantitatem offensæ sumatur de nobis supplicium. Multò namq; gratius est quod sponte ex odio offensæ patris, nos ipsos castigamus & vliscimur, quàm si solũ patienter flagellũ eius sustineamus: maxime post hanc vitã quando secundum iustitiã vt iustus iudex unicuique retribuet, etiam flagellando filios secundum opera eorũ. Nam Do- minus testatur de seruo fideli, quod multa superlucrat & supererogat ex quibus debi- ta soluere potest. Et cũ ex scripturis manifestũ sit, quod mereamur coronã gloriæ & vitã æternam, si legitime certamus: nihil dubitandum quin possimus emẽdare & satisfacere, nos ipsos vindicando, & flagella patris patienter ferendo. De merito isto manifesta sunt scripturæ: imò principium fidei est, quod Deus inquirentibus se est remunerator: Nec minus manifesta de satisfactione: quia sancti nõ vindicarent aduersum se peccata, nisi vindictam Dei per hoc euadere possent. Hinc est monitio b. August. in homil. 50. Ascen- dat, inquit, homo aduersum se tribunal mentis suæ, si timet illud, quod oportet nos ex- hibere ante tribunal Christi: cõstituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat. Nam mi- natur hoc Deus peccatori dicens, Arguã te, & statim contra faciẽ tuam. Rursum Apost. Si nos ipsos iudicemus, nõ vtiq; iudicemur. Similes sententiæ ex b. Amb. ad virginẽ corruptam, & b. Hieronymo in Epitaphio Paulæ sunt supra citatæ. Ac tantum abest, vt per nostram satisfactionem obscuretur gloria mortis & victimæ Christi, eiusq; ple- nissima satisfactio: vt magis etiam illustretur, quod ex miseris & pauperibus, per mortẽ suam in omnibus diuites nos fecit, & gloriosos Dei filios: vt nos ipsi habeamus etiam in nobis thesaurum, ex quo patri satisfacere possumus, eumq; nobis placere, quàm si nobis in miseria & paupertate relictis, ipse precium solueret pro nobis: illud enim maius est, & in sublimiorem nos gradum subuehit. Ita enim nos voluit honorari per filium suũ pater cœlestis,

1. Ioannis 2.

1. Pet. 2.

Cap. 5. Rom. 8.

Responsio ad difficultates

Per charisma- ta spiritus Christi reddi- mur sufficien- tes ad persol- uenda propria debita. Math. 25. Iaco. 1. 1. Thess. 5. Roma. 2. 2. Timo. 2.

Psal. 49. 1. Cor. 11.

cœlestis, vt omnia ea nobis communicaret, & abundè effunderet, quorum sumus capa- ces: nec solus ipse operaretur, sed pro nostra salute nos quoq; ei coopereremur, quorum autem capaces non sumus, sine nobis Christus principalem operatur effectum: dignatur tamen & in illis quoad preparationem nos habere cooperarios. Et in scripturis Domi- nus nos honorando hac ratione loquitur, quasi principalem effectum hic quoq; nos o- pereremur, Facite, inquit, apud Ezechielem, vobis cor nouum & spiritum nouum. Item alio loco, Auferte præputia cordium vestrorum: Laua à malitia cor tuum. Et Dominus in Evangelio, Quicumque perdidit animam suam, viuificabit eam. & Ioannes Apo- stolus, Omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se. Vitam tamen ac nouitatem spiritus, Dominus ad nostram preparationem operatur solus, excedunt enim hæc om- nem creaturæ facultatem: sicut fortassis & satisfacere pro culpa mortali aut eius mereri remissionem: propter quod sine applicatione mortis Christi, nunquam mortale pecca- tum, nec pœna æterna remittitur. Pœnæ autem temporalis solutio, filiorum Dei fa- cultatem non excedit: Et ideo sua morte tales nos fecit, vt ex nostro thesauro, sine vlla suffragij alterius vel etiam mortis Domini emendatione, satisfacere possumus.

Ad ea verò quæ ex scripturis obijciuntur de plena & integra satisfactione Christi, re- spondetur, quod plena est eius satisfactio, redemptio, & propitiatio pro vniuersis: non so- lum quo ad culpam, quam tamen præcipuè & principaliter respiciunt: verum etiam quo ad pœnam temporalem, culpa dimissa remanentem: sed per sufficientiam, non autem secundum efficientiam & fructus participationem. Nam qui per baptismum familiæ Christi nondum sunt inisti, propitiatiois participes non sunt: nec illi qui de peccatis suis nondum pœnitentes per claus ecclesiæ remissionem non acceperunt: pro quibus tamen sufficiens & copiosa facta est redemptio in ara crucis. Similiter Christi satisfactio pro pœna temporali abundè sufficit, sed efficax non est ad eã expiandã sine applicatione.

Dices fortassis illos ideo non esse participes propitiatiois, quia Christo non iun- guntur, nec sunt inter membra eius: ipse autem tanquam caput solum pro membris satisfecit: & his solis applicatur satisfactio & redemptio, qui ei tanquam membra v- niuntur.

Cui respondetur primò, quod scripturæ generalius loquuntur, nempe quod mortuus est pro omnibus, etiam pro impijs: Atque ita non solum pro membris. Et minor in hoc esset gratia & gloria Christi, si solum mortuus esset pro membris suis & amicis. Catechu- menus namque ante baptismum ex morte Christi consequi potest per fidem & veram cordis contritionem, peccatorum remissionem & gratiam patris, qui tamen pro solum baptismum sit Christi membrum. Obtinuit enim Christus sua morte, & apud patrem meruit, vt quæ à corpore erant aliena, fierent sua membra per baptismum, cuius effectus totus eius Christi morte procedit & manat. Nam teste Apostolo Paulo, Complantati in- isti sumus Christo per mortẽ eius. Est igitur hæc propitiatio & satisfactio Christi inte- gra & perfecta quo ad culpã, & pœnam etiam temporalem, culpa dimissa remanentem, si spectetur eius sufficientia: nec plenior esset, nec efficacior, si millies vel solum semel, & singulariter pro vnoquoque nostrum esset mortuus, sed nõ est efficax, nec assert salutem, nisi bona patris voluntate eius fiat applicatio. Hoc modo & secundum hanc intelligen- tiam B. August. interpretatur redemptionem factã in Christo, in responsione ad primum articulum falsò sibi impositum, qui erat, quod Dominus noster Iesus non pro omnium redemptione sit passus. Quod, inquit, ad magnitudinem & potentiam precij pertinet, sanguis Christi redemptio est totius mundi: sed qui hoc seculum sine fide Christi & si- ne redemptionis sacramento pertranseunt, redemptionis sunt alieni. Poculum quip- pe immortalitatis quod consecutum est, habet quidem in se vt omnibus profuit, sed si non bibitur non proficit. Et hanc doctrinam beati Augustini secutus est beatus Thom. 3. parte quæst. 49. artic. 1. in solutione 3. argu. Vbi dicit quod Christus sua passione nos li- berauit à peccatis casualiter, id est, inquit, instituens causam nostræ liberationis, ex qua possent quæcumque peccata, præterita, præsentia, & futura quocumque remitti, sicuti si medicus faciat medicinam, ex qua possint etiam quicumque morbi sanari. Certum est autem, quod eodem modo quo redemptio, intelligenda est etiam satisfactio perse- cta Christi, pro omni culpa omniq; pœna totius mundi etiam temporali (spectando scilicet precij magnitudinem & sufficientiam) quæ tamen sine fructu & inutilis manet, nisi poculum bibatur, & eius fiat applicatio. Sicut enim factus est causa salutis æternæ omnibus non simpliciter, sed obtemperantibus sibi: ita causa est redemptionis omni- bus qui ex fide in Christum verè pœnitentiam agunt: maxime si sacramenta contra pec- cata

Cap. 18. Ierem. 4. Luca 17. 1. Ioan. 3.

ipsum spiri- tus unitatẽ operatur so- lus Deus.

Ad obiectio- nes solutio.

Christus pro omnibus pec- catis ita quo ad culpam, quàm quoad pœnam secun- dũ sufficientiam, sed non secundum ef- ficientiam sa- tisfecit. Obiectio.

Responsio.

Catechume- nus ex morte Christi per si- dem et cordis contritionem potest remis- sionem pecca- torũ assequi ante bap- tismum. Rom. 6.

Christus sua passione nos liberauit à peccatis casu- aliter.

Hebræ. 5.



cata instituta adhibeantur : per quæ quasi per canales quosdam deriuatur sanguis Christi, eiusque virtus & efficacia animabus nostris aspergitur. Quò ad pœnas verò temporales, quarum reatus culpa remissa manet, Christi satisfactio nobis communicatur in baptismo, qui omnem tollit peccati reatum : & in sacramento penitentia pro deuotione & dispositione penitentis. In hoc enim est differentia inter penitentiam & baptismum : cum illa adhibeatur vt medicina, cum qua sua virtute infirmus concurrit : & vt plenior sit sanatio in morbo corporali, quanto perfectior est naturæ concurfus, ita in morbo animæ : Baptismus verò est regeneratio ad quam qui nascitur non cooperatur : quam differentiam maiores nostri docent ex cap. 6. & 10. epistolæ ad Hebræos. Applicatur etiam in extrema vnctione, in sacrificio missæ & per indulgentias ex dispensatione thesauri ecclesiæ : Si autem eius nulla nobis fiat communicatio, nec supplicii deprecatione quò debitum nobis gratiosè condonetur impetremus, necesse est quòd nos ipsi per ieiunia, elemosynas, & orationes soluamus : patri nostro æquè gratum offerendo, atque esset debita pœnæ solutio. Nam per æquivalentis oblationem redimimus pœnam nostris peccatis debitam. Plura, ait B. Ambro. habemus subsidia quibus peccata nostra redimimus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Nam elemosynis crimina redimuntur. Si verò non fuerit in hoc seculo diuinæ iustitiæ satisfactum, vindicabitur, & igne purgatorio expiabitur in seculo futuro. Hoc autem discrimen est inter satisfactionem Christi pro pœna æterna & pro temporali, quòd sine eius applicatione nunquam remittitur pœna æterna, nec expiari potest : sed sine illius applicatione, vt ex dictis manifestum est, temporalis pœnæ debitum solui potest & expiari : sicut per pœnam purgatorii secundum diuinæ iustitiæ feruentem, certum est ipsum solui & expiari. Non minus autem Deo satisficit per vindictam quam de nobis ad patrem plenè placandū spontaneè sumimus : cum est pro peccatis satisfactio, quam mors Christi. Cui responderetur quòd nulla est pro peccatis satisfactio, quæ non manet & deriuetur ex virtute satisfactionis factæ in ara crucis. Nam per mortem suam Christus meruit nobis infundi spiritum suum : quodque nostra opera per ipsum sint satisfactoria : Nec propterea omnis pœnæ peccatis debita solutio, fit per communicationes satisfactionis illius : Christus tamen est qui per nos & in vobis per suum spiritum satisficit.

*Et declarat B. Thom. li. 4. contra gentes. cap. 72.*

*De Heliæ & ieiunio ca. 10.*

*Obiectio, & eius solutio.*

*Alia obiectio.*

*Responsio. Per verâ cordis contritionem nobis applicatur satisfactio Christi.*

*1. Cor. 11.*

*Jerem. 18. Ionæ 3.*

Iterum contra dicta obijcies, quòd satisfactio Christi nobis applicatur per nostra opera pœnalia, ad expiationem pœnæ temporalis : sicut per contritionem ad remissionem mortalis peccati, & pœnæ æternæ : ex qua communicatione & coniunctione, nostra opera sunt fortassis satisfactoria, & satisfaciendi efficaciam accipiunt : & non ex spiritu Christi inhabitante, aut ex nostri operis valore, sicut dictum est. Vel solum satisfactoria sunt dispositiue : inquantum ad applicationem. sicut de contritione dictum est, disponunt : vt sic Christus satisfaciatur solus, ad nostram tamen operationem, vt soli Christo sit omnis gloria in peccatorum expiatione. Vel saltem si nos satisfacimus nostra virtute, eius satisfactio non excludatur : sicut vitam æternam nos meremur, cum eandem promeruerit nobis & ipse, prout testantur scripturæ : vt nulla sit satisfactio sine applicatione satisfactionis Christi. Quibus responderetur, ex scripturis constare quòd per veram cordis contritionem nobis applicatur satisfactio Christi ad pœnæ æternæ condonationem. Nam cor contritum Deus non despicit. Et eadem scripturæ fortassis non patiuntur quòd penitens in consortium huius satisfactionis, vt & ipse propriè satisfaciatur, admittatur, de quo tamen sumus infra dicturi. Ad satisfactionem verò pœnæ temporalis & ad vindictam peccatorum nostrorum, in recompensam iniuriæ patri illatæ, eadem scripturæ nos inuitant & hortantur : nec tacent quòd nostræ afflictiones gratiam habeant & efficaciam Dei iram placandi. Cum igitur nostra vltio, iusta rerum æstimatione, debito cui sumus apud Deum obnoxij possit esse æquiualens, contra rationem & scripturas hæc di Pauli sententia. Si nos ipsos iudicemus, non vtiq; iudicemur : Propter quod B. Amb. vt superius diximus, clarè docet, quòd peccatori à Deo parcat, si sibi ipsi non pepererit. Et B. Chrysost. Si nos peccati meminerimus, Deus eius obliuiscetur : & iudicem placabimus, si à nobis vltionem sumamus. B. Gregorius quoque per lamenta penitentia malum perpetratum dicit corrigi. Et apud Prophetam Dominus, Si penitentiam egerit gens illa, agam & ego penitentiam super malo quod cogitauit facere ei. Ac de Ninuitis dicit Propheta Ionas, quòd vidit Deus opera eorum : & miserum est super malicia quâ locutus fuerat. Nam Deo satis fieri per penitentia dolorem, humilitatis genium, & per contriti

contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosynis, docent B. Aug. B. Greg. & concorditer omnes patres, Propterea opus non est communicatione satisfactionis Christi, quando ad hanc expiationem & debiti solutionem filiorum opera sufficiunt, compensant, & redimunt quod contra Deum est admissum. Nec à nobis iustè pœna exigi possit, vel in purgatorio, si à Christo plenè esset pro peccato iræ Dei satisfactum secundum iustitiam. Et quòd quidam dicunt, satisfactionem Christi necessariò concurrere, vt causam vniuersalem, impertinens est, nec dictis obstat. Nam causa vniuersalis efficaciam causæ particularis non tollit. At tamen satisfactio & mors Christi verè sit causa vniuersalis nostri meriti & satisfactionis, an solum originalis & conseruatiua, ac Deus ipse vt author gratiæ sit causa prima & vniuersalis, non est locus hic disserendi, nec multum ad præsentem pertinet difficultatem. Nam in miraculis quæ ex virtute à Christo accepta operati sunt Apostoli, non videret ipse vt homo tanquã causa vniuersalis fuisse cooperatus. Et hic maior est Christi gloria, quòd Apost. sua virtute à Christo accepta miracula sunt operati.

Iterum obijctur. Christus nobis meruit vitam æternam, & tamen secundum scripturas eam nos etiam meremur ex applicatione meritorum eius. Idem igitur dici poterit, quòd satisfactionis applicatione nos satisfacimus, vt sic nullius pœnæ solutio sine Christi fiat satisfactio. Responderetur quòd scripturæ vtrumque docent nos, scilicet vitam æternam mereri & Christum eam nobis promeruisse. Nam solum ex eius merito paruuli baptizati eam accipiunt, & adulti accipere possunt sine merito proprio : Nec tamen vitam æternam ex communicatione meriti Christi nos meremur, sed ex dignitate & virtute quas merito mortis eius accipimus. Nec in hoc est discrimen inter meritum vitæ æternæ & satisfactionem, cum vtrumque fiat sine applicatione actuali satisfactionis vel meriti mortis Christi. Sed hic quaeritur qualis nam sit hæc satisfactio, quæ est tantum per sufficientiam, vel vt dicit B. August. consideratione magnitudinis precij ? Non enim secundum veram nominis rationem dici potest satisfactio, nisi precij fiat applicatio pro eo qui debet, & acceptatio à creditore : quando autem hæc fiunt, est efficacia satisfactoria. Ergo satisfactio per sufficientiam tantum, non meretur nomen satisfactoria : Nec redemptio & reconciliatio per sufficientiam merentur hæc nomina. Iterum quaeritur, An Christus quantum est ex parte eius aliter satisfecit pro eo cui efficax est satisfactio, quam pro eo cui est solum sufficientiam ? Quibus responderetur, Si proprietates nominum considerentur, non est verè & simpliciter satisfactio, nec redemptio, nec reconciliatio, nisi fuerit secundum efficientiam : Quia si non est numeratum precium, & acceptatum, non est redemptum nec reconciliatum, qui debito vel seruituti erat obnoxius. Et si numeratum est, & acceptatum à creditore, simpliciter sine cõditione debitor liberatur, & iniuria ei fieret si inuitus detineretur, vel adhuc exigeretur debitum. Quando autem precium numeratum est sub cõditione solui, vel duntaxat paratū est, & deputatum solutioni, non liberatur debitor : Redemptio autem generis humani, satisfactio & reconciliatio solum factæ sunt, considerando precij parati magnitudinem, quòd non est numeratum & applicatum ex sola Christi passione, & satisfactione in cruce facta : sed pro applicatione supplicare & laborare debitorem oportet : Quo modo intellexit B. Aug. vt diximus nostram in Christo redemptionem. Si autem intelligatur secundum alios facta esse numeratio & acceptatio patris, sub cõditione tantum facta est, qua non impleta, rationes horum nominum propriè non saluantur. Et hunc duplicem modum satisfaciendi manifestè docent scripturæ : quibusdam dicentibus, Christum semel oblatum esse ad multorum exhaurienda peccata. Et de sanguine suo dicit Dominus Apostolis. Qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Et alio loco, Quòd filius hominis venit dare animam suam in redemptionem pro multis. & Apostolus 1. ad Tim. 4. Speramus in Deum vitam, qui est saluator omnium hominum, & maxime fidelium, Quod tractans liber de vocatione gentium, dicit quòd Apostolus confirmat bonitatem Dei su pro vniuersos homines esse generalem, partem tamen quandam humani generis specialibus beneficiis ad salutem prouehi. Et in locis aliis habent scripturæ, quòd pro omnibus gustauit mortem, quodq; pro omnibus mortuus est. Et quòd posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Est igitur Christus modo quòdam saluator & redemptor omnium hominum : & alio quòdam multorum tantum, & non omnium. Qui modi explicantur per efficaciam & sufficientiam, in causa & cū effectu, simpliciter & sub cõditione. Et reuera Christi mediator officij erat, patri offerre copiosam redemptionem, & precium pro vniuersis sufficienter relinquere patri volitari & dispositioni, quibus prodesset secundum æternam eius prædeterminationem : Ad quã in electis impledam ipse in mundum venit, & mortè sustinuit : sic sci-

*Iterum obijctur.*

*Solutio.*

*Nos vitam æternam meremur, sicut nobis Christus eam promeruit.*

*Secundum nominis proprietatem non est verè & simpliciter satisfactio, nisi que est secundum efficientiam.*

*Hebræ. 9. Matth. 26. Matth. 20.*

*Hebræ. 2. 2. Cor. 5. Iste 53. Christus quòd dāmodo omnium hominum saluator, quòd modo multorum tantum, et non omnium.*

fic scilicet quod patri reliquerit applicationem, & media per qua applicatio erat futura. Nam quod paruulus baptizatur, & per baptismum mortis Christi in eius salutem fiat applicatio, non est ex Christi merito, sed ex aeterna patris electione: & ex eiusdem est dispositione quod alter sine sacramento baptismi moritur, in quem scilicet iustam vindictam decreuit exercere. Et similiter in adultis: Nisi quod plerunque hi sua culpa participio meritorum Christi priuantur. Recte enim dicit beatus Thomas quaest. 29. de veritate, art. 7. ad 4. Quod meritum Christi non aequaliter omnibus quoad efficaciam applicatur, partim est ex libero arbitrio, partim ex diuina electione: per quam quibusdam misericorditer effectus Christi confertur, & alius iusto iudicio subtrahitur. Idem habet magister noster Ioannes Driedonis insignis theologus nostrae scholae in lib. de redemp. gen. humani, & Ioan. Capreol. in 3. senten. distinct. 18. quaest. vnicā, circa solutio. argumentorum Scoti contra quartam conclusionem. Et verisimile est quod Christus sciens patris voluntatem, quam venit adimplere, pro electis suam mortem voluit esse efficacem: & pro aliis quos nouit a patre reprobatos, optauit quidem esse efficacem quantum in ipso erat, voluntate quasi compassionis: non tamen applicauit, nec proprie & simpliciter pro eis obtulit: certus quod pater nollet pro eisdem acceptare, nec media adhibere, per qua rota fit eius applicatio. Nam pro sua reuerentia a patre exauditus est semper. Ex his patet quomodo intelligenda sunt scripturae adductae circa hanc difficultatem. Et dum ibi proponitur, Si Christus satisfecit pro peenis dimissa culpa relictis, inique iterum exigitur a nobis quod semel per Christum solutum est. Respondendum est, Si simpliciter per numerationem, & acceptationem patris, pro debito nostro facta esset satisfactio, inique a nobis iterum exigeretur: sed non sic facta est, vt ex superioribus est manifestum: sed aliquo modorum qui prius sunt expressi. Nam quoad istud eadem est ratio de satisfactione pro culpa mortali, & de ea qua per Christum facta est pro peena temporali. Neutra namque prodest nisi fuerit applicata. Secunda est hic difficultas de qualitate peenae post culpam remissam manentis, an sit huius seculi peena, an futuri: Et si futuri, an eadem qua peccato non remissa debetur: & si ad seculum pertinet futurum, videtur quod solum post hanc vitam eandem sustinendo soluere possimus. Ait enim Saluator, Venit nox quando nemo potest operari. Et ecclesiastes, Quaecumque potest facere manus tua, instanter operare, &c. quia nec opus nec ratio erunt apud inferos, quo tu properas: atque ita non possemus hic pro peccatis satisfacere. Et si huius seculi peena debetur, non poterit solui post hanc vitam, in qua locum non habent ieiunia, elemosynae & aliae carnis afflictiones. Probabilior est sententia in obscura hac & difficili quaestione B. Thomae in 3. parte quaest. 86. artic. 4. quam explicat Cardinalis Caietanus in quaestionibus eidem parti adiectis, quaest. 4. de contritione, quod regulariter illa sit peena futuri seculi, cuius reatus manet culpa dimissa. factaque reconciliatione. Ad hoc enim proprie pertinet iudicium & retributio pro meritis vniuscuiusque, & quod eadem sit qua ante remissionem peccato mortali respondebat ratione conuersionis, & voluptatis quam Deo relicto habuit, in eius creatura bonoq; commutabili & perituro, iuxta scripturam, Quantum se glorificauit & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Idem itaque & quidem aequale supplicium ignis peccato dimisso & ante dimissionem respondet, nisi quantum virtute clauium & contritionis condonatum est vel diminutum: similiter alia supplicia afflictiua, ablata tamen perpetuitate, & qualitatibus qua sequuntur hostilitatem & inimicitiam cum Deo: quale est perpetuum exilium a societate sanctorum & facie Dei, desperatio & odium Dei, qua proprie debentur auersioni qua relinquimus Deum fontem aquae vitae, sordientes cisternas dissipatas, qua aquas continere non possunt. Hac late declarat Cardinalis Caietanus quaest. supra dicta. In peccato enim mortali est auersio ab incommutabili bono, & inordinata conuersio ad bonum commutabile. Et ex parte auersionis consequitur ipsum exilium a societate Dei & sanctorum, & reatus peenae aeternae: vt in aeternum puniatur, qui contra aeternum bonum peccauit. Ex parte autem conuersionis inordinatae consequitur reatus peenae afflictiuae cruciantis: eo quod inordinatio culpa non reducit ordinem iustitiae, nisi per penam. Iustum est enim vt qui voluntati suae plus indulsit quam debuit, contra voluntatem suam aliquid patiat, iuxta illud quod ex Apocalypsi citatum est: vt sic fiat aequalitas iustitiae, sicut qui alterum laesit in fama, vel bonis, tenetur damnum reparare, quamuis sit reconciliatus. Peccato enim mortali iustitia violatur & amicitia cum Deo. Et qua conuersio ad bonum commutabile finita est, peccatum mortale ex hac parte non habet, quod ei peena aeterna debeatur. Et ideo qualiscumque fuerit conuersio inordinata

Pro reprobis Christi mortem suam non proprie obtulit.

Responsio ad alia obiectiua.

Ioan. XI. Cap. 9.

Peena cuius reatus manet culpa dimissa committere est peena futuri seculi. Apocal. 18.

Hiere. 2.

Thom. in 3. parte qu. 86. art. 4.

nata ad bonum delectabile sine auersione a Deo, non debetur ei nisi peena temporalis tantum. Quando igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur auersio a Deo: quum anima Deo iterum per conuersionem coniungatur, atque redintegretur amicitia: & ex consequenti tollitur reatus peenae sempiternae, remanente tamen reatu peenae temporalis prolixioris & acerbioris, secundum culpae grauitatem & adhaerentiam affectus in conuersione. Diuturnitas enim peenae respondet tenacitati & adhaerentiae affectus, & acerbitas grauitati culpa, vt dicit B. Thomas distinct. 21. 4. quaest. 1. art. 3. quaest. 3. Atque hoc ipsum declarauit B. Cyrillo vnus eorum qui ob merita B. Hieronymi suscitati sunt, & ad vitam redierunt. Scribit enim B. Cyrillus ad Augustinum se interrogasse ab eo in quo tormenta differrent infernalis ab his qua sunt in purgatorio, eumque respondisse quod nihil inter se differunt: quia eadem sunt magnitudine peenae purgatorij & inferni: hoc solo differentes, quod infernalis finem non expectant, sed augmentum in iudicij vniuersalis die, quando corpora cum animabus cruciabuntur: & purgatorij peenae sunt cum fine. Nam post expletam poenitentiam inde exepri gaudiis beatissimis perfruuntur. Commutatur autem peena futuri seculi in eam qua est praesentis vitae, arbitrio sacerdotis, virtute clauium, quando pro peccatis confessis imponitur in poenitentiam oratio, ieiunium, vel elemosyna, qua tunc succedunt in locum prioris poenae per se peccato debita: cuius reatus & obligatio per illam commutationem arbitrali videtur extingui, si iusta est & peenae aequiualeat: sicuti quando votum peregrinationis in elemosynam commutatur: qua si non impletur per impotentiam sine culpa contentitis, vt quia morte praenitur, an redeat peenae futuri seculi reatus, vt intelligatur arbitrium sub conditione tantum impletionis, certum non est: quemadmodum nec in huiusmodi votorum commutatione: Satisfactio autem sic imposita virtute clauium est pars sacramenti poenitentiae & proprie satisfactio: quamdiu vero commutatio facta non est arbitrio sacerdotis est compensatio, redemptio, vel aequiualentis redditio iusto Dei iudicio, non proprie solutio eius quod debetur. Ideo frequenter doctores veteres & scripturae sacrae redemptionis, compensationis, liberationis nominibus & similibus vtuntur: dicente Daniele, Peccata tua elemosynis redime. Et Thobia, Elemosyna liberat ab omni peccato: ac beatus Ambro. Multa habemus subsidia quibus peccata redimimus. Rursum Proverb. 13. Redemptio animae viri proprie diuitiae. Diximus autem eandem & aequalem esse poenam inferni & purgatorij, nisi quantum virtute clauium & contritionis condonatur. Nam contritio ex duplici capite poenam sensus remanentem, & ab aeternitate exutum tollere potest: ex poenaltate scilicet sibi annexa, & ex merito passionis Christi per sacramentum poenitentiae, etiam solo voto susceptum, nobis communicato: vt declarat Cardinalis Caietanus quaest. 4. superioris citata. Ex superioribus patet quod in contritione, & in sacramento poenitentiae mutatur peena aeterna in temporalem: non aliam spem, sed eandem, ablata sola aeternitate, & supplicii qua amicitiam Dei non commutatur. Est tamen aliorum sententia probabilis, quod fiat commutatio in aliam poenam temporalem non determinatam, sed in aliam indeterminatam & in genere, vel huius seculi vel futuri. De quo Cardinalis Caietanus quotlib. 2. quaest. 13.

Tertia difficultas est, an satisfacere possimus pro culpa etiam mortali & peena aeterna, cuius reatus sequitur. Hic praemittendum est quod satisfactio est actus iustitiae, & voluntaria redditio aequivalentis ei quod abstulimus, secundum iustam rerum aetimationem. Est tamen & alia satisfactio qua fit secundum acceptationem gratiosam eius qui laesus est: & quamuis condigna non sit, ipse habet pro aequivalente, estq; ea contentus. Est & considerandum varia esse opera poenitentiae. Quaedam enim praedant iustificationem, quibus ad eam praeparamur, & Deus ad facilius reconciliandum prouocatur: De his Ionas propheta, Crediderunt, inquit, viri Niniuitae in Domino, praedicaerunt ieiunium, induiti sunt sacco a maiore usque ad minorem: & vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malicia quam locutus fuerat. Et Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & plactu, & scindite corda vestra, &c. quis scit si conuertatur & ignoscatur Deus? De quibus operibus plerunq; loquuntur sancti, quando hortantur ad poenitentiam, vt B. Cypr. de lapsis, Deus, inquit, quantum patris pietate, indulgens semper & bonus est, tantum iudicis potestate est metuendus: quam magna deliquimus, tam granditer deseamus. Putas ne tu Dominum cito posse placari, quem verbis perdidisti abnuisti? Ac B. Ambro. ad virginem corruptam simile habet. Et huiusmodi opera olim imponi solent poenitentibus post auditam confessionem, iusq; impletis reconciliabantur & impendebatur absolutio. Nam respiciere

Diuturnitas peenae respondet tenacitati & adhaerentiae affectus: acerbitas autem grauitati culpa.

Danie. 4. Thobie 4. Ser. 30. & 13

Peena aeterna mutata in poenam temporalem non est a se diuersa species.

Ionae 3.

Epist. 69.

Epistola ad Honoratum.

Rom. II.

Psal. 50.

Homo duobus modis Deo efficitur debitor.

Offensa recipit quatenus ab eo in quem committitur oblationis solutio.

scere cupientibus sacerdotes ecclesiarum prepositi poenitentiam, hoc est poenitendi tempus constituere solent, & castigationes ac opera pia imponere: idque auctoritate, ut sanctissimus Leo papa scribit, diuina, Mediator, inquit, Dei & hominum homo Dominus Iesus Christus hanc prepositis ecclesiarum dedit potestatem, ut poenitentibus poenitentiam satisfactionem darent, & eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per annum reconciliationis admitterent. Et B. August. Alii, inquit, reconciliationem, aliis poenitentiam actionem petentibus &c. Idem cap. vii. de adulter. coniug. Quae inquit baptismatis, eadem & reconciliationis est causa: si forte poenitentem vitae periculum praecipauerit. Item in Homil. 50. tres dicit esse actiones poenitentiae, quas ibidem profequitur. Ac B. Cypria. in serm. de lapsis, & in epistolis frequenter. Alexander quoque tertius in cap. Quod quidam de poenit. & remis. Et Innocentius tertius in cap. Officij, eodem titulo. Nam ieiuniis, elemosynis & orationibus Deum placari in superioribus ostensum est. Huiusmodi enim operibus suos electos gratia praeueniens ad veram poenitentiam & peccatorum remissionem Deus praeparat: quae tamen omnia usque ad spiritum sancti inhabitantis aduentum pro peccatis per iustitiam non satisfaciunt: inclinant tamen Dei patris clementiam, ut propter filium misereatur, & in gratia recipiat. Et probabile est quod satisfactio quae est pars sacramenti vniuersa haec opera complectatur, quae opportuna sunt ad conciliandum Deum, imò & ea quae conducunt ad cauenda peccata. Efficax namque odium peccati omnia haec operatur. Alia sunt opera iustificacione etiam tempore sequentia, quando culpa mortalis ac poena aeterna sunt condonata: De quibus solis loquitur articulus: & ostendimus quod de condigno & secundum aequalitatem ad quam poenae peccati debita sunt. Sunt & opera quae natura sequuntur gratiam facientem, & spiritum Christi per eam nos inhabitantem, quae tamen praecedunt naturae peccati remissionem, quoad culpam & poenam aeternam, ut docet b. Thomas 12. q. 113. art. 8. Vltima namque ad gratiam dispositio, quae est cum gratia infusione, sicut de condigno meritoria est vitae aeternae, ut idem dicit q. 112. art. 2. ad 1. argu. & art. 7. in solutione 4. argumenti, q. 112. ita secundum iustitiam satisfactoria esse potest. De his solis operibus dubitatur apud doctores, an proprie satisfaciant pro culpa mortali & poena aeterna, secundum quod a Christo pro spiritu fidei & charitatis procedunt. Hic autem supponitur quod gratia Christi gratos nos patri faciens, & spiritus per eam inhabitans omnino gratis comunicantur, ut nec sub merito, nisi Christi solius cadere possint, nec possumus aliquid facere ut ex debito nobis tribuantur. Nam si gratia, inquit, Apostolus. iam non ex operibus. Sed de conuersione mentis, poenitentia & contritione, quae sunt effectus & opera spiritus Christi inhabitantis, per quem Christus ea operatur in nobis, dubitatur an ut vitae aeternae, ita mereantur ex operis dignitate quam ex spiritu Christi habent, culpa mortalis & poenae aeternae remissionem: ita videlicet ut tam gratia sint ista coram Deo, quam displicebat culpa mortalis. Nam cor contritum & humiliatum Deus despiciere non potest: nec affectum huiusmodi filialem, ex quo grauius de patris offensa dolet, plenè se patris disciplinae & flagello submittens. De quo Beatus Thomas distinct. 15. 4. sentent. q. 1. art. 2. docet quod hic affectus verè & proprie pro peccato mortali & aeterna poena satisfacit, sicut proprie meremur vitam aeternam. Homo, inquit, dupliciter Deo debitor efficitur: vno modo ratione beneficii accepti: alio autem modo ratione peccati commissi: & sicut gratiarum actio vel latria respicit debitum accepti beneficii, ita satisfactio debitum peccati commissi. In his autem honoribus qui sunt ad parentes & deos, etiam secundum Philosophum impossibile est aequiualens reddere secundum quantitatem, sed sufficit quod homo reddat quod potest: quia amicitia non exigit aequiuales nisi secundum quod possibile est: & hoc etiam aequale est aliquo modo, scilicet secundum proportionalitatem: quia sicut se habet quod Deo est debitum ad Deum, ita hoc quod iste potest reddere ad eum: sic aliquo modo forma iustitiae conferatur. Similiter est ex parte satisfactionis. Vnde non potest homo satisfacere, si dictio, Satis, aequalitatem quantitatis importet, contingit autem si importet aequalitatem proportionis. Et sicut hoc sufficit ad rationem iustitiae, ita ad rationem satisfactionis. Ad argumentum autem quod proponitur: Satisfactio debet aequari offensa, sed offensa in Deum commissa est infinita, quia quantitatem recipit ab eo in quem committitur: Cum ergo actio hominis non possit esse infinita, videtur quod homo Deo satisfacere non possit: Respondetur, Sicut offensa habet quandam infinitatem ex infirmitate diuinæ maiestatis, ita & satisfactio infinitatè accipit ex immensitate diuinæ misericordiae: prout gratia informatur, per quam acceptum redditur quod homo reddere potest. Quidam tamen dicunt quod peccatum ha-

tum habeat infinitatem ex parte auersionis, & quod sic gratis dimittatur: sed ex parte conuersionis finitum est, & sic pro eo satisfieri potest. Sed hoc nihil est, quia satisfactio non responderet peccato, nisi secundum quod est offensa Dei: quod non habet ex parte conuersionis, sed solum ex parte auersionis. Alij verò dicunt quod etiam quantum ad auersionem pro peccato satisfieri potest virtute meriti Christi, quod quodammodo infinitum fuit. Et hoc in idem redit cum eo quod prius dictum est, quia per fidem mediatoris gratia data est creditibus: si tamen alio modo gratia daretur, sufficeret satisfactio per modum praedictum. Haec ibidem B. Thomas. Et in 3. sentent. distinct. 1. videtur aperte dicere, quod pro peccato mortali Deo satisfacere possumus, etiam non praesupposita satisfactione Christi: ac satisfacere quoad offensam in Deum commissam, ratione gratiae ex qua satisfactio procedit: & quo ad nocumentum ratione actus: Pro originali vero quo ad offensam tantum, non quo ad nocumentum securum: quae intelligit non innitendo satisfactio Christi. Inestimabilem namque valorem & dignitatem membrorum Christi opera habent, ex eo quod potius sint Christi opera ex ipsius spiritu profecta, quam hominis. Et ideo nihil mirandum est, si satisfaciant secundum strictam iustitiam pro culpa mortali & poena aeterna: quando scilicet cor ex vero Dei amore conteritur, & odit peccatum, se patri omnino, ut diximus, subiiciens. Ioannes Capreolus circa distinct. 15. 4. paucis explicans sententiam B. Thomae. Purus, inquit, homo non potest perfecte satisfacere Deo, nisi in virtute meriti passionis Christi: eius autem virtute, perfecte, hoc est adaequando emendam culpam per aequalitatem, potest satisfacere. Imperfectè tamen, secundum accceptionem scilicet Dei, qui ea contentus est: quamuis condigna non sit, hoc est secundum aequalitatem proportionis, sine huius virtute ex spiritu inhabitante, potest satisfacere. Cardinalis verò Caietanus circa art. 2. q. 13. partis, latius verba B. Thomae interpretans, dicit sententiam eius esse, quod purus homo, hoc est, qui gratiam non habet, non possit pro minimo peccato satisfacere: accepta autem gratia ex merito Christi potest soluere aequiualens in valore quo ad poenam & culpam pro peccato mortali, adaequando per aequalitatem emendam culpam. Et in solutione 4. dubij docet, quod Christus Dominus secundum veritatem dupliciter causat nostram satisfactionem: primò ut causans charitatem & gratiam in nobis qua satisfactio nostra acceptatur: secundò ut satisfactor pro peccatis totius mundi. Et ex hoc, inquit, satisfactio mea ex duobus capitibus habet efficaciam: primò ex charitate in me, qua fit & est Deo accepta: secundò ex hoc quod immititur satisfactio Christi: quae longè profequitur & declarat. Et quia opera ista quibus continetur satisfactio Christi in nobis operatur quasi caput in membris, & eius spiritum & gratiam transfusam ab eo habemus, ideo totam hanc remissionem culpae & poenae in eum referre oportet: non autem in nos, nisi ut eius membra in quibus & per quae ipse operatur. Et cum satisfactio opus sit iustitiae, ex genere suo contra gratiam distinguitur: & quanto plus gratiae operi additur, tanto minor est satisfactionis ratio. Quocirca perfecta satisfactio est ea sola, cuius valor & precium totum manat à debitore, nullum autem à praeueniens vel interueniente gratia creditoris: ut dicit Ioan. Cypria. Quia igitur satisfacere non possumus sine gratia Christi in nos per ipsum transfusa: quamuis solutio sit aequiualens, non tamen perfecte saluatur ratio satisfactionis. Quemadmodum igitur de condigno vitam aeternam promeremur, ita de condigno secundum aequalitatem, iusta culpae & contritionis nostrae habita ratione, Deo pro ea satisfacimus.

Declarato articulo profequemur sententias & argumenta quibus vtuntur aduersarij: qui omnes huius articuli particulas impugnant. Et primò sententiam Ioannis Caluini, qui non sustinet electos, vel temporaliter hic puniri. Docet enim Deum in iustiorum peccata animaduertere, sed flagellis & castigationibus: idque ex amore tanquam patrem in filios, ut probentur & admonentur, quantum Deus peccatum odiat: non autem in eos animaduertere ad vindictam, nec poenam esse eorum castigationem.

Verum quando & ipsi scripturae testimonijs sese armant, videamus qualia sint, quae ipsi obtinent argumenta. Dauid, inquit, de adulterio & homicidio à propheta Nathan obiurgatus, veniam peccati accipit: & tamen morte filij, quem ex adulterio susceperat, poenae poenae quae post culpam est. Item apud Lucam Dominus de muliere peccatrice, ait remissa esse illi peccata multa, quia dilexit multum. Et peruersè semper & praepostere facta Dei estimant? At si obseruassent, quod minime praeterendum erat, duo esse diuini iudicij genera, longè aliam in hac Dauidis correptione vidissent poenae formam.

Purus homo non potest perfecte pro peccato Deo satisfacere.

Opera quibus satisfacimus Christus in nobis operatur.

Argumenta aduersarij.

2. Reg. 12. Daniel. 4. Proverb. 19. 1. Pet. 4. Luce 7.

formam. quoniam quæ ad vltionem tendere putanda sit. Quoniam autem nostra omnium non mediocriter reſerit intelligere, quorum pertinet Dei caſtigaciones, quibus in peccata noſtra animaduertitur: & quantum ab exemplis differunt, quibus impios & reprobos cum indignatione proſequitur: ſummam perſtringere non abs re arbitror fuerit. Iudicium vnum docendi cauſa vocamus vindictæ, alterum caſtigacionis. Porro iudicio vindictæ ſic intelligendus eſt Dominus inimicos ſuos vltiſi, vt iram aduerſus illos ſuam exerceat, confundat, diſſipet, in nihilum redigat. Id ergo ſit nobis proprie Dei vindicta, vbi puni- tio cum eius indignatione coniuncta eſt. Iudicio caſtigacionis non ita ſentit vt irſcatur, nec vindicat vt perdat & confundat. Vnde non eſt ſupplicium proprie aut vindicta, ſed correctio & admonitio. Alteri iudicis eſt: alterum patris. Index enim cum ſauioſam punit, in ipſum delictum animaduertit, & de ſauiore ipſo pœnam experit. Pater cum filium ſeuerius corrigit, non hoc agit vt vindicet aut multet: ſed magis vt doceat, & cautiorem in poſterum reddat. Paulo diuerſa ſimilitudine Chryſoſtomus alibi vi- tur que tamen eodem recidit. Verberatur, inquit, filius, verberatur & ſanctus. Sed hic vt ſeruus, quia peccauit, punitur: ille vero vt liber & filius, diſciplina indignis caſtigatur. Hinc correctio in probationem & emendationem cedit, illi in flagella & panas.

Reſponſo.

Sunt hæc duo diuini iudicij genera ſine & animo caſtigantis & affligentis diſtincta: neutrum tamen iudicij, pœnæ aut vindictæ tollit rationem. Nam B. Grego. lib. 6. comment. in Iob ca. 82. & 83, citans hanc hiltoriam de Dauide, aperte docet quod Deus vindicauit eius peccatum. Delictum quidem, inquit, delerit, ſed multum non deſerit. Aut enim homo in ſe penitens punit, aut Deus cum homine vindicæ percutit: quia ſine vindicta non laxatur. Sic enim Dauid audire meruit poſt confeſionem, Dominus tranſiit peccatum tuum: & tamen multis poſtea cruciatibus afflictus, reatum culpæ quam patrauerat, exoluit. Nam Deus ait B. Iob inultum abire non patitur. Nec agitur hic ad quæ ſinem quouæ affectu filios Deus caſtiget ac puniat: ſed an peccator in gratiam receptus, maneat quandoque temporalis pœnæ obnoxius, eiusq; ſerenda ob admiſſum peccatum reus ac dignus: propter quod & hic à Deo affligitur. De quo nihil dubitat B. Auguſt. li. 1. de ciuit. Dei, cap. 8. & 9. Et aperte teſtatur de Dauide liber ſecundus Regum ca. 12. Quare contempſiſti verbum Domini, ait ipſe per prophetam Nathan Dominus, vt faceres malum in conſpectu meo? Vriam Ethæum percuſiſti gladio, & vxorem illius accepſiſti in vxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon. Quamobrem non recedet gladius de domo tua vſq; in ſempiternum. Ac poſtea, Quoniam blaſphemare feciſti inimico nomen Domini propter verbum hoc, filius qui natus eſt tibi, morte morietur. Nec ignorat iſta Caluinus, diſſimulat tamen, atque rem ipſam per ſe ex ſcripturis & experi- tia certiffimam per diſtinctionem ac diuerſitatem finis & affectus affligentis, obſcuram atque perplexam reddit: Attramen veritatis euidentia conuictus ſcribit in iuſtorum peccata à Deo animaduerti: & longè aliam in hac Dauidis correptione eſſe pœnæ formam, quam quæ ad vltionem tendere putanda ſit. In præſenti igitur tractatione non multum reſert intelligere quorſum pertineat Dei caſtigaciones, quibus in noſtra peccata animaduertit: & quantum differat ab exemplis quibus impios & reprobos, quos pro iſdem habet, cum indignatione proſequitur. Caput enim huius diſputationis in eo conſiſtit, an Deus in hoc ſeculo peccata puniat, & an hoc Dei iudiciu non affigendo euadere poſſimus: Vtrū vero ex indignatione id faciat an ex amore, impertinens eſt huic diſputationi. Duo autem eſſe iudicij diuini, imò & humani genera, vindictæ ſcilicet & caſtigacionis & nos conſitemur: ſed iudicium vindictæ tunc ſolum eſſe intelligendum, quando inimicos ſuos vlticitur, vt iram ſuam aduerſus illos exerceat, eos confundat, diſſipet, in nihilum redigat, reclamant ſcripturæ & eccleſiaſtici ſcriptores: qui intelligunt iudicium vindictæ quando malum pœnale pro meritis peccanti inſigitur. Quod ſi fiat ſine relatione ad ſinem vltiorem, proprie vindicta eſt, & retributio mali ad iuſtitia conſeruacionem. Si autem referatur ad bonum quod per punitionem peccantis expeſtatur, vtputa ad eius emedationem vel cohibicionem, aut aliorum quietem, vindicta quidem eſt: ſed ex amore ad ſinem ſuperiorem relata. Nam Deus vindicat propitius, ſicut iratus: vt dicit B. Aug. li. 2. de peccator. merit. citans prophetam Dauidem, Tu propitius eras illis & vindicans in omnes affectiones eorum. In filios quippe damnacionis vindicat iratus, in filios autè gratiæ vindicat propitius: dum quem diligit, corrigit: & flagellat omnem filium quem recipit: Ac inſinuans quid nomine vindictæ & caſtigacionis intelligatur. Nulla, inquit, vindicta, nulla correctio, nullum Dei flagellum debetur niſi peccato. Falſum eſt igitur quod proprie Dei vindicta eſt, vbi puniſio cum eius indignatione coniuncta eſt. Vindicat enim propitius, ſicut in Moyſen & Aaron vindicabat. Falſum etiam eſt quod in iudicio caſtigacionis non eſt ſupplicium proprie aut vindicta, ſed correctio aut admonitio. Eſt enim

2. Reg. 12.

Cap. 24.  
Non agitur hic quo ſine quoue affectu filios Deus caſtiget, ſed an eos iſte per aliter caſtiget poſt peccatu remiſſum.

Duo ſunt genera iudicij diuini, vindictæ & caſtigacionis. Iudicij vindictæ eſt quo malū pœnale pro meritis peccanti inſigitur. Cap. 19. Pſal. 98.

Eſt enim ſuppliciu & vindicta ſecundū b. Aug. quod peccato reſponderet: & plerumq; re- ipſa idem eſt iudiciū caſtigacionis & vindictæ ſola ratione & ſine differens. Et iudex etiā facinoroſum corripere poteſt, vt cautiorem in poſterum reddat: & pater filium, vt vindicat in aliorum exemplum, nullā ſperans illius emedationem. Et ſicut verberatur ſeruus quia peccauit, ira flagellari poteſt & filius. Soli enim peccato, vt diximus, hæc debentur, cum omnis pena peccati alicuius ſit pœna. vt idem Aug. docet 3. lib. de lib. arbit. Affectus tamen paternus, & affectus Domini diuerſos fines proprie reſpiciunt: quamuis dominus affectum paternum, & pater affectum dominantium induere poſſit. Verum dominus chriſtianus plerumque quaſi patrem ſe ſeruis exhibet. Per hos tamen fines nō mutantur rationes vindictæ, pœnæ & ſupplicij, ſed magis perficiuntur. Chryſoſt. aut reſpicit affectus & fines proprios patri & Domino. Nam ſeruus vt talis, eſt propter dominū non ratione ſui, ſue proprie ſeſilli aut bonum & ſalutem in eius gubernatione ſpectare pater debet. Sed & ſi hæc omnia quæ aſſumit Caluinus ei concederentur, nō probarent tamen quod Deus filios ſuos non puniat nec affligat propter peccatum, in quo huius diſputationis cardo verſatur. Falſum eſt igitur quod iudex ſcleratorum punies in ipſum delictum animaduertat, & de ſauiore ipſo pœnam experat, ſi intelligatur hic eſſe vltimus finis punitionis: eod quod pœnam ordinet in publicum bonum, vt exemplo alii terreantur: vt pater filium ſeuerius aliquando corrigit, non vt doceat, aut cautiorem in poſterum reddat, ſed vt vindicet in ſalutem totius familiæ.

Vt breuiter & expedite rem totam teneamus, hæc ſtatuantur prima diſtinctio. Vbi cuiq; pœna eſt ad vltionem, ſibi maledictio & ira Dei ſe exerit, quam ſemper à fidelibus continet: caſtigatio contra & Dei benedictio eſt, & amoris habet teſtimonium, vt docet ſcriptura. Hoc diſcrimē paſſim ſatis Dei verbo notatur. Quicquid enim afflictionum in præſenti vita ſuſtinent impii, nobis depingitur ceu quoddam inferorum atrium, vnde æternam ſuam damnacionem eminus conſpiciunt. Tantumq; abeſt vt inde emendantur, aut ſuauiter aliquem percipiant, vt potius talibus præluſis ad diſſimulanda, quæ tandem eos manet conſuſionem apparent. Caſtigans autem caſtigat ſeruos ſuos Dominus, ſed morti non tradit eos. Quare eius ſeruus verberati bonum id ſibi fuiſſe faietur ad verā eruditionem. Vt autem ſanctos vbi que legimus, tales pœnas placido animo ſuſcepſiſſe, ſic aſſumptis ſemper flagella ſemper vehementer ſunt deprecanti. Caſtiga me Domine, inquit Hieronias, ſed in iudicio non in ira tua, ne forte imminuas me. Eſſe ſinde ſurorem tuam in genes que te non noverunt, & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt. Dauid autem. Domine ne in ſurere tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

Diximus hic non agi quo ſine pœna inſigatur, ſed an aliquando à Deo pro peccato inferatur: & quamuis ſine ira Deus neminem puniat, non tamen ſemper maledictio eſt vbi cuique pœna eſt, vel afflictio ad vltionem aut ira Dei. Nam vlticitur peccata, & ad vltionem affligit, non ſolum animas impiorum ſed & iuſtorum, ſecundū earum merita retribuens. In hoc enim ratio vltionis ſue vindictæ coſiſtit. Et de Moyſe & Aarō ſcriptū eſt, quod Deus propitiu vltictebatur in oēs adinventiones eorū, vt ſepe iam diximus: & verè penitens aduerſum ſe vindicat iniuriam Dei. Et ipſum vltum eſſe in peccatum etiam Dauidis, docet clariffimè beatus Auguſtinus, pſal. 50. circa verſiculum. Amplius laua me, &c. Vide, ait, quem inuocas: iuſtum inuocas, odit peccata. Si iuſtus eſt vindicat in peccata: miſericordia eſt quod ignoſcat peccanti, iuſtitia eſt quod peccata puniat. Quid ergo quaris? miſericordiam? Impunitum manere peccatum? reſpondeat Dauid, Non impunitum erit, ſed ideo nolo vt tu me punias: quia ego peccatum meum punio. Et circa verſiculum, Ecce enim veritatem dilexiſti, &c. Sic, inquit, miſericordiam prærogati vt ſeruare veritatem: ignoſcit conſententi, ſed ſeipſum punienti. Ita ſeruatur miſericordia & veritas: miſericordia, quia homo liberatur: veritas quia peccatum punitur. Aduerſatur etiam ſcripturis quod flagella iuſtorum non ſunt à Deo irato. In ſcripturis enim ſancti conſentunt Dominum ſibi ob peccata irarſi, quando in ea animaduertit: quemadmodum apud Eſaiam. Conſitebor tibi Domine quoniam iratus es mihi, & conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me. Item Abac. Cum iratus fueris, miſericordia recordaberis. Et Thob. Cùm iratus fueris, miſericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis. Et Iob, Iratus eſt contra me furor eius, & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum. Inſuper multis in locis ſcripturæ ſancti Dominum quaſi iratum propter peccata ſua precantur. Nec poteſt habere locum euafio Caluini, quod ſcilicet hæc ſanctorū oratio non ad Dei punientis affectum vel conſilium, ſed ad vehementem doloris ſenſum reſeratur, quo afficiuntur qui vel qualemcunque eius ſeueritatem ſuſtinent. Nam ipſæ ſcripturæ non habito reſpectu ad effectum ſanctorum qui affliguntur, ſimpliciter pronunciant à Deo irato ſanctorū caſtigaciones plerūq; proficiſci: vt Num.

Auguſtinus generaliter ſuppliciu & vindictæ ac pi pro eo reſponderet.

1ob. 5. Prover. 3. ad Heb. 12. Pſal. 117.

Cap. 10. Pſal. 6. et 36.

Reſponſo. Deus ſine ira neminem pm uir.

Pſal. 98.

Deus eſt ſanctus ob peccata irarſcit. Cap. 12. Abac. 3. Cap. 3. Cap. 19. Scriptura teſtatur Deum ſanctis irarſi nullo habito reſpectu ad affectum ipſorum.

vt Num. 11. iratus dicitur furor Domini super populum suum. Et Hier. 2. Reuertere a uerfatrix Israel, ait Dominus, & non auertam faciem meam a uobis, & non irascatur in perpetuum. Ezech. quoque cap. 16. Et requiescet indignatio mea in te, & auertetur zelus meus a te, nec irascatur amplius, eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ. Est enim irasci uelle vindicare: & affectus irascentis est affectus puniendi, quem Deus habet quamuis ad finem alium referat. Sancti autem ex acerbitate doloris, ira Dei intelligunt magnitudinem. Cùm igitur secundum scripturas Deus animaduertat in iustorum peccata: sicut Caluinus ipse confitetur, necessario sequitur quod eis irascatur.

2. Par. et Da ni. 4.

Cap. 6. Pjal. 117.

Serò enim, non ridens, filios flagellat. Nec verum est impios nō emendari, nec fructum percipere ex tribulationibus. Testantur namque scripturæ quod Manassés & Nabuchodonosor percussi à Domino & afflicti, penitentiam egerunt super sceleribus suis, & in gratiam Dei per afflictiones redierunt. Et propheta Hieremias ad impiam Hierusalem ait, Erudire Hierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne forte ponam te desertam terram & inhabitabilem. Plerisque enim malis sola vexatio dat intellectum. Et castigans Dominus seruos castigat, sed morti eos non tradit. Ac Massens & impios multos etiam castigat, nec solum eos morti non tradit, verum per disciplinam & calamitates à morte eos eripit. Seruos etiam quosdam & filios castigat, qui per impatientiam cadunt, quia manum non supponit, nec perseverantiæ habent donum: & ideo morti eos, tamen filios, tradit. Obdurantur etiam plerumque impij ex patris flagello propter quod debebant respicere. Quod enim Dei patris afflictiones quibusdam iustis & etiam impiis in salutem cedant, vel damnationem, partim à libero pender arbitrio, à gratia tamen Dei magna ex parte. De quo Beatus Augustinus lib. de prædestinatione & gratia.

Cap. 14. & sequentibus.

Nabuchodonosor et Pharaon sunt ambo flagellis clementer à Deo admoniti.

Hebr. 12. Math. 25.

Caluinus.

Comparans enim Pharaonem qui ex calamitatibus est obduratus, & Nabuchodonosor, qui ex iis ad penitentiam venit fructuosam: Flagellatus enim, vt ait, penituit, & regnum quod perdidit accepit. Pharaon autem ipsius flagellus est durior effectus & perit. Hic mihi, inquit, rationem aliquis reddat cur medicamentum vnius medici manu confectum, alij ad interitum, alij valuerit ad salutem: Quantum ad naturam, ambo homines erant: quantum ad dignitatem, ambo reges: quantum ad causam, ambo captiuum populum possidentes: quantum ad penam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus manum Dei sentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnavit arbitrio? Nam si piè de Deo, sicut expedit, sentiamus, etiam Pharaoni datam misericordiam reperimus. Patientia enim Dei valere ei debuit ad salutem, qua iustum meritum que differens supplicium, miraculorum verbera crebra densabat. Nunquid non potuit sicut flagellis cedens expulit populum, ita miraculis credens Deum tantæ virtutis agnoscere? Et si sancti huiusmodi pœnas placido semper animo susciperent, & per eas emendarentur, non esset sollicitus Apostolus Paulus filios monere, ne Domini disciplinam negligant, ne fatigentur dum ab eo arguuntur. Ait enim, Quem diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit: in disciplina perseverate. Omnis disciplina in præfenti videtur non esse gaudij, sed meroris: propter quod remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Sed nec sanctis, nec impiis constare potest, quo affectu quemque ob finem à Deo percutiantur, imò nec an ob peccatum. Furorem autem atque iram de quibus propheta Dauid, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, longè aliter interpretatur beatus Augustinus, Ait enim interpretando hunc versiculum psalmi 37. Domine ne in indignatione tua arguas me (sic enim ipse legit, vbi nos habemus, Domine ne in furore tuo) Nō sum inter eos quibus dicitur es, Ite in igne æternū, qui præparatus est diabolo & angelis eius: neq; in ira tua emendes me, vt in hac vita me purges, & talem me reddas cui iam emendatorio igne opus nō sit: propter illos qui salui erunt, sic tamen quasi per ignem, qui grauior erit quàm quicquid potest homo pati in hac vita.

Sic deinde hæc altera distinctio. Quod dum flagellis Dei reprobi feriuntur, iam pœnas illius iudicio quodammodo pendere incipiunt. Et quanquam illis non impune cedit, talibus in e divina documentis non auscultasse, non tamen ideo plectuntur, quo ad meliorem mentem redeant, sed tantum vt Deum magno suo malo inducem & vltorem experiantur. Ferulis autem verberantur filii, non vt multum delictorum Deo persoluant, sed vt inde ad respicientiam proficiant. Proinde in futurum eas potius quàm in præteritum tempus respicere intelligimus. Id Chrysostomi verbis quàm meis malim exprimere, Propter hoc, inquit, imponit nobis penam non de peccatis sumens supplicium, sed ad futuram nos corrigens.

Sic enim

Sic cum Saul regno abiecit, puniebat ad vindictam: cum Dauidem parvulo filio orbavit, ad emendationem corripiebat. In hac sententia accipiendum est quod ait Paulus, Dum iudicamur à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Hoc est dum nos filij Dei manu celestis patris affligimur, non hæc pena est qua confundamur, sed castigatio duntaxat qua erudiamur. Quia in re plane nobiscum est August. Docet enim pœnas, quibus homines pariter castigantur à Deo, variè considerandas esse, quia sanctis sunt post peccatorum remissionem certamina & exercitationes: reprobis sine remissionem supplicia iniquitatis. Vbi pœnas Dauidi alijq; pijs iustis commemorat, & eo spectasse dicit, vt eorum pietas huiusmodi humilitate exerceatur ac probaretur. Neque verò quod dicit Esaias, remissam esse populum Iudæico inquit, atem, quod plenam accepisset castigationem de manu Domini, à parte solutione pendere delictorum veniam arguit. Sed perinde est ac si diceret, Satis iam pœnarum exactam est, quarum ob gratiam & multitudinem, quia iam diuturno luctu & moreore consecuti iustis, tempus est vt accepto plenæ misericordie nuncio animi vestri in letitiam diffundantur.

1. Cor. 11.

Lib. 2. de peccatorum meritis & remiss. ca. 33. & 34. Cap. 40.

Quod superius dixit de impiis in genere iam de reprobis dicit, quasi iidem sint impij & reprobi, & omnes impij sunt à Domino reprobati, vt in æternum pereant: Attamen quod de impiis diximus, sentimus & de reprobis, qui flagellis Domini quandoque respiscunt, aguntque penitentiam: Quia tamen in disciplina Domini non perseverant, & ab ea tandem recedunt, in tenebras projiciuntur exteriores. Et ideo verum non est quod non propterea plectuntur quò ad meliorem mentem redeant, sed tantum vt Deum magno suo malo iudicem & vltorem experiantur. Imò sicut dicit B. August. Ita piè de Deo sentire debemus, vt & Pharaoni misericordia data sit, qua ex flagellis poterat respicere. Et filios flagellando non solum in futurum respicit, vt inde ad respicientiam proficiat, sed & in præteritum: sicuti supra addidimus ex cap. 16. 2. li. B. Aug. de peccatorum meritis & remiss. Non enim pater filium flagellat omnino innocentem, sed ob admissum peccatum tantum: quamuis ad eius emendationem, similiter & Deus filios flagellando in futuram respicit respicientiam: & in peccatum præteritum, quod causam dedit castigationi: & similiter impium castigando spectat vtrumque. Absurdissimum quidem est paradoxum, quòd impij non ideo à Deo plectantur quò ad meliorem mentem redeant, sed tantum vt Deum magno suo malo iudicem & vltorem experiantur: quodq; Deus inimicos suos vlciscatur, vt iram aduersus illos suam exerceat, confundat, dissipet, in nihilum redigat. Eo namq; sine affligere, tyranni est & odientis: Deus autem diligit omnia quæ sunt, & nihil eorum odit quæ fecit: & omnes vult saluos fieri, neminem perire, omnesq; venire ad penitentiam: eaq; voluntate & intentione omnes flagellat. Neminem igitur ne in futuro quidem seculo eo sine percuit, vt ei sit malè, aut vt perdat: sed ad finem saltem spectat iustitiæ, vt secundum merita fiat retributio. Deum autem impios, imò & reprobos castigare, multaq; præstare beneficia, vt emendentur, psalmi testantur scripturæ. Quoties, inquit Saluator, damnandis Iudæis & impiæ Hierusalem, volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiisti. Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Et vocauit ad nuptias, de quibus se excusantibus iurauit, quòd non essent cœnam eius gustaturi. Atque apud Hieremiam Dominus, Erudire Hierusalem ne fortè recedat anima mea à te. Item in fine eiusdem capituli offendit ad quem finem eos quantumuis impios affligebat, Defecit, inquit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum. Frustra conflauit conflator. Malitiæ enim eorum non sunt consumptæ: argentum reprobum vocauit eos, quia Dominus proiecit illos. Et cap. 2. Frustra, inquit, percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: Ego plantaui te vineam electam. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Apud Esaiam quoq; Dominus ait quòd plantaui vineam electam, adificauit turrim in medio eius, expectauit vt faceret vitas, & fecit labruscas: expectauit vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. Quod autem expectatur, hoc & intenditur. Et ca. 9. Populus non est reuersus ad percutientem se. Quales sententiæ frequetes sunt in scripturis, quibus significatur quòd impij & reprobi à domino percutiuntur, vt peccata sua relinquant, & ad Dominum reuertantur. Oportet enim de Domino sentire in bonitate, qui apud prophetam testatur se nolle mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Tractans enim b. August. quæst. 68. in lib. 83. quaestionum, de vocatis ad cœnam & de obduratione Pharaonis, dicit vocatum fuisse & Pharaonem: & addit, Hæc vocatio quæ siue in singulis, siue in populis, atque in ipso genere humano per temporum opportunitates operetur, alæ & profundæ ordinationis est: Idem ferè de prædestinat. sanctorum cap. 9. Quare piè credendum est, quòd & impijs singulis aliquando media ad conuersionem offerat. Euangelia quoq; docent Dominum apud Corozaim &

responsio.

Piè credendum tamen Pharaoni datæ esse misericordiam qua respicientiam potius respiciere.

Sapient. 12. 2. Pet. 3. Deus in vltis scdo saltem sine iustitia semper spernat. Matth. 23.

Luce. 14.

Cap. 6.

Cap. 5.

Cap. 2.

Sap. 1. Ezech. 18.

Luce 14.

Matth. 11

Tam iustos  
os animi  
stos Deus in  
viresque sic  
lucē in hae  
ta percutit.  
In ser. de pe  
ni. & cōsef.

Bethzaidam frequenter docuisse, & fecisse virtutes multas, vt agerent pœnitentiam: de quibus conqueritur quod pœnitentiam non egerint. Ait enim, I t tu Capharnaum nunquid vsque in cœlum exaltaberis? Vsque in infernum descendes. Ea igitur nunc in hac peregrinatione in filios hominum iustos & iniustos piè credenda est esse Dei misericordia, vt vtroque in eorum salutem percutiat atque castiget: quod apertè sentit beatus Augustinus cum ait, Quicquid permiserit Deus pati, scias flagellum esse correctionis. Quod docet & beatus Chrysostr. per Caluinum citatus. Ait enim, Propter hoc imponit nobis pœnam, non de peccatis fumens supplicium, sed ad futura nos corrigens. Et beatus Augustinus. Quod pateris vnde plangis, medicina est tibi, non pœna: castigatio, non damnatio. Noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hæreditate, &c. Tota ista miseria generis humani noueritis fratres, quia dolor medicinalis est, non sententia pœnalis. Hi promiscuè & generaliter loquuntur sine discrimine piorum & impiorum. Et quod dicit beatus Chrysostr. Non de peccatis fumens supplicium, sed ad futurum nos corrigens, finalem & vltimum Dei castigantis spectat finem. Atque Augustinus dicens, Medicina est, non pœna, finem etiam vltimum respicit afflictionis: ac pœnam quæ medicina est discernit, ab ea quæ solum pœna est, & pro peccato retributio: Qualis est pœna futuri seculi in animabus fortassis purgatorij: & potissimum in damnatis, qui principaliter affliguntur in vindictam, vt secundum sua merita recipiant, & ordo seruetur iustitiæ: Animæ verò purgatorij affliguntur vt purgentur etiam à peccatis. Propterea B. Augustinus circa 19. octonarium Psal. 118. Misericordia hęc, inquit, iudicium in futuro. Ac in præfatione Psal. 9. Occultum Dei iudicium est, quo nunc vnusquisque hominum, aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conuersionem.

1. Cor. 11.

Cum igitur Ioannes Caluinus multa hic improbabilia ac absurda quasi oracula, sine scripturarum aliquo testimonio proponat: mirum est quomodo sibi persuadere possit, quod contemptis scripturarum & patrum testimoniis aliquis sit ei crediturus, quū ipse nec patribus, nec Conciliis generalibus credere dignetur, quin potius audeat pronūciare patres serè omnes quotquot de satisfactione scripserunt lapsos esse, maxime quando tam absurda proponat paradoxa. Ex his quæ diximus manifestum est Caluinum non habere nouæ minusq; vstratæ, imò absurde locutionis suæ auctores beatum Augustinum & B. Chrysostr. sed aduersarios: contra quorum interpretationem, quam supra posuimus, etiam interpretatur quod ait B. Pau. Apost. Cum iudicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Nec ei astipulatur B. August. qui in capitulis ex 2. lib. de peccatorum merit. & remis. citatis. nihil loquitur de affligendo: sed ostendit causam propter quam Deus remisso peccato originali, non tollat simul mortem, reliqualq; calamitates, quas propter peccatum contraximus. Et quamuis inferat etiam pœnas vt humilitate & patientia exerceamur & brobemur, atque ita ex amore nostræ salutis: eas tamen infert ob peccatum. Quomq; hic solum agatur, an affligamur aliquando propter peccata, & an possimus afflictiones auertere: extra propositum est tota Caluini disputatio. Nemo enim doctorum scholasticorū docuit Dauidem afflictum fuisse in maledictionem, vt perderetur, atq; in nihilum redigeretur: imò nec Pharaonem sic fuisse afflictum: ob peccatum tamen vtrunq; punitum docent. Corruptit præterea Caluinus sua interpretatione locum, quem ex Esaia adducit. Conatur etiam subuertere doctrinam catholicam de satisfactione argumentis quibusdam sophisticis: quæ nunc ostendimus nihil habere momenti, vt vel in suspicionem falsitatis propterea venire debeat communis doctrina ecclesiæ: Ait enim:

Neque Dauid  
neq; Pharaon  
puniti sunt  
in maledicti  
onē: vt perde  
ventur. ob pe  
ccatum tamē  
puniti sunt.

Caluinus.

Tertium locum satisfactioni in pœnitentia assignant de qua quicquid blaterant, vno verbo subuerti potest. Dicunt non sufficere pœnitenti à præteritis malis abstinere, & mores in melius commutare, nisi de ijs quæ facta sunt satisfaciatur Domino: esse autem multa præsidia quibus peccata redimamus, lachrymas, ieiunia, oblationes, charitatis officia. Iis Dominum propitiandum, ijs debita iustitiæ Dei persoluenda, ijs cōpensanda delicta, ijs veniam emendandam. Et quamquam Dominus largitate misericordiæ culpam remittit, pœnam tamen veniunt discipula iustitiæ: hanc esse pœnam quæ satisfactionibus redimenda sit. In hanc rem summam recidunt omnia: Nos quidem à Dei clementia delictorum veniam impetrare, sed intercedente merito operum, quibus peccatorum noxa compensetur, quo debita iustitiæ Dei satisfactio persoluatur.

Responsio.  
Ad satisfacti  
onem non suffi  
ciet vna in  
melius commu  
nitate.

Magnis hæc dicimus & docemus authoribus, qui & ipsi hæc didicerunt in schola ecclesiæ catholicæ. Docet enim B. August. Homil. 50. quam iam sæpe citauimus, circa finē, Non sufficit, inquit, mores in melius commutare, & à factis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt satisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per

per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis. Et in Enchyrid. cap. 70. In melius inquit, est vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus: qui miserando delet iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur. Multa quoq; esse subsidia, quibus peccata nostra redimamus docet b. Ambr. in libro de Helia & ieiunio. Idem sermo 30. & 31. Habemus, inquit, plura subsidia quibus peccata nostra redimamus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum: Vilis quidem pecunia, sed prætiosa est misericordia: Eleemosyna à peccato liberat, Et in euangelio, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Cum igitur in ecclesia catholica à magistris tam magnis itud didicerimus, nos constanter ac liberè idipsum docemus, ac post b. Bernardum & nos dicimus, Ab his duabus columnis. Augustinum loquor & Ambrosium, credo mihi, difficile auellor: cum his, inquit ipse, me aut errare aut sapere fatcor: credetes & nos multa esse præsidia, quibus peccata redimamus: lachrymas, ieiunia, oblationes, charitatis officia: his Dominum propitiandum, his debita iustitiæ Dei persoluenda, compensanda delicta, veniam emendandam. Et quod quamquam Dominus largitate misericordiæ culpam remittit, pœnam tamen retinet disciplina iustitiæ. Flagellat enim omnem filium quem recipit: credentes & debita pro quibus remittendis ex instituto Domini quotidie precamur compensari posse & redimi lachrymis, eleemosynis & ieiuniis. Agnoscamus quidē doctrinæ de nostra satisfactione summam esse nos à Dei clementia delictorum veniam impetrare quoad culpam & offensam: intercedente tamen merito operum quibus peccatorum noxa compensetur, quoad flagelli & pœnæ temporalis reatum remissa culpa remanentem, quo debita satisfactio iustitiæ Dei persoluatur. Hæc omnia abundè superius sunt probata & explicata.

Cap. 20.  
Thob. 4.  
Lucæ 16.

Epistola 76.  
ad Hugonem  
de f. Victore.

Hebr. 12.

Talibus mendacijs oppono gratiam peccatorum remissionem, quæ nihil in scriptura clarius prædicatur. Primum, quid est remissio nisi meræ liberalitatis donum? Non enim remittere dicitur creditor, qui antapocha testatur sibi numeratam pecuniam: sed qui nulla solutione vtrò sua beneficentia nomen expungit. Cur deinde gratis additur, nisi ad tollendam omnem satisfactionis opinionem? Quæ igitur confidentia suas satisfactiones adhuc erigent: quæ tam valido submine prosternuntur. Quid autem? Cum Dominus per Esaiam clamat, Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: & peccatorum tuorum non ero memor. An non apertè denunciat causam & fundamentum remittendi à sola sua bonitate se petere? Præterea cum scriptura vniuersa testimonium Christo deserat, quod per nomen eius sit accipiendæ peccatorum remissio, nomen alia omnia excludit: quomodo igitur per satisfactionum nomen accipi docent? Neque per satisfactionum nomen accipi negent, sed per Christi nomen, etiam si intercedant satisfactiones. Nam quod scriptura ait per nomen Christi, intelligit nihil nos adserere, nihil nos vestram præterdere, sed sola Christi commendatione niti, quemadmodum Paulus ait, Quod Deus erat mundum 2. Cor. 5: sibi in Christo reconcilians, non imputans propter ipsum hominibus delicta.

Caluini.

Esaie 47.

Adu. 10.

2. Cor. 5.

Gratitiam esse peccatorum remissionem omnes cōfitemur. Nouimus enim aduersus Pelagiū definitū esse secundū gratiā & misericordiā Dei veniam petentibus dari, nō secundum meritū eorū. Quandoquidem, inquit patres, ipsam pœnitentiam donū Dei dixit Apostolus, vbi ait de quibusdam, Ne forte det illis Deus pœnitentiam: Et sanctus Petrus dixit quod huic Christo oēs prophetæ testimoniū perhibet remissionē peccatorū accipere per nomē eius oēs qui credunt in eum. Sed per hæc gratuitā peccatorū remissionē stabilitur magis quā subuertitur satisfactio pœnæ temporalis, cuius reatus plerunque manet, vt dicit articulus, culpa remissa. Tam copiosa enim est gratia quā nobis impartitur, & tam abundè in nobis spiritū suum effundit Deus, vt diuites nos faciat, vtq; nostro thesauro ipsi satisfacere possimus: sicuti dictū est circa primā in hoc articulo difficultatē. Et ideo sicut Pelagianum est quod ex nostris operibus possumus iustificari, reconciliari, in Dei gratiam reuerti, vel à culpa aut pœna æterna absolui, ita erroneum est, quod culpa mortali remissa nullius supplicij remaneat reatus, vel illum tolli non posse spontanea afflictionum tolerantia, vel operibus penalis quæ ex Christi spiritu proficiuntur. Firmitas itaq; fide credendum est gratuitam esse peccatorum remissionem quoad culpā mortalem & venialem, & etiam pœnam æternam, imò & temporalem. Nihil enim horum sine Dei gratia & spiritu inhabitante & mouente ex nostris operibus fieri potest. Dicimus nihilominus quod satisfacere possimus pro pœna remisso peccato adhuc debita, atque hoc esse firmā fide tenendum: quodque probābilis est multorum catholicorū opinio, quod pro culpa mortali & pœna æterna per eundem spiritum inhabitantem satisfacere possumus. Quod magis videretur & apparatus esset si inuisa gratia, postorius tempore æternum supplicium & culpa remitterentur: sicut sentit Hugo de sancto Victore, quæ admodum secundum b. Thomā postorius natura & simul tempore eius sit remissio.

Responsio.  
Ex epistola  
aurelii car  
thaginensis  
episcopi. que  
est 72. Inter  
epistolās Leo  
nis Pape.  
2. Thimo. 2.  
Adu. 10.

Quod ex no  
stris operibus  
iustificari &  
in Dei gratiā  
reueri possu  
mus Pelagiū  
num est.

Lib. 2. de sa  
cramentis par  
te 24. cap. 8.

Sed de eo nolumus hic contendere, cum sit inter quaestiones de quibus vtrinque disputare licet, ac salua fide vtramlibet partem opinari, atque etiam defendere: sicut facit Richardus distinct. 17. 3. sent. art. 4. q. 7. Nam pendet ab alijs quaestionibus dubijs & obiculis: videlicet, Vtrum ante gratiae infusionem oporteat expulsum esse peccatum, sicut frigus ab aqua ante caloris introductionem: An gratia potius prior sit peccatorum remissione, cum eam faciat. Nam cum nascimur filij Dei, & adopratur ad vitam aeternam, necessariò cessat prius inimicitia, culpa & offensa Dei, eò quod non possit aeterni supplicii esse reus, qui iam filius est, atq; ideo dignus qui in domo patris aeternam suscipiat hereditatem. Quare videtur quod locum habere non possit satisfactio pro culpa mortali & poena aeterna: sicut nec meritum respectu gratiae, reconciliationis, nouitatis cordis & spiritus inhabitantis: propter quae est dubia quaestio de satisfactioe quoad culpam & poenam aeternam.

Sed haec satisfactio ad articulum non pertinet: & Caluinus non solum nititur hanc subuertere, sed & eam quae est poenae temporalis. Neutri autem vt diximus, aduerfatur gratuita peccatorum remissio: quin potius magis gratuita est, si & ipsi satisfacere possimus. Maior enim gratia, maius beneficium confertur, & maior est Christo & nobis gloria, si diuites nos faciat, vt ipsi ex nostro satisfaciamus pro culpa etiam mortali. Abundè enim confert dona salutis, quorum sumus capaces: quemadmodum diximus maiorem esse gratiam, quòd reddat potentes miracula facere, quam si ipse ea faciat ad nostram supplicationem. Est autem remissio gratuita, quia ex gratia fit alterius: quod dupliciter fieri & intelligi potest. Primò ex alterius gratia externa, hoc est, fauore & bona voluntate: quomodo ex Dei gratia illuminamur & vocamur ad poenitentiam. Secundò ex accessu gratiae interne, qua vtentes Deo cooperamur ad opera salutis vel effectus salutares, quomodo gratuita est remissio & satisfactio pro poena temporali remanente. Et quia hic maior gratia est, quam si ex sola Dei voluntate bona illius fieret cõdonatio, magis gratiam nos docemus peccatorum hac parte remissionem, quam aduerfarij: Similiter si hoc modo fieri possit mortalis culpa & poenae aeternae remissio, magis esset gratuita. Nec aduerfari potest satisfactio, quae est ex gratia gratuita remissioni, cum gratuita solum aduerfetur operibus liberi arbitrij, & non operibus gratiae: quae non distinguit Apost. Paulus contra gratiam in epistola ad Roma. & ad Galar. quin potius in ea complectitur opera illa tanquam eius fructus, sed opera naturae suae liberi arbitrij tantum. Atque hoc modo b. Aug. docet vitam aeternam esse gratiam, nihilominus tamen ex meritis, quae sunt gratia & gratis data. Scriptura etiam manifestè testatur quod remissio peccatorum est gratia, quae tamen solis ex fide poenitentibus donatur. Nam poenitentiam scriptura praepõnit peccatorum remissioni. Hunc principem & saluatorè Deus exaltravit dextera sua, ait b. Petrus, ad dandam poenitentiam Israel & remissionem peccatorum. Christus quoque Luca 24. Oportebat, inquit, praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum. Et Sapiens dicit Deum dissimulare peccata hominum propter poenitentiam. De poenitentia ergo ista siue contritione, quae est singulare Dei donum, propter quod gratuita est peccatorum remissio, inquiritur quomodo se habeat ad peccatorum remissionem: An sicut dispositio ad eam praeparans: quo modo solum se habere potest ad gratiam, iustitiam, fidei, & spiritus sancti infusionem: de his enim constat quòd sub meritum cadere non possint, cum omnis meriti sint principium & radix: Aut an ad illam se habeat meritorie, an etiam efficienter: quemadmodum se habet ad culpam venialis & poenae relictuae remissionem. Haec dubia sunt, vt diximus, quae contingunt circa dogma fidei gratuita peccatorum remissione. Est itaque peccatorum remissio mere liberalitatis donum, sed intercedente humano opere, quod Christus per suum spiritum in nobis & per nos operatur, sine quo inanis esset omnis noster conatus: Et magna est gloria ipsius quod cooperarios nos habere dignetur in hoc nostrae salutis opere. Sed haec satisfactio ad articulum non pertinet, & salua fide vtramlibet partem, vt diximus, sequi licet. Satisfactioem autem quod ad poenam remanentem fieri posse, dogma est fidei, quod certa fide amplecti oportet, quam tamen Ioan. Caluinus suis argumentis subuertere, licet frustra, conatur, per gratuitam peccatorum remissionem. Remittere quidem dicitur creditor qui antapocha testatur sibi numeratam pecuniam, si ipsi sibi per simulum pro debitore & eius honore numerari curet. Sic Christus hic patri soluit & sibi, numerante debitore, hoc est poenitente, precium, quasi per manus eius. Illa enim per quae fit satisfactio, siue pro culpa siue pro poena, Christi sunt, & ex eius gratia ac spiritu procedunt. Nec gratis peccatum remitti dicitur ad tollendam omnem satisfactioem opinionem: sed illius

Dupliciter fit et intelligitur gratia gratuita peccatorum remissio.

Cap. 48. de natura de libero arbitrio.

Art. 5.

Cap. 11.

Peccatorum remissio est mere liberalitatis donum, sed intercedente opere humano.

sed illius solum quae fit per hominis opera, quae contra gratiam distinguuntur: vt diximus b. Paulum loqui. Nam quando gratia remissionis datur pro gratia operum, non tollitur ratio satisfactioem, hoc est per solutionem æquivalentis. Et certum est quod peccatorum remissio fiat a patre propter satisfactioem crucis & victimae filii, dicente Apost. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine eius. Et b. Petro, Redempti estis preciofo sanguine quasi agni immaculati. Gratia itaque praecipua remissionis peccatorum in eo potissimum consistit quod pater filium suum pro nobis hominem fieri voluit, & filius seipsum in victimam patri obtulit pro peccatis nostris, pro quibus ab æterno per bonam suam voluntatem eam acceptauit. Quae autem sequuntur, remissio videlicet peccatorum, inhabitatio spiritus sancti & similia, filio debentur ex iustitia: nobis autè propter ipsum. Nec erigimus nostras satisfactioes, sed eas quas gratia Christi in nobis operatur, certis sine confidentes & gloriantes nos in Christo diuites esse, omniaq; in eo posse quae nullo fulmine proferri possunt. Ipse est qui delet iniquitates nostras propter se, sed non sine nobis. Quapropter Apost. Paulus nobis tribuit cordis emundationem. Si quis, inquit, emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum. Et b. Iacobus. Emundate, ait, manus peccatores, & purificate corda. Propheta quoque Ezechiel. Facite, inquit, vobis cor nouum & spiritum nouum. Delet itaq; nostras iniquitates, sed nostra vtens opera, idque praecipue tollendo poenam culpa remissa manentem & semper fundamentum & causa remittendi a sua fua bonitate petitur, vnde pendet gratia sine qua nulla contingit satisfactio. Et quia Christus est qui in nobis satisfacit, nihil obstat satisfactioem nostrae quod per nomen eius fit accipienda peccatorum remissio. Erideo recta est responsio, quae dicit quod per Christi nomen fit remissio peccatorum, etiam si intercedant satisfactioes. Nec eam efficitur impugnat Caluinus per hoc quod dicit scripturam intelligere per Christi nomen, nihil nos adferre, nihil nostrum praetendere, sed sola Christi commendatione niti, quemadmodum b. Paulus ait, quòd Deus erat mundum sibi in Christo reconcilians, non imputans propter ipsum hominibus delicta. Nam in primis falsum est quòd nos nihil adferre debeamus, cum oporteat nos adferre fidem & poenitentiam, nihil tamen nostrum praetendimus quasi ex nobis: nostrum tamen, ex Christi dono & gratia concessum. Atq; ita sola Christi commendatione nitimur. Deus mundum sibi in Christo reconciliauit nullo intercedente hominis merito, nec tunc quidem quando reconciliatur. Diximus enim differentiam esse inter reconciliationem & peccatorum remissionem. Nam reconciliatio est amicitiae restitutio & in pristinam gratiam receptio: & propter ipsum non imputat hominibus delicta, tamen pro delictis ipsi per gratiam eius satisfaciunt.

Rom. 3.

1. Pet. 1.

Esaie 43. 2. Timoth. 2. Cap. 4. Cap. 18.

2. Cor. 5.

Ad peccatorum remissionem adferre debemus fidem & poenitentiam.

Caluini.

Verum qua sunt peruersitate, & peccatorum remissionem & reconciliationem fieri semel dicunt, quum in gratiam Dei per Christum in baptismo recipimur: post baptismum resurgendum esse per satisfactiones. Sanguinem Christi non prodesse nisi quatenus per clauem ecclesiae dispensatur. Nec de re dubia loquor, quum suam imperitiam clarissimis scriptis prodiderint: nec vnus aut alter, sed vniuersi scholastici. Nam ipsorum magister postquam Christum in ligno poenam peccatorum soluisse iuxta Petri doctrinam confessus est, subiecta ilico exceptione sententiam illam corrigi. Quod in baptismo omnes peccatorum poenae temporales relaxantur, sed post baptismum poenitentiae beneficio minorantur, vt ita simul cooperetur crux Christi & nostra poenitentia. Sed longe aliter Iohannes, Si quis peccauerit, ait, habemus aduocatum apud patrem, Iesum Christum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Scribo vobis filij, quia remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Certe fidelibus loquitur, quibusdam Christum proponit peccatorum propitiationem, non aliam esse satisfactioem ostendit, qua offensus Deus propitiari placare possit. Non dicit, Semel vobis per Christum reconciliatus est Deus, nunc vobis alius reconciliandi rationes queritur: sed perpetuam fieri aduocatum qui sua intercessione in patris gratiam nos semper reuocet: perpetuam propitiationem qua peccata expiuntur. Est enim illud perpetuo verum, quod alter Iohannes dicebat, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Tollit inquam ipse non alius: hoc est quando ipse solus est agnus Dei, solus quoque oblatio est pro peccatis, solus expiatio, solus satisfactio.

1. Ioan. 2.

Ioan. 1.

Caluini.

Non potest non esse peruersus qui ecclesiae catholicae vnicae sponxae Christi ascribit peruersitatem, in cuius schola nos instituti docemus neminem patri reconciliari, neminem in gratiam eius redire, aut transferri de potestate tenebrarum in regnum lucis & filij dilectionis eius, nisi per nomen Christi & victimam crucis, nec peccatorum remissionem contingere posse, ne venialium quidem: nec poenae etiam temporalis, nisi per hoc nomen & mortem Christi. Docemus nihilominus quòd per eius gratiam Deo reconciliari & nos satisfacere possumus pro poena cuius reatus manet, eandem patienter sustinendo,

stinendo, & compensando æquivalens secundum iustam Dei æstimationem. Docemus etiam probabilem esse sententiam b. Thomæ, quod pro culpa mortali & æterna pœna, nostra contritione possumus satisfacere, & magis magnificari gloriam satisfactionis Christi per hanc opinionem quam obscurari. Alia namque est ratio remissionis, alia reconciliationis: quæ semper confundit Caluinus. Ideo Apost. Paulus eas distinguit, dum ait, quod Deus erat mundum sibi in Christo reconcilians, non imputans propter ipsum hominibus delicta, eo ipso scilicet quo mundum in Christo reconciliabat. Nam reconciliatio, translatio de potestate tenebrarum, iustitia & pax cum Deo, solius Christi merito & satisfactione nobis, vt diximus, proueniunt, quamuis non sine nostra cooperatione, De quo nulla vnquam dubitatio vel quæstio fuit apud catholicos: sicut nec remissione pœnæ temporalis per nostram satisfactionem. De remissione verò culpæ mortalis & pœnæ æternæ varij variè sunt opinati quo modo fiat, nihil dubitantes quin fiat per gratiam, siue in gratiam Christi. Nam Cardinalis Caietanus circa finem secundæ quæstionis de indulgentiis, docet quod in sacramentis, & pari ratione in contritione tollitur pœna damni & sensus æternæ, potius per viam concomitantæ, quam per viam satisfactionis. Reconciliando quippe hostem in Dei filium adoptiuum sequitur, quod non sit puniendus pœna hostili, qualis est pœna æternæ: Soli enim hostes exterminatrice pœna digni sunt. Filij verò castigandi & purgandi sua natura relinquuntur. Et Petrus de Palude art. primo quæstionis 4. distinct. 20. quarti, opinatur in sacramentis fieri remissionem pœnæ æternæ, non per modum solutionis ex Christi passione, sed gratuita condonationis ex bona patris voluntate in gratiam filij sui. Et arbitratur hoc beatum Ambros. sensisse, quando dicit in comment. epistolæ ad Rom. quod in baptismo gratia Christi omnia gratis condonat. Vbi autem est plena solutio, non est gratuita condonatio vel remissio. Multo tamen est probabilior sententia B. Thomæ, quod remissio pœnæ æternæ fiat per Christi satisfactionem, in sacramentis Ecclesiæ nobis applicatam: prout docet Ioannes Capreolus distinct. 19. in solutione argumentorum Durandi. Ex quo statim nascitur difficultas, quomodo probabile sit, quod nostra contritione fieri potest pro pœna æternæ & culpa satisfactio, si illa fiat per Christi mortem nobis in satisfactionem applicatam.

2. Cor. 5.

Quodlib. 2.

Cap. m. Circa locū, sine pœnitentia sicut donat Dei.

Cui respondetur, quod pro omnium vniuersis peccatis & pœnis Christus satisfecit sufficienter, sed pro multis tantum & non vniuersis efficaciter: sicuti supra diximus de pœna temporali. Nam pro culpa mortali & pœna æternæ efficaciter satisfecit pro his qui virtute sacramenti baptismi vel pœnitentiæ duntaxat iustificantur, quibus videlicet non est difficultas super peccato ex amore Dei super omnia dilecti, pro quibus solus Christus sua passione satisfecit. Non pœnitentibus autem nihil prodest. Et verè contritis iustificans est ad peccati & pœnæ æternæ remissionem: Sed an in eis efficax sit mors Christi & ad eam applicetur est difficultas, Vtrumque probabile est: Primò quod non efficaciter passionis suæ satisfactio eis applicetur in solutionem pro culpa & pœna, sed tantum gratia contritionis, per quam satisfactio Christi quasi caput in membro, & membrum ipsum ex capitis influxu. Potest etiam dici quod efficax in istis est mors Christi, & applicetur in satisfactionem. Nec inconueniens est quod patri satisfiat à Christo filio, & ab homine pœnitente: sicut proprio merito & etiam Christo obtinemus vitam æternam: vt sic abundet satisfactio contriti cordis ad vindictam peccati in Dei & suam gloriam. Nec tamen ideo satisfactio Christi, quia satisfactio homo, nec e contra: sed per sacramentum satisfactio Christi applicatur, concurrente simul nostra satisfactione, quæ non est superuacua, cum sit iusta peccati vindicta, & mereatur vitam æternam. Simili modo Christus satisfecit potuit effusione vniuersi guttæ sanguinis, qui tamen vt copiosa esset redemptio pro peccatis nostris, mori voluit, totumque effundere sanguinem: de quo b. Thomas quodlibet. 2. art. 2. Et Christo debita erat corporis immortalitas, quia filius Dei erat, & secundum animam beatus: similiter & nominis exaltatio. Vtramque tamen meruit humilitate suæ passionis. Falsum est igitur quod doceamus peccatorum remissionem & reconciliationem semel tantum fieri, cum in gratiam Dei per Christum in baptismo recipiatur. Nam in baptismo & post baptismum pro Christo eam contingere docemus, sine quo nemini contingere potest, nec pœnæ quidem temporalis remissio vel satisfactio. Falsum etiam nobis imponit Caluinus, dicens nos docere post baptismum resurgendum esse per satisfactiones. Ostendimus enim nos à peccatis resurgere non nostra satisfactione, nec nostro merito, sed Christi solius: cum resurgere sit statui priori, & gratiæ patris restitui, hoc est reconciliari: ad quod diximus nos nostra satisfactione non posse

Peccatorum remissio non semel tantum contingit.

posse pertinere, multumque discrimen esse inter reconciliationem & peccatorum remissionem. Nec etiam docemus, vt nobis objicit, sanguinem Christi nihil prodesse, nisi quatinus per claus ecclesiæ dispensatur, quum doceamus sanguinem Christi in omnibus sacramentis esse efficacem, sic tamen vt solum sacramentum pœnitentiæ proprie per claus dispensetur. Et arguens magistrum sententiarum in eo quod docet discrimen remissionis pœnæ fieri in baptismo & sacramento pœnitentiæ, arguit vniuersos patres, Augustinum in Enchiridio, & Homil. 50. Cyprianum & alios, quorum sententias superius citauimus: imò & totam ecclesiam catholicam quæ constanter hoc docuit, semper & in generalibus Concilijs definiuit. Propter quod Ioannes Damascenus post suos maiores nominat pœnitentiam esse baptismi laboriosum. Omnes enim concorditer docent vniuersas peccatorum pœnas temporales in baptismo relaxari, & post baptismum pœnitentiæ beneficio minorari, vt ita simul cooperetur crux Christi & nostra pœnitentia. Nec aliud docet b. Ioannes cum ait nos habere aduocatum apud patrem, Iesum Christum & ipsum esse propitiationem pro peccatis nostris: quia pater per Christum propitiatus huc vindicat peccata filiorum, qui & post propitiationem multa debent, pro quibus dimittendis filius orari iussit, Dimitte nobis debita nostra: de quo loquens b. August. cap. 71. Enchirid. Delet, inquit, hæc oratio minima & quotidiana peccata, delet & illa à quibus vita fidelium, sceleratè etiam gesta, sed pœnitendo in melius mutata, discedit. Loquitur enim, vt iam frequenter diximus, articulus non de propitiatione, nec de culpa vel pœna æternæ, sed de pœna temporali tantum, cuius manet reatus culpa dimissa. Diximus etiam nos posse mereri, nec satisfacere vt pater nobis propitiatus, nec peccata nobis remitti posse, nisi propter nomen Iesu Christi. Et ideo solum Christum agnoscimus esse peccatorum propitiationem, nec aliam esse satisfactionem qua offensus Deus placari possit super offensa in eum admissa: & constitemur perpetuò verum esse quod beatus Ioannes dicebat, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: sed tollit nobis cooperantibus, & per nostram pœnitentiam. Ex quibus patet impertinètia esse quæ addit Ioannes Caluinus.

Multum discrimen est inter reconciliationem & peccatorum remissionem.

Lib. 4. cap. 9

1. Ioan. 2.

Matth. 6.

Ioan. 14.

Duo, inquit, hic perpendere conuenit: Primò, vt integer & illibatus suus honor Christo seruetur: Secundo, vt conscientia de peccati venia securæ pacem apud Deum habeant. Esaias ait patrem possit in filio nostrum omnium iniquitates, vt liuore eius sanentur. Hic nequaquam audiuntur negamentum illa quod post initialè purgationem, passionis Christi efficaciam non aliter nostrum vnusquisque sentiat, quam pro satisfactorio pœnitentiæ modo, sed ad vnicam Christi satisfactionem quoties lapsi fuerimus reuocamur. Nunc tibi pestilentes eorum nenas propone, gratiam Dei in prima peccatorum remissione solum operari: si postea reciderimus ad secundam veniam impetrandam opera nostra cooperari. Immane. Quantum hæc differant Christum esse propitiationem pro peccatis nostris, & Deum operibus esse propitiandum.

Caluinus. Esaias 53.

Responsio.

Hæc omnia, nos sanari, Deum propitiari pro peccatis nostris, Deum placari, & similia, non ad nostrum meritum & satisfactionem, sed Christi solius referenda sunt quorum non meminit articulus, sed pœnæ duntaxat restantis, quam dici nos persoluere posse. Nec solum post initialè, hoc est baptismalem purgationem passionis Christi efficaciam vnusquisque percipit pro suæ pœnitentiæ modo: verum etiam in baptismo, non in purgatione à peccatis siue peccatorum reatu, qui in omnibus vniuersus tollitur, sed in charismatum participatione secundum nostram suscipimus dispositionem. Et in sacramento pœnitentiæ maior condonatur pœna secundum pœnitentiæ quantitatem: sicuti medicina operatur secundum perfectionem concursus naturæ. Omnem tamen purgationem & maiorem & minorem passionis Christi efficacia operatur. Et sicut in secunda de peccatis venia impetranda opera nostra cooperatur, ita & in prima, quæ fit per baptismum: in vtroque enim sacramento opus est pœnitentia & vitæ præteritæ odio, vt sint efficacia: quemadmodum clarè de baptismo docet B. Petrus, act. 2. cap. Et Saluator Lucæ vlt. Christum itaque solum docemus esse propitiationem, qua pater de offensa sua placatur: opera tamen nostra eum faciunt propitium super flagello quo filios in gratiam receptos castigat & pro peccatis affligit.

In sacramento pœnitentiæ secundum pœnitentiæ quantitatem maior vel minor pœna condonatur.

Quod si de pacificanda conscientia agitur, quæ isthæc erit pacificatio, si audiat peccata redimi satisfactionibus? Quando tandem illi satisfactionis modus constare poterit? Ergo semper dubitabit an Deum habeat propitium, semper estuabit, semper horrescet.

Caluinus.

Magna conscientia pacificatio, magna & consolatio est, quado se audit patri cœlesti reconciliatum, receptum in filium & hæredem per sanguinem filij eius: quamuis emendatam & flagellum paternum humiliter sustinere adhuc debeat, & aduersum se clementissimi

Responsio.



tissimi patris offensionem vindicare. AEquissimum namque est vt qui patrem grauiter offendit huius eum poeniteat, & signis externis se affligendo dolorem ostendat, lamentetur & lugeat post offensionem etiam condonata. Magna item est consolatio quod se affligendo & iudicando, paternum flagellum redimere possit, imò & deprecari in oratione dominica: Nec dubitabit an Deum habeat propitium, qui nouit se per sacramentum poenitentiae in patris gratiam rediisse. Et monet Ecclesiasticus vt de propitiu peccatore non simus sine metu. Maiorem sanè pacem & tranquillitatem, nostram adferre doctrinam conscientis quàm aduersariorum, ostendimus circa articulum tertium. Tandem intelligens Calvinus conformem scripturis & patribus nostrâ esse sententiam, ad scripturas quas citauit nostram responsonem impugnat.

Caluinus.

*Conatur, ait, se expedire: Fingunt enim ad postremum distinctionem poenae & culpae. Culpam remittit tamenur Dei misericordia, sed ea remissa poenam restare, quam per solui Dei iustitia postulat. Ad poenam igitur remissiones proprie spectare satisfactiones. Quae ista, bone Deus, desultoria leuitas? Culpa remissionem nunc gratiam praestari confitemur, quam precibus & lacrymis aliisque omne genus praeparationibus emereri subinde docent.*

Responsio.

Poenam restare culpa remissa multipliciter superius ostendimus, eamque nos persoluere posse, compensare & deprecari. Et verè eam persolui Dei iustitia postulat. Nam vt dicit b. Thomas dist. 14. q. 2. art. 1. q. 2. tam iustitia quàm amicitia in aequalitate quadam consistit. Qui ergo aliquem offendit, contra amicitiae aequalitatem peccat, in quantum affectum debitum non impendit; & contra aequalitatem iustitiae, in quantum re debitam subtrahit. Et sicut hæc duo in offensa quandoque diuiduntur, ita etiam in recompensatione separantur: sicuti quando poena per violentiam offendentem inferitur, sit recompensatio quantum ad iustitiam, sed non quantum ad amicitiam. Similiter quando offensus offensum verbis placat, nondum re subtracta restituit, sit amicitiae recompensatio, sed non iustitiae. Peccator ergo per affectum peccati amicitiam Dei violauit, & per inobedientiam diuinæ legis honorem Deo debitum subtraxit. Ex primo amittit gratiam atque incurrit offensionem: ex secundo meretur poenam, vt ab eo qui per inobedientiam honorem Deo subtrahit, subtrahatur per poenam: vt contra suam voluntatem patiatur, qui peccando propriam secutus est voluntatem. Atque hoc poenae meritum reatus dicitur. Et ideo per poenitentiam qua homo se Deo supponit & peccata praeterita derestatur cum emendationis proposito, remittitur quidem peccatum quantum ad offensionem, & in gratiam & amicitiam recipitur: sed non oportet, vt ait beatus Thomas, quod remittatur quantum ad totum reatum, nisi poena iam soluta. Quare rectè dicitur quod Dei iustitia hanc poenam solui postulat. Consideranda hic est absurda Caluini sententia. Non enim sustinet quod precibus, lacrymis, ieiuniis, & aliis huiusmodi poenitentiae operationibus nos ad Dei gratiam nobis conciliandam praeparemus; Et putat hæc aduersari gratuitæ peccatorum remissioni, contra manifestissimam scripturarum testimonia. Dicit enim Dominus apud Ioelem. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. Similiter apud Ionam prophetam. Et euangelia commendant poenitentiam quæ fit in cinere & cilicio. Quàm magna, inquit b. Cypr. deliquimus, tam granditer desleamus: Poenitentia crimine minor non sit. Putas facile eum misereri tui, quæ tuâ non esse dixisti? orare oportet intentius: diem luctu transigere, vigilis noctes ac fletibus ducere. In cilicio & sordibus volutari, iustis operibus incubere quibus peccata purgantur.

Dei iustitia poenam pro peccatis solui postulat.

Caluinus.

Hier. 31.

Ezech. 18.

Esai. 38.

& 44.

Mich. 7.

Esai. 32.

Esai. 1.

*Verum ad hoc cum ista distinctione ex diametro pugnat, quicquid de peccatorum remissione in scriptura nobis traditur, quod tamen satis superque existimo à me confirmatum, & subiectam tamen quædam alia testimonia, quibus adeo consurguntur tortuosi istius angues, vt ne summam quidem eandem complicare post hac queant. Hoc est testamentum nouum quod Deus in Christo suo nobiscum pepigit, quod iniquitatum nostrarum non recordabitur. Quid his significauerit distinximus ex altero propheta. Si iustus, inquit, a iustitia deslexerit, omnium iustitiarum eius non recordabor. Si impius ab impietate sua recesserit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Quod se iustitiarum recordaturum negat, vtiq; hoc est nullam se earum habiturum rationem vt remunerentur. Ergo & peccatorum non recordari est ea non postulare ad poenam. Idipsum alibi dicitur proicere post tergum, delere instar nubis, demergere in profundum maris non imputare, reatumq; habere. Talibus loquendi formulis non obscure sensum suum nobis explicat spiritus sanctus. Certè si punit Deus peccata, imputat: si vindicat, recordatur: si ad iudicia vocat, reata non habet; si examinat, post tergum non proiecit; si inspicit, non obliuiscit instar nebulae; si ventilat, non proiecit in profundum maris. Audiamus & ex alio propheta loco quibus legibus peccata remittat Dominus, si fuerint, inquit, peccata vestra vt cocinum, quasi nix albescent: & si rubuerint quasi vermiculum, erunt quasi lana.*

Verum

Verum & germanum harum scripturarum intellectum docent nos scripturae aliae. Nam Exodi 32. postquam dominus placatus scribitur ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum, ait tamen. Igo autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorū. Et in psalmis dicit propheta Dauid, quod propitius vltiscebatur in omnes adimtionēs eorum. Et mirum si dominus peccati Dauid non fuerit memor, quando propter ipsiū dimissum tamen, grauisimè multisque modis eum afflixit: Et quando Moyses & Aaron ob peccatum admissum ad aquas contradictionis non poterant impetrare ingressum terræ promissa, memor erat iniquitatis eorum. Sequitur ergo necessario intelligi scripturas citatas, quod non recordabitur Deus iniquitatum impij, quoad poenam æterni exilij & exheredationis, aut habedo eū proter iniquitates inimicum: quæ poenæ proprie peccato respondent recordabitur tamen quo ad reparationem damni illati. Sicuti qui amicus in bonis vel in fama læsit, post reconciliationem qui læsus est non meminit iniuriæ nec inimicitie, sed amicum animum & affectum cum signis veri amoris erga eum habet, quasi læsus non fuisset: exigit tamen damni reparationem (iuxta ea quæ statim citauimus ex b. Thoma) quam facere oportet etiam si sine amicitiae læsione damnum esset illatum. A tamen in baptismo totus reatus tollitur, nec vilius poenæ remanet debitum: imò & in sacramento poenitentiae si consummata est in suis partibus. Et vera cordis poenitentia non cessat donec totum damnum peccati illatum fuerit reatum. Nullo itaque modo recordatur Deus iniustitiarum impij, qui his modis ab impietate se auerterit. Quo autem sensu Dominus earum non recordetur si impius ab impietate sua recesserit, declarat eodem loco Ezechiel propheta quando dicit, ideo non recordatur Dominum, quia in iustitia quam operatus est viuet: non autem quod eum non castigabit. Flagellat enim omnem filium quem recipit, idque ob culpam tantum: & ita illius eum memorem esse oportet. Eodem modo iustitiarum non est memor, si iustus ab eis recesserit, quia morte morietur. Et Dominus Saluator hortatur vt faciamus nobis amicos de mamma iniquitatis, vt cum defecerimus recipiant nos in æterna tabernacula: De quo b. Augustinus libro 21. de ciuitate Dei. Non est iniustus Deus, ait Apostolus Paulus, vt quemadmodum operis vestri, laboris & dilectionis, tamen in peccatum labi contingerit: quemadmodum nec operum quæ in statu peccati facimus, secundum beatum Hieronymum circa caput 1. in Aggæum. Ait enim, Si quando videris inter multa mala opera facere peccatorem aliqua quæ iusta sunt, non est tam iniustus Deus, vt propter mala multa obliuiscatur paucorum bonorum: quemadmodum citat Gratianus de poenitentia distinctione 3. quod & probant duo capita que in eo sequuntur. Imò & opera pietatis pro peccatum mortificata reuiuiscere ad remunerationem docet beatus Augustinus libro de poenitentia. Pium est inquit credere, & nostra fides hoc exoptulat, vt cum gratia Christi destruxerit mala priora, in homine etiam remuneret bona: & cum destruxerit quod suum non inuenit, amat & diligit bonum quod in peccante plantauit: Et facilius pater in gratiam filium recipit qui ante offensionem diligenter & sedulo seruiuit. Est itaque apud Hieremiam & Ezechielem iniquitatum non recordari, non esse propter eas animo inimico & hostili, sed amico & paterno, quo in filium, non enim suscipiat peccatorem quasi nunquam admixta essent iniquitates. Ex quo affectu potest nihilominus in virga visitare eius iniquitates. Eodem sensu in scripturis dicitur Deus proicere post tergum iniquitates, delere instar nubis, demergere in profundum maris, non imputare reatumque habere. Hæc enim significant ita purgatam esse animam, vt nulla peccati macula, nulla offensus vel inimicitia, vel aliquod illius indicium appareat. Proicit enim peccata post tergum cum ea non magis respicit, ad hos saltem effectus, quàm si nunquam accidissent. Nam secundum beatum Gregorium cap. 83. lib. 9. comment. in Iob. Delicta nostra siue per nos, siue per semetipsum Deus resecat cum laxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporalis afflictione perdere, quas in perpetuum in eis non vult videre. Quando igitur Calvinus concludit, Si punit Deus peccata, imputat: si vindicat, recordatur: admittimus, sed non secundum prophetarum sensum. Non enim recordatur, vt mortem infligat, quæ proprium est peccati supplicium: recordatur tamen, vt diximus, ad paternam castigationem & filij purgationem, non ad supplicium quod merebantur. Et ad iudicium vocat, sed castigationis: & reata habet, vt non quasi offensus inimicū iudicet. Quem sensum intellexisse propheta s nunc docuimus. Ex his dictis facile est respondere ad ea quæ in antidoto sextæ sessionis contra satisfactionem, ca. 15. objicit. Sunt enim ferè eadè quæ ex institutione citauimus. Habet autem in antidoto remedia esse quibus fideles poenas comminatas auertant.

Responsio.

Psal. 98.

In baptismo totus reatus omnifq; poenae debitum tollitur.

Cap. 18.

Luce 16.

Cap. 17.

Cap. 14.

Quid sit iniquitatum non recordari apud prophetas.

Esai. 44.

1. Cor. 11. Cum ipsi, inquit, sponte pre-occupant, non est cur eos Deus quasi violenter trahat, Quorsum enim se-  
3. Reg. 31. rula, nisi cum decet voluntaria correctio? Proinde docet Apostolus non iudicatum iri illos à Domino, qui seip-  
sos indicabunt: Sed quàm preposterum est satisfactiones inde eliceret: De precari sunt pleriq; fidelium Dei sigella, quibus se reddiderunt obnoxios: quin etiam Achab ubi se ultro humiliat, mitiorem sentit Dei manum. Sed ipse quoque deprecationes quibus vsi sunt sancti, locupletissimi sunt testes gratuita-  
satisfactionis.

Responso. Non solum voluntariè nos corrigendo, sed & nos ipsos iudicando & vlciscendo, pœ-  
Danie. 4. nas comminatas auertimus: Et per elemofynas redimimus, nosq; à morte liberamus:  
Iobie 4. vt restantur Daniel, Thobias, Ecclesiasticus, & patres quos in superioribus citauimus:  
Eccle. 3. Manet tamen semper satisfactio gratuita.

Habet etiam in eodem antidoto absurdam sententiam, quòd videlicet nò potest esse  
gratuita peccatorum remissio, si fiat ad confessionem eius qui offendit. Air enim.

Caluinus. Quamquam dum panam æternam vnà cum culpa nobis remitti fingunt, vel confitendi voto, quid  
aliud sibi volunt, quam nos opere promereri quòd gratuitè se daturum promittit Deus?

Responso. Quasi non esset gratuita remissio homicidij, quando principes supplicanti & homici-  
cidium confitenti culpam remittit, donatq; vitam. Addit deinde in conclusione.

Caluinus. Quæ ab ecclesiasticis doctoribus de externa disciplina dicta sunt, quæ ad solemnem professionem spe-  
ctabant, ea imperitè ad spiritualem renouationem detorquent.

Responso. Mirum est Caluinum hæc scribere, qui in sua institutione palam dicit, quod omnes  
ferè, quorum libri extant, veteres scriptores lapsi sunt scribendo de satisfactioe, tali vi-  
delicet qualem in vsu nunc habet Christi ecclesia: sicut patet ex eorum sententiis supe-  
rius citatis. De quo statim respondendo Apologiae, latius agemus. Hæc enim aduersus  
ecclesiasticam satisfactioem impugnationis ab isto sumit initium, quòd veteres scrip-  
tores de externa tantum disciplina locuti sunt: & adducit præterea alia argumenta, qui-  
bus eam putat in rotum subuerti, potissimum tamen per gratuitam peccatorum remis-  
sionem: ex qua etiã præcipua Ioannis Caluini adferuntur argumenta. Sic enim incipit  
Philip. in Apologia.

Apologia. Ex ritu publicæ penitentia reliquum habemus etiam nomen satisfactiois. Notebant enim sancti  
Philippi Me-  
lanchthonii. patres recipere lapsos aut famulos, nisi prius cognita & spectata eorum penitentia: & huius rei viden-  
tur multe fuisse causæ. Nam & ad exemplum pertinebat castigare lapsos, & indecorum erat homines  
famulos statim admittere ad communionem. Et mores diu iam antiquati sunt, nec necesse est eos restituere,  
quia non sunt necessarij ad remissionem peccatorum coram Deo: neque hoc senserunt patres, mereri  
homines remissionem peccatorum per tales mores aut alia opera: & si quis sic sensit, Iudæicè & gentili-  
ter sensit. Nam & Ethnici habebant quosdam expiationes delictorum, per quas frangebant se reconciliari  
Deo. Nunc autem more antiquato manet nomen satisfactiois & vestigium moris, quod in confessione  
prescribuntur certæ satisfactioes, quas definiunt esse opera non debita, nos vocamus satisfactioes cano-  
nicas. De his sic sentimus, sicut de enumeratione peccatorum quòd satisfactioes canonice non sunt ne-  
cessariæ iure diuino ad remissionem peccatorum: sicut neque illa spectacula veterum satisfactioem in  
penitentia publica, iure diuino necessaria fuerunt ad peccatorum remissionem.

Responso. Patrum libros legenti ex quibus circa hunc articulum multas citauimus sententias,  
manifestè patebit vanum esse & falsum, quòd locuti sunt solum de satisfactioe pœni-  
tentia publicæ. Ostendimus enim eos loquutos esse de confessione priuata, quæ secretò  
fit apud sacerdotem, cuius arbitrio secretè vel publicè penitentia agebatur. Et de satis-  
factione scribit b. August. homil. vlt. quæ est de penitentia, Ascendat, inquit, homo  
aduersum se tribunal mentis suæ, si timet illud quod oportet nos exhibere ante tribunal  
Christi, maiorem quisque in se seueritatem debet exercere, vt à seipso iudicatus non  
iudicetur à Deo, & c. & cum in se protulerit seuerissimæ medicinæ sententiam, veniat  
ad antistes per quos illi clauis in ecclesia ministrantur, & accipiat satisfactiois sue  
modum. Et in fine, Non sufficit mores in melius commutare, nisi etiam de his quæ facta  
sunt satisfiat Deo. Idem in Enchirid. In melius est, inquit, vita mutanda, & per elemo-  
synas de peccatis præteritis est propitiandus Deus. Amb. quoque lib. 1. de pœnit. docet  
pro occultis peccatis agendam esse penitentiam: Si quis, inquit, occulta crimina habet,  
propter Christum, tamen studiosè penitentiam egerit, quomodo istic recipit, si ei com-  
muniò non refunditur? (agit enim contra Nouatianos) Volo veniam reus speret, petat  
eam lachrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, vt ignoscatur obsecret. Et  
cum secundò ac terriò dilata fuerit eius communiò, credat remissio se supplicasse, fle-  
tus augetur, miserabilior postea reuertatur. teneat pedes brachijs, ofculetur ofculus, la-  
uet fletibus, nec dimittat, vt de ipso dicat Iesuis, Remissa sunt peccata eius multa, quoniã  
dilexit

dilexit multum. Cognoui quosdam in penitentia sulcasse vultum lachrymis, exarasse  
continuis fletibus genas, strauisse corpus suum calcandum omnibus, ieiuno ore semper  
& pallido mortis speciem spiranti in corpore prætulisse. Quid spectamus vt mortui  
mercantur veniam, qui mortem sibi intulerunt dum viuere? Hoc loco & ad virgini-  
nem corruptam scribens, similiter & superiores Augustini sententiæ, non de publica  
agunt penitentia & satisfactioe, sed priuata: nempe de peccatis etiam occultis. Ad  
hæc beatus Chrysostomus homil. 42. super Marth. Terribile, inquit, illud iudicium  
est, ineuitabilis pœna, intolerabilia tormenta. Sed si vis (quod ego consulo) nec hic  
quoque aliqua pœna cruciari, tu ipse tibi iustus sis iudex, referas tibi ipsi rationes vi-  
uendi: Audi Paulum dicentem, quoniam si nos ipsos iudicauerimus, non utique iudi-  
cabitur. Et addit, Quoniam, inquit, modo mihi ipsi rationes viuendi referam? largos la-  
crymarum effundit fluuios, ingentes compunctionis gemitus redde, laboribus ac vi-  
gilis te ipsum afflige, peccata tua per singulas species recole. Idem in homil. 4. de pœnit.  
Penitentiam, accidit, exhibuit Dauid, & olim patrum peccatum post tot tempora  
quasi nuper accidisset, lugebat. Nouerat enim quòd ita iudicem placabimus, si à nobis  
vltionem ipsi sumamus. Quæ omnia trahi non possunt ad penitentia publicæ satisfac-  
tionem. Tertullianus lib. de penitentia. Deliqui, dicito, in Deum, & periclori in æ-  
ternum perire. Itaq; nunc pendeo & maceror, & excrucior, vt Deum reconciliè mihi,  
quem delinquendo læsi. Et vniuersæ patrum sententiæ, quas citauimus circa locum  
Euangelij. Facite dignos fructus penitentia: intelliguntur de satisfactioe in genere,  
priuata vel publica. Ritus autem publicæ penitentia ad quos solos referri volunt Satis-  
factionis nomen apud patres, valebant ad prouocandum misericordiam Dei erga pœ-  
nitentes sic afflictos, & plurimum conducebant ad peccatorum remissionem: simul ta-  
men pertinebant ad disciplinam & exemplum. Et necessaria esse externa signa pœni-  
tentia docent beatus Cyprianus, Ambrosius, & alii patres ecclesiastici post Iolem &  
Ionan prophetas: quamuis ritus secundum canones penitentiales determinari modò  
non sint necessarij, nec iure quidem ecclesiastico, quum illi iam diu obsoleuerint, &  
penitentia facta sint arbitraria secundum canonem Innocentij 3. in capit. Deus qui, de  
pœnit. & remis. & canonem Mensuram. de pœnit. distinct. 1. & 26. quæst. 7. cap. Tem-  
pora plenitudinis, & cap. Hoc scit. Et quamuis antiquatus sit mos publicæ penitentia  
satisfactioisq; canonicæ, hoc est, secundum canones penitentiales præscriptæ, ob fri-  
gescentem fidelium charitatem & deuotionem, satisfactioem tamen sacramentalem  
perpetuam in ecclesia esse oportet, sicut sacramentum penitentia cuius est pars. Sicut  
enim hæc satisfactio determinatio est satisfactiois in genere pro peccatis debita, vel  
eius compensatio, ita & satisfactioes canonicæ. Abolita autem determinatione iuris  
diuini, non propterea ipsum ius abrogatur: nec abrogari potest. Non autem hic agimus  
de satisfactioe quæ est iuris ecclesiastici tantum, sed quæ diuini est iuris, qua quisque in  
se vindicat quod nimium suæ indulgè voluntati contra diuinam: Penitentia autem se-  
cundum canones imposita, antequam illi essent aboliti, an necessariò fuerit implenda,  
& an fuerit ad salutem necessaria, eadem est quæstio cum ea quæ nunc tractatur à do-  
ctoribus de eo qui penitentiam iniunctam non acceptat aut non implet. Articulus igitur  
non loquitur de canonica satisfactioe, quæ plerunq; magis erat ad conciliandam  
gratiam Dei, Deumq; propitiandum, quàm ad pœnæ solutionem: de qua sola agit arti-  
culus. Nihil igitur nunc disputandum est de ritu penitentia publicæ iam antiquato,  
quem non pudet Philippum quasi hominem ethnicum, hic & copiosius in locis suis theo-  
logicis dicere patres sumpsisse ab ethnicis: ita enim habet.

Huius vestigia, manserunt etiam apud Græcos: ubi si quis eadem iniustam fecisset, aut incestum Philippus  
commisisset excommunicabatur, hoc est, excludebatur à consuetudine communionis officiorum, & adde-  
bantur signa quedam in vestitu, quæ significabant eum hominem reum, pollutum, & vitandum esse:  
erant etiam certæ imprecationes & diræ quæ contra pollutum dicebantur. Sic Phœnx apud Homerum  
narrat apud se propter supratam coniugem patris diras recitatas esse, & Orestes excurrit in Græciã:  
& passim multa exëpla reperiri, vt Pelei, Antilochi, Adrastii, qui ad Cræsum venit gerens signa recita-  
tus. Hæc exëpla ait satis apparere à primis patribus sumpta esse, qui hos ritus disciplinæ causâ obseruauerunt.

Verè nimis ethnicè hæc scribit, cum exempla seuerioris penitentia multò viciniora,  
imò eadem contineant scripturæ sacræ, quæ hortantur ad fiscos, cineres, & cilicia: quo-  
rum vsus erat in solenni penitentia. Quum igitur iam exoleuerit vsus solennis pœniten-  
tia, inanis est disputatio, an modò sint illæ satisfactioes iuris diuini, cum etiã tunc fue-  
rint solum iuris ecclesiastici quãdo vigeabant, ab ecclesiæ prepositis in disciplinã publicè  
peccantium

Exëpla penit-  
entia quo-  
rundam.

Psal. 50.

Matth. 3.

Signa exter-  
na penitentia  
sunt penitentia  
necessaria.  
Ioe. 2.  
Ione 2.

peccantium instituti. Disputamus autē de satisfactione ad quam secundum sanctorum interpretationem hortatus est Ioannes Baptista, quando dixit, Agite dignos fructus penitentiae.

*Retinenda est sententia de fide, quod fide consequamur remissionem peccatorum propter Christum, non propter nostra opera praecedentia vel sequentia. Et nos ob eam causam praecipue de satisfactionibus disputauimus, ne susciperentur ad obscurandam iustitiam fidei, neve exilimarent homines se propter illas consequi remissionem peccatorum. Quem errorem adiuuat quod in definitione ponant eam fieri ad diuinam offensam placandam.*

Hanc fidem & nos retinemus & docemus, scientes quod huic Christo Domino oēs prophetae testimonium perhibent, vt ait beatus Petrus, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum, non propter nostra opera, quasi remissionis peccatorum meritoria, quamuis non sine eis nec sine penitentia: Accepta autem remissione per spiritum sanctum in nos tanquam Christi membra transfusum propter nomen eius, perfoluere possumus poenam restantem. Senſu tamen longē diuersos nos docemus fidem consequi remissionem peccatorum quam Philippus, qui intelligit fidem apprehendentem, nos autem ostendentem propitiatorem paratum in sacramentis ad hoc ab eo institutis, peccata remittere. Nec obscuramus hac nostra doctrina iustitiam fidei, quin potius eam magis illustramus, qui hac poenā perſolutionem, tanquam effectum, ad iustitiam fidei referimus. Et quicquid docemus homines propter illa opera consequi, hos consequi docemus propter illa, secundum quod ex iustitia fidei procedunt. Quomodo autem nostra satisfactione diuina offensa placetur, quod ad poenam aeternā, & quomodo quoad flagellum temporalis castigationis, diximus supra. Nam sententia b. Augustini est cap. 70. Enchyrid. quod per elemosinas de peccatis praeteritis propitiandus est Deus, & eius offensa placanda.

*Fitentur aduersarij quod satisfactiones non profunt ad remissionem culpae, verum fingunt eas prodesse ad redimendas poenas seu purgatorij, seu alias. Docent enim in remissione peccati Deum remittere culpam, & tamen (quia conuenit iustitiae diuinae punire peccata) mutare poenā aeternam in temporalem: & huius poenae partem remitti per potestatem clauium, reliquam autem redimi per satisfactiones. Nec intelligi potest quarum poenarum pars remittatur potestate clauium, nisi dicant partem poenarum purgatorij remitti. Quae ex se sequeretur satisfactiones tantum esse poenas redimentes purgatorij. Et has satisfactiones dicunt valere, etiam si fiant ab his qui relapsi sunt in peccatum mortale, quasi vero diuina offensa placari queat ab his qui sunt in peccato mortali. Haec tota res est commentitia, recens conficta, sine auctoritate scripturae & veterum scriptorum ecclesiasticorum.*

Satisfactiones non prodesse ad remissionem culpae, nec docemus, nec consentiunt scripturae, quae docent ieiuniis, elemosynis, & vitā austeritatem ad misericordiam Deum prouocari & peccatorum nostrorum remissionem: cuius exempla multa in eis reperiuntur apud Ioelem prophetam & Ionam de Niniuitis, qui ad cineres, cilicia, & planctū hortantur. Et beatus Ambrosius audeat pronunciare quod si peccator sibi ipsi non pepercerit, à Deo illi parceretur: & si futuras poenas gehennae perpetuas in hoc paruo vitā spatio compensauerit, seipsum ab aeterno iudicio liberat. Grandi, inquit, plagae alta & proluxa medicina opus est: grande scelus, grandem habet necessariam satisfactionem. Similiter loquuntur patres ecclesiastici quos supra citauimus de poena etiam aeterna, & remissione culpae mortalis: Haec tamen compensatio non fit per solutionem aequivalentis, sicut compensatio poenae residuae post remissam culpam: sed est compensatio & satisfactio qua Deus contentus est, & qualem secundum legem requirit, vt peccatorem in gratiam recipiat: quo modo satisfacit vt poena aeterna condonetur, qui poenitens apud sacerdotem sua peccata confitetur, eius arbitrio se submittit. Diximus tamen probabilem esse sententiam quae dicit, nostra satisfactio ex gratia Christi solui potest aequiualens poenae aeternae & culpae admissae. Nec fingimus, sed ex scripturis & patribus docuimus nostram satisfactionem prodesse ad redimendas poenas purgatorij. Nec diffiteretur hoc Philippus, si crederet post hanc vitam peccata temporaliter puniri, cum doceat ipse nostris operibus nos mitigare & redimere calamitates ac poenas huius seculi. Et in remissione peccatorum post scripturas, patres, & Conciliorum definitiones, docemus Deum remittere culpam, tamen secundum suam iustitiam punire peccatum, & mutare poenam aeternam in temporalem: id quod & ipse Philippus docet, sed de poena temporali huius seculi, scripturarum euidentia conuictus. Propter quas in locis suis theologice dicit, quod iustitia Dei est peccata punire, & ideo necesse esse quod fiat commutatio poenarum: sicut non remisit Aza & Dauid sine poena: quodq; propterea

Mat. 3.

Philipp. in Apologia.

Responsio.

Act. 10.

Fides ostendit propitiatorem paratum ad remittenda peccata consequitur remissionem peccatorum.

Philippus.

Responsio.

Ad virginem corruptam.

propterea non vniuersa, sed principalis & placans iram Dei poena translata sit in filium. Et clauium potestate quibus remittuntur peccata, poena prius aeterna sit temporalis. Et verissimilior est sententia, quod minor sit quando virtute sacramenti suscepti sit peccatorum remissio: quamuis alii opinentur, quod solum mutetur poena aeterna in temporalem eandem secundum intentionem & acerbiteratem, respondentem conuersioni quae fiebat peccando. Porro pars poenae purgatorij siue futuri seculi remittitur, si haec, vt diximus, per se debeatur peccato remisso vel veniali. Quod docent sententiae b. Chrysostomi superius citatae, & clarissime beatus Cyprianus in 2. epistola 4. libri quae est ad Antonianum, loquens de his qui fidem negauerat ad poenitentiam receptis, Nec putes inquit, frater charissime, hinc aut virtutem fratrum minui, aut martyria deficere, quod lapsis laxata sit poenitentia, & quod poenitentibus spes pacis oblata. Manet verò fidentium robur immobile, & apud diligentes ac timentes toto corde Deum stabilis & fortis perseuerat integritas. Nam & mœchis à nobis poenitentiae tempus conceditur, & pax datur, non tamen idcirco virginitas in ecclesia deficit, aut continentiae propositum gloriosum per aliena peccata languescit. Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcerem non exire donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgari: aliud denique pendere in die iudicii ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari. Vbi manifestè docet nostra passioe & satisfactione nos posse compensare & auertere longum cruciatum, quo post hanc vitam per ignem essemus emendandi & purgandi. Nam remissa culpa non statim omnem poenam condonari supra satis docuimus, quam in futuro seculo ferre oportebit, si eam hic non compensauerimus. Liberè itaque constitemus post beatum Cyprianum quod nostrae satisfactiones sunt poenae redimentes purgatorij. Quod autem satisfactiones valeant si fiant ab iis qui relapsi sunt in peccatum mortale, nos non docemus, sed habemus tanquam problema, in quo vni cuique licet in suo sensu abundare: tamen si credamus probabiliorē esse sententiam quae dicit non satisfacere, ne pro poena quidem temporalis per opera facta in statu mortalis peccati: sicut post beatum Thomam docet Cardinalis Caietanus quaestione 2. de satisfactione, tertiae parti adiecta. Sed quod diuina offensa placari queat ab his qui sunt in peccato mortali per solutionem aequivalentis, nullus doctorum scholasticorum dicit. Porro contra auctoritatem scripturae, veterum scriptorum & generalium Conciliorum esse quod subdit Philippus, scilicet quod tota haec res, hoc est doctrina de satisfactione quam ipse recitauit, sit commentitia, recens conficta, palam testantur eorum libri si aperiantur. Id quod non ignorabat Caluinus, apertè asserens vniuersos ferè lapsos esse quotquot de satisfactione scripserunt: contra quorum auctoritatem & sententiam nemo tam suae salutis negligens esse deberet, vt iis contemptis sequeretur Philippi sententiam ab catholicis vniuersis damnatam.

*Scripturae citatae ab aduersarijs prorsus nihil loquuntur de canonicis satisfactionibus, & de opinionibus scholasticorum, cum constet eas nuper natas esse. Quare mera calumnia est quod scripturas detorqueant ad illas suas opiniones. Nos dicimus quod poenitentiam, hoc est conuersionem seu regenerationem boni fructus, bona opera in omni vita sequi debeant, nec potest esse vera conuersio, aut vera contritio, vbi non sequuntur mortificationes carnis & boni fructus. Veri terrores, veri dolores animi non patiuntur corpus indulgere voluptatibus: & vera fides non est inegata Deo, nec mandata eius contemnit. Denique nulla est interior poenitentia, nisi foris pariat castigationes carnis. Et hanc dicimus esse sententiam Ioannis cum ait, Facite dignos fructus poenitentiae, item Pauli, Exhibete membra vestra seruare iustitiae, sicut alibi dicit, Exhibete corpora vestra hostiam viuam, sanctam, &c.*

Scripturae per nos citatae de satisfactione loquuntur euangelica, in qua consistunt digni fructus poenitentiae: quae olim praepositorum ecclesiae iudicio determinabantur ad poenas canonicas, hoc est eas quae canonicis poenitentialibus praescribebantur. Et vnum ac ridiculum est, argumentari scripturas non loqui de satisfactionibus, ex eo quod nuper natae sint de iis scholasticorum opiniones. Opinamur enim & disputamus de rebus scripturarum, inquirendo veram earum intelligentiam. Nec detorqueamus scripturas ad nostras opiniones, sed nostram sententiam, quae est & ecclesiae catholicae, per scripturas confirmamus. Bene quidem dicit quod poenitentiam boni fructus & bona opera in omni vita sequi debeant, sed falleris in eo quod omnia opera bona credas esse fructus poenitentiae. Sicut enim alii sunt fructus patientiae, alij fortitudinis, & alii temperantiae: ita peculiare fructus habet & poenitentia. Et non eosdem esse fructus virtutum

Clauium potestate peccata remittuntur, & poena aeterna mutatur in temporalem.

Nostra satisfactioe condempnare & auertere possumus longum cruciatum.

Philippus.

Matth. 3. Rom. 6.

Responsio.

Fallitur Philippus quod dicitur omnia bona opera esse fructus poenitentiae.

ac nona vitæ clarissimè docent patrum sententiæ, quos in principio circa articulum ci-  
tauimus. Nam cum pœnitentia sit odium peccati propter Dei offensam, peculiaris eius  
fructus est exterminare peccatum & Deum offensum conciliare. Nec lolam contriti-  
onem siue pœnitentiam sequuntur carnis mortificationes & boni fructus, verum etiam  
charitatè & obediètiã mandatorũ Dei. Testatur enim b. Gregorius & Chryostomus  
quòd à licitis multis abstinere debet, qui illicita commisit. Et iustum est, inquit ille, vt  
peccator tanto maiora sibi inferat lamenta per pœnitentiam, quanto maiora intulit  
clamna per culpam. Carnis autem mortificatio, mandatorum Dei obseruantia, & opera  
bona, communia sunt his qui peccauerunt, & aliis qui à peccatis Dei gratia sunt seruati:  
Et carnis castigatio quam interior pœnitentia operatur, vera est satisfactio de qua lo-  
quitur Ioannes Baptista, dum hortatur, vt faciamus dignos fructus pœnitentiæ (quem-  
admodum Philippus ipse hic testatur) de qua loquimur & nos. Si enim carnis cas-  
tigacionem pariat pœnitentia, ad suum finem eam refert, Deum scilicet concilian-  
dum, cuiusque offensam vindicandam: qui sunt fines pœnitentiæ, propter quos etiam ex-  
hibet membra nostra fertiure iustitiæ, & corpora hostiam sanctam viuam, &c. Vt autem  
mandatis obtemperet fructus est quem parit obediètiã: parit etiam pœnitentia, si fiat  
ne offendatur Deus. Suos namque fines singulæ habent virtutes.

Matth. 3.

Philippus,  
Ei 29.  
Egodi 20.  
Responsio.

Et cum Christus inquit, Agite pœnitentiam, certe loquitur de tota pœnitentia, de tota nouitate vitæ:  
non loquitur de illis hypocriticis satisfactiõibus quas fingunt scholastici.

Diximus alios esse fructus pœnitentiæ, & alios nouitatis vitæ, quæ vniuersas cõple-  
ctitur virtutes. Non igitur intelligi potest quòd Christus inquit, Agite pœnitentiam,  
de fructibus quos tota parit vitæ nouitas.

Explicat autem in locis suis Philippus quas intelligat hypocriticas satisfactiõnes, eas  
videlicet quæ sine mandato Dei sunt in ieiuniis, vigiliis, & vitæ austeritate.

Philippus.

Nam cruciatus, inquit, vltro accessit pertinent ad regulam, Frustra me colunt mandatis hominum.  
Item pœnant cum his præceptis, Non occides, Item habe honorẽ corpori, &c. Vult enim Deus nos  
agnoscere hanc nostram vitam: & mirificam omnium partium ac sensuum naturam & harmoniã suã  
opus & donum esse, imò & Dei imaginem habere & contineri: ideo diligenter seruari & tractari vult  
hominum naturam. Sed quia peccatum hæret in nobis, alioqui satis erit calamitatis, quæ cito hanc mor-  
talem naturam absument: Has ferre inbet cum inquit, Sufficit diei afflictio sua, id est, non accessit vobis  
vltro maiorẽ calamitates, sed rectè tolerate illas quæ propter mundi miseriam vos attingunt, etiam non  
accessit.

Matth. 6.

Responsio.

Per hæc damnat Philippus vniuersam vitæ austeritatem in ieiuniis & vigiliis, quas  
sponte assumimus, vel ab ecclesiæ præpositis in pœnitentiam nobis iniunguntur. Do-  
ctrinam hanc didicit in schola non Christi, sed Epicuri, qui docet, quæ corpori commo-  
da sunt & suauia querere, & incommoda ac molesta fugere, contra scripturas quæ ad  
pœnitentiam hortantur, reclamantibus etiam exemplis & vita sanctorũ, quos magni-  
ficè commendat scriptura. Prædicat enim apostolus Paulus triumphantem & victri-  
cem fidem eorũ qui circueiunt in melotis, in pellibus caprinis, in solitudinibus erran-  
tes, in montibus ac speluncis & in cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus: qui  
tamen præ cæteris hominibus nulla acceperant specialia austerioris vitæ illius præcepta.  
Et Rechabitas commendat Dominus, quòd speciale vitæ institutum se habebantur ex pa-  
tris instituto seueniũs & expeditius: quòd suæ peregrinationis admonebantur, qui præ  
cæteris sui populi specialia nulla mandata acceperant, sed patris duntaxat præcepto ob-  
temperabant. Quod Philippus damnandum hic dicit secundum regulam, Frustra me  
colunt doctrinis & mandatis hominum. Ac prætermisso Helia, Heliseo, filiisque pro-  
phetarum, qui sine Dei mado vitam cœlibem & eam seueram ieiuniis, vigiliis, labori-  
bus, vestitu, cubitu, cæteroque victu & habitu simili duram & asperam ducebant, spon-  
teque ex animi religione hanc assumpserant. Nec mandatum legitur Ioanni Baptiste  
vt vitam eremiticam viueret. Nazaræorumque influta ab infantia sectando, & vitam  
seueram ageret: vt ei esset vestitus pili camelorum: locusta, mel syluestre & aqua cibus  
& potus. Er Anna illa Phanuelis filia nullius præcepti necessitate, sed proprii arbi-  
trij electione vltronea, tot annis à templo non discedebat, ieiuniis & obsecrationibus  
continenter seruens Domino. Hos omnes Philippus hic damnat quasi hypocritas  
si vltra Deum colentes ac seruientes. Pestilens igitur est hæc eius doctrina, & aduerfa-  
ria scripturis sacris, quæ laudat magnificè quos damnat ipse temerè, & quidem propter  
opera & vitam eandem. Latè hæc profequitur Albertus Pighius Campensis controuer-  
sia 12. quæ est de humanis & ecclesiasticis traditionibus.

Hebræ. 11.  
Nullis præ-  
cepta data sunt  
de austeriori  
vita suscipiẽ.  
da.

Hebr. 25.  
Matth. 15.  
Matth. 7.

Zucca.

Multa

Multa colligi argumenta possunt quòd hæc dicta scripturæ nullo modo pertineant ad scholasticas sa-  
tisfactiõnes, isti fingunt satisfactiõnes esse opera indebita: scriptura autem in his sententiis requirit ope-  
ra debita. Nam hæc vox Christi, Agite pœnitentiam, vox præcepti est.

Philippus.

Responsio.

Conforme est naturalis rationis iudicio quòd creditori non soluat per id quod alio  
nomine est debitum. Et ideo secundum B. Anselmum lib. Cur Deus homo, per illa fit fa-  
satisfactio pro peccato, quæ ab homine exigunt, nisi peccasset, non possent. Nam si apud me  
est alterius deposita pecunia, & ei ex mutuo tantundem debeam, non satisfacio pro mu-  
tuo accepto, depositum restituendo. Cum igitur satisfactio de qua agimus, sit iniuriæ il-  
lata compensatio secundum æqualitatem iustitiæ, doctores quidam requirunt voluntari-  
am reditiõnem æquivalentis alias indebiti. Intelliguntur autem opera ista indebita ius-  
tis & his qui nõ peccauerunt, vt quod adulter debet ratione commissi adulterij, vel fur  
propter ablatam rem alienam, non est debitum ab eo qui à criminibus illis est immunis:  
de quo tamen apud doctores scholasticos dubitatur, An per opera ad quæ ex præcepto  
obligamur, Deo satisfieri possit, & per solui pena pro peccatis debita. Nam B. Thomas  
quem Petrus Paludanus & Durandus sequuntur, opinatur per huiusmodi opera nõ posse  
pro peccatis satisfieri, cum per opus præcepti nihil sibi homo subtrahat: & bona, inquit  
Paludanus, intelliguntur deducto ære alieno. Contrariam sententiam magna probabili-  
tate sequuntur Cardinalis Caietanus in quæst. 1. de satisfactiõne pœnitentiã addita ter-  
tiã parti: & sanctissimus Dominus Adrianus pontifex tertius in tractat. de pœnitentia.  
Et argumento quo obijcitur quòd satisfacere est facere æquale debito, quòd non fieret,  
si id quod fit alias esset debitum: quia minus fieret quàm deberetur. Responder Cardina-  
lis magnum discrimen esse inter satisfactiõnem quæ fit secundum limites & regulam pu-  
ræ iustitiæ, & aliam quæ magis naturam sapit amicitie quàm iustitiæ: Et quòd satisfac-  
tione ista pœnitentiã potissimum respiciat naturam amicitie. Quare etiam dicit à B.  
Thomas pœnitentiam aliam virtutem poni à iustitiã vindicariã, quæ ius attendit, illa au-  
tem voluntatem offensi & offendentis, quod amicitie magis est quàm iustitiæ. Porro B.  
Anselmum dicit non aliud intendere quàm quod solum per pœnalia pro peccatis fiat sa-  
tisfactio. Hæc enim sunt quæ ab homine non exigenterent, si non peccasset. Idem namq;  
opus, vt est honorare parentes, sicut dicit Caietanus, si cum pœnalitate aliqua exercen-  
dum occurat, potest esse præceptum pietatis, & meritum, vt est à charitatè: & gra-  
tiam actio Deo, vt est à superexcellente gratitudine, quæ vocatur religio, & esse satis-  
factorium, quatenus est à pœnitentia sponte cum pœnalitate assumptum. Est itaque hæc  
quæstio inter eas de quibus vtrinq; opinari licet. Sed qui opinantur satisfactiõnes esse o-  
pera indebita, hoc est libera, à quibus abstinere liceret, intelligunt non esse debita, nisi ab  
his qui Deum offenderunt. Peccator, inquit B. Hieron. dormiat in sacco, & præteritas  
delicias vitæ austeritate compenset. Confitemur quidem, quòd hæc vox Christi Agite  
pœnitentiam, vox præcepti diuini est. Nam agere pœnitentiam hic est resipiscere, pœni-  
tere, & peccatum admissum odisse ad Deum recõciliandum: de quo nullum est dubium  
quin præceptum fuerit semper iuræ naturæ, & nunc euangelico, omnibus lapsis in mor-  
tale peccatum, etiam ante baptismum. Hoc ipsum publicauit Ioannes & præcepit Chri-  
stus his quos præparabant ad vitam euangelicam atque ad baptismum inuitabant. Nec  
sterilis sufficit pœnitentia, sed requiritur ea quæ ferax est operum quæ digna sunt pecca-  
tis admissis, pro eorum magnitudine: de quibus propriè præcipit Ioannes quando hor-  
tatur ad faciendos dignos fructus pœnitentiæ. Hanc sententiam propterea debebat po-  
tius hic citare Philippus. De qua magister distinet. 16. 4. sententia. Satisfactio, inquit, à  
Ioanne præcipitur, vbi ait, Facite dignos fructus pœnitentiæ, vt secundum qualitatem  
& quantitatem culpæ fit qualitas & quantitas pœnæ. Non enim par esse debet fructus  
boni operis eius qui nihil, aut qui minus peccauit, & eius qui grauius deliquit. Ideo dis-  
cretio pœnitenti valde necessaria est, vt illa faciat quæ tradit Augustinus dicens, Consi-  
deret qualitate criminis, &c. Hi autem fructus pœnitentiæ vt varij sunt, ita alij ma-  
gis sunt necessarij: quidam præcepti sub pœna mortalis peccati, quidam sub peccati veni-  
nalis pœna tantum: quidam autem consulti, non præcepti. Et hæc varietas circa cuiuslibet  
virtutis actus contingere potest. Est autem pœnitentiæ fructus quicquid operum  
ipsa parit aut ad suum finem refert. Actuum verò proprium pœnitentiæ diximus præ-  
ceptum & necessarium. Necessarius etiam est omnis eius fructus sine quo peccati non  
fit remissio: qualis est peccatorum apud sacerdotem confessio, cum submissione in ar-  
bitrium eius. Necessarius est præterea fructus, qui est vitare peccata ne Deus offendatur,  
(de quo potissimum loquitur Ioannes ad turbas, publicanos & milites) necessarium de-

Debitor depo-  
situm restitit &  
do nõ satisfi-  
cit creditori.

Distin. 15. 4.  
sentè 9. 3. ar.  
1. 2. 5. ad 1.

In cõment. su-  
per Malach.

Omnibus in  
mortalis pec-  
catorum lapsis,  
præceptum est  
diuinitus vt  
agant pœnitẽ-  
tiam.

Quicquid o-  
perũ parit pœ-  
nitentiã, vel  
ad suum finem  
refert, id est,  
ipsius fructus

R 4

inde

ca. 54. de do gmat. ecclie.

zone 3.

Math. 3. Homil. 10. in Math.

Verè peccata odit cõtritus nõ est iis que necessaria sũt ad reconcilia tionẽ cũ Deo, sed etiã que commoda pũt eat adhibet.

Per se loquen do non est pec catũ mortale nelle in alterum seculum satisfactioẽ differre.

inde est peccatorum occasiones cauere ne offendatur Deus. Propter quod dicit B. Aug. satisfactioem pœnitentiæ esse peccatorum causas excidere, nec earum suggestioibus aditum indulgere. Vindicare autem peccatum ante vel post remissionem, ieiuniis, vigiliis, & vita auitiore, fructus est pœnitentiæ: de quo apud doctores dubitatur an sit voce hac euangelica præceptus. Nam rex Niniuitarum audita comminatione Ionæ prophætæ prædicauit ieiunia & cætera ad placandum Deum: & respexit hæc opera Dominus atque miserus est. Qualia etiam opera antiquitus imponere solent præpositi ecclesiæ ante pœnitentis absolutionem, quæ iniuncta habebant quidem necessitatem, quam non antea, nisi fortassis in genere, eo quod dolore cordis pœnitentẽ oporteat foris opere afflictiuo ostendere. De istis primũ dubitatur, an præcepta sint ante iniunctionem voce euangelica, Facite dignos fructus pœnitentiæ. Nam sanctorum sententiæ quas ex Chryl. Ambro. & Gregorio citauimus, insinuant huiusmodi operum necessitatem. Longo tempore es fornicatus, ait B. Chrysoft. à legitimo vsu suspendere coniugij: deliciis ante distuebatur, ieiunio atque aquæ potu vtrũq; compensa. Et eandem sententiam habet beatus Ambrosius ad virginem corruptam. Item B. Hieronymus in epitaphio Paulæ. Rursus B. Cyprianus in sermone de lapsis: quorum omnium sententias superius citauimus. Qui vero se non affixerit post grauem culpam admissam, vt Deum sibi propitium faciat, merito timere debet quod non verè nec satis pro dignitate peccatum suum odiat ac deteste tur. Nam sicut charitas operatur magna si inest, & si operari renuit, charitas non est: ita & pœnitentia. Hoc tamen per se præceptum est, ex animo odisse peccata quod in eis Deũ offenderimus, vindicare autem & se affligere vniciuiq; conueniunt, sicut spiritus Christi suggerit, per se vel suos præpositos. Plurimum enim vt frequenter diximus, seueritas ista qua quisq; se iudicat, misericordiam Dei protuocat ad prouehendum affectum pœnitentiæ, & gratiam Dei concilianam. Et verè odians peccata sua vt Deo reconcilietur, contentus non est his quæ necessaria sunt ad peccatorum remissionẽ, sed assumit & alia quæ commoda iudicat ad impetrandam veniam: quemadmodũ vehementer aliquid desiderans nihil eorum omittit, quæ putat esse oportuna, vt assequatur finem intentum. Sed de horum operum siue fructuum pœnitentiæ, qui præcedunt reconciliationem, necessitate, non requirit articulus, vt multa differamus, qui loquitur duntaxat de satisfactioe pœnẽ debite post culpã remissam. De huius autem necessitate variæ sunt doctorum opiniones. Nam Petrus de Palude distin. 17. 4. sentent. q. 1. art. 1. conclud. 5. dicit fortassis nõ requiri propositum satisfaciendi pro veniali: quia potest, inquit, remitti in purgatorio, sed non sic pro mortali: vnde nõ videtur esse in statu gratiæ, qui pro mortali non vult satisfacere hic, sed tantũ in purgatorio. Verè patrem suum amans quem offendit, plenè eum placare studet, & qui nouit se emendam debere Deo vel homini in satisfactioem, videtur obligari vt eam soluat, tempore saltem opportuno. Paruum sanè est peccati odium & tenuis erga Deum amor, si cito obliuiscimur criminis contra eum admissi, vel non statim tollimus totum. Aliorum tamen, beati Thomæ videlicet, Scoti, & sanctissimi domini Adriani contraria est sententia, quod non sit peccatori necessarium sub pœna noui peccati, saltem mortalis, aliam in hoc seculo satisfactioem vltra cõtritionem & confessionem superaddere. Sufficere enim videtur plena subiectio in castigationem Dei, vt ipse de nobis suam faciat voluntatem. Nec à filio requirit pater quod se flagellet, sed satis est ei quod flagello patris se paratum subijciat. Potest tamen hic concurrere defectus in metu iudiciorum Dei, quibus ipse peccata etiam dimissa post hanc vitam gratisime punit & vlcisitur. Potest & concurrere torpor & incuria in cogitando beneficium in remissione concessum: quæ tamen regulariter non sunt peccata mortalia. Posset etiam contingere quod propter vnus peccatum admissum communitas aliqua affigeretur: quo casu grauior requiritur seueritas in se affligendo. Sed per se loquendo opinantur non esse peccatũ saltè mortale, velle in alterum seculum transferri satisfactioem. Id quod probant, Quia, inquit, ira Dei de puniendo rēporaliter aliter placari potest, quam per satisfactioem præsentis vitæ, cum in futuro seculo pœna solui possit: electio nobis conuenit, sicuti si aliquis debeat vnum ex duobus sub distinctione, electio spectat ad debitorem.

Proinde liberum est homini, vt dicunt, post confessionem hic vel in futuro pœnam temporalem soluere, & per consequens non est necessarium sub pœna etiam venialis peccati satisfacere in hac vita. Quod etiam confirmant, quia sicut post culpam mortalem dimissam remanet homo pœnæ temporali obnoxius, ita propter veniale: sed ad redimendam pœnã temporalem venialibus debitam, nõ tenemur sub pœna noui peccati pro ipsis venialibus in præsentis satisfaccere: igitur nec pro pœna rēporali dimissis mortalib⁹ debita.

Si igitur

Si igitur vltra cõtritionem & confessionem dicatur à sanctis necessaria vltior pro dimissis peccatis satisfactio, intelligendum est de necessitate ex suppositione seu conditionata, si scilicet homo velit in præsentis vitæ plenam peccatorum remissionem consequi, & euadere alterius seculi vindictam: propter cuius grauitatem quasi intolerabilem videri posset quod quisq; ex sui charitate, sicuti alterum, ita & se ab ea præseruare obligatur, quantum potest. Sicut enim se & fratrem eripere ab ignis incendio debet, ita & præseruare atq; cauere ne in illud veniat. Non igitur præceptũ euangelicum regulariter obligat ad huius pœnæ per solutionem, sub pœna saltem mortalis peccati, quamuis plærung; sine peccato non negligamus pro ea hic satisfacere. Hæc probabilior & cõmunior est doctorum opinio.

Item aduersarij scribunt confitentem si recusat recipere satisfactioes, non peccare, sed per solutum in purgatorio. Iam hæc sententiæ sine controuersia præcepta sunt ad hanc vitam pertinentia. Agite pœnitentiam. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Quare non possunt derogari ad satisfactioes quas recusare licet. Non enim licet recusare præcepta Dei.

Diximus secundum rationem materiæ eiusdem virtutis actus quosdam esse præceptos, alios esse consulos, & vnum grauius altero esse præceptum: & per solutionem pœnæ restantis non cadere sub præceptum istud euangelicum, saltem secundum principalem eius intentionem: & ideo eam posse omitti sine peccato, saltem mortali. Nam sicut pœnitentia varios habet fructus, ita & continentia in virginibus, viduis & coniugatis, & quicque horum suum habet donum: in quibus eadem virtus fructus quosdam habet præceptos sub pœna mortalis peccati: alios autem sub pœna venialis, habet & fructus ad quos euangelium solum suadet. Ita iustitia & temperantia, fructus habent valde varios secundum obligationem. Quod autem proponit Philippus nos scribere quod liceat recusare satisfactioes, credo intelligit impostas à sacerdote, fatendum est quosdam doctores sic scribere, sed minus probabilis est eorum sententia. Multo est probabilius quod docet B. Thomas penitentem obligari ad suscipiendam pœnitentiam, quæ rationabili arbitrio sacerdotis ei iniungitur, eamq; adimplere. Quemadmodum enim in foro contentioso iudex habet potestatem pœnam pro delictis imponendi, quam reus etiam subire tenetur: multo magis iudex ecclesiasticus hanc habebit potestatem in foro conscientiar. Non enim potestas Apostolis à Christo concessa imbecillior est quam potestas secularis. Est præterea clauis potestas non solum soluendi, sed & ligandi, vt patet ex verbis Saluatoris Matth. 16. & extrauagante, Quia quorundam Ioannis 22. de verborum significatio. Sicut autem sacerdotes absoluunt vice Dei, ita & ligant cum multam pro culpis indicunt. Pœnam autem diuina sententia in sacramento taxatam nolle subire, sine dubio graue peccatum est. Nam si princeps constitueret aliquem legatum ad iudicandũ in Repub. de criminibus, intelligeremus illius Reip. ciues sententiis iudicis instituti obligari parere: cum ergo Christus sic instituerit suos vicarios Ioannis 20. non est dubitandum quin eorum sententiæ, & in absoluendo & ligando eandẽ habeant vim, ac si à Christo late essent. Quam ob rem eiusmodi sententiis obtemperare omnino est necessarium. Quem obscuro dolore de peccatis, quem animam vitam emendandi habet, qui pœnitentiam iustam & æquam à iudice, Dei locum habente latam, nec vult acceptare nec implere? Qua rursus humiliare accedit iudicandus, qui iudicis sententiam iustam negligere non veretur? Imò & iudicis arbitri quem tua voluntate elegeris iustæ sententiæ nolle parere, iniquum est, & iudici quoque arbitro iniurium. Quanto magis iniquum erit & iniurium iudici non arbitro, sed diuina autoritate substituto nolle obedire, cum iustam profert sententiam? Nam sanctus Leo papa epist. ad Theodorum Episcopum, apertè dicit Christum mediatorem Dei & hominum hanc præpositis Ecclesiæ tradidisse potestatem, vt pœnitentibus actionem pœnitentiæ darent. Multo igitur probabilior est sententia B. Thomæ, quod pœnitens acceptare & adimplere debeat pœnitentiam sibi legitime iniunctam. An autem eam non acceptare sit peccatum mortale, Item & eam non implere, variè sentiunt doctores. Nam plurimi putant, inter quos est Durandus, esse peccatum mortale. Cardinalis verò Caietanus in quæst. 2. de satisfactioe, similiter in summula, in verbo Satisfactio, dicit esse duntaxat veniale: quoniam versatur circa ea quæ sunt ad finem, scilicet solutionem pœnæ temporalis, quam potest pœnitens referuare in purgatorio absq; mortali Dei offensa. Nec necessarius est hic actus impletionis pœnitentiæ ad dilectionem Dei, sui ipsius, aut proximi.

Tertio, in diligentiã remittunt illas satisfactioes, vt docet cap. Cum ex eo de pœni. & remis. At indulgentiæ non solum non illis præceptis diuinis. Facite fructus dignos pœnitentiæ, Agite pœnitentiam.

Preceptum euangelicum regulariter nõ obligat ad satisfactioem sub pœna peccati mortalis

Philippus. esse has pœnas in purgatorio. Iam hæc sententiæ sine controuersia præcepta sunt ad hanc vitam pertinentia. Agite pœnitentiam. Facite dignos fructus pœnitentiæ. Quare non possunt derogari ad satisfactioes quas recusare licet. Non enim licet recusare præcepta Dei.

Responsio.

Quod licet satisfactioes recusare minus probabilis est.

Non aliter Christi vicarij sententiis parèdum est, quàm si à Christo late essent.

Indul-

Indulgentiæ sunt remissiones pœnæ debitæ pro peccatis. Facta autem solutione, siue debiti accepta remissione, non amplius obligat præceptum reddendi debitum, quod solutione vel remissione est solutum. Ita indulgentiæ non soluunt nos illis præceptis, sed faciunt quod præceptum locum non habeat propter factam debiti indulgentiam: Diximus etiam nos non obligari his præceptis euangelicis ad solutionem huiusmodi pœnæ.

Philippus. Præterea cum certissimum sit remissionem peccatorum gratuitam esse seu gratis propter Christum donari, sequitur non requiri satisfactiones. Et euangelium habet mandatum gratis remittendi peccata, non imponendi pœnas & novas leges, aut partem imponendi pœnarum parte remissa. Vbi enim legitur hæc in scripturis? Christus de remissione peccati loquitur cum ait, Quicquid solueris, &c. quæ remissa sublatæ est mors æterna, et reddita vitæ æterna. Neque hic loquitur de imponendis pœnis, quicquid ligaueris, sed de remittendis peccatis illorum qui non conuertuntur.

Docuimus satisfactionem quæ est ex gratia Christi per eius spiritum nobis communicata, non aduersari gratuita peccatorum remissioni, sed eam solum quæ ex nostris est operibus gratia seclutæ, quæ tamen dupliciter considerari potest, scilicet vt se teneat ex parte Dei, & sic merè gratuita est satisfactio ex Dei acceptatione: & ex parte hominis pœnitentis considerati, vt est membrum Christi eodem spiritu & vita cum Christo viuens. Atque hac consideratione ab intrinseco valore habet æquiualem pœnæ debitæ: & gratia est quasi naturalis proprietates, sicut diuinæ naturæ confors factus est per pœnitentiam iustificansem. Et quia euangelium constituit Apostolos in materia peccatorum iudices, eorum est multas & pœnas imponere secundum delicti qualitatem: sicut iudicum secularium in foro externo. Quod autem pars pœnæ remittatur, ex virtute est sacramenti magis quàm ex gratuita eorum condonatione. Nec mirandum quòd partem pœnæ remittere possint, quando euangelium testatur ipsos potestatem accepisse remittendi etiã peccata. Nec solum loquitur Saluator in verbo, Quicquid ligaueritis, &c. de retinendis peccatis eorum qui non conuertuntur, verum etiam de vniuersis vinculis quibus ligari conuenit peccatorum ad ipsius conuersionem: potissimum tamen de vinculo excommunicationis, in quo intelliguntur aliæ pœnæ inferiores, suspensionis, degradationis, & impositionis pœnæ pro peccatis in satisfactionem.

Philippus. Quanquam igitur sentimus quòd pœnitentia debeat bonos fructus parere propter gloriam & mandatum Dei: & boni fructus habent mandata Dei, verã ieiunia, verã orationes, verã elemosinã, &c. tamen hoc nusquam reperimus in scripturis sanctis quòd pœnæ æternæ non remittantur, nisi propter pœnam purgatorij, aut satisfactiones canonicas, aut quòd potestas clauium habeat mandatum commutandi pœnã, aut partem remittendi.

Ostendimus proprium esse pœnitentiæ, bonos fructus austerioris vitæ parere, ad reconciliandum Deum peccatis nostris offensum, eumq; placandum, & ad charitatem atq; obedientiam pertinere, bona opera facere propter gloriam & mandatum Dei. Et hic iterum tradit doctrinam pestilentem Philippus, quam ex ipsius locis supra citauimus, quòd sine mandato Dei nulli sint fructus virtutum boni, quodq; non sint vera ieiunia, verè orationes, verã elemosinã quæ sponte assumimus, vel à præpositis imponuntur, sed hypocritica quæ damnantur sententia Saluatoris, Frustrã me colunt mandatis hominum. Nec docemus pœnas æternas remitti propter pœnas purgatorij, aut satisfactiones canonicas, sed potestate diuinitus accepta remitti peccata, & pœnam æternam prius debitã fieri temporalem hic vel in purgatorio soluendam. Et quòd potestas clauium habeat mandatum commutandi pœnam æternam in temporalem, aperte docet euangelium, dũ ait, Quorum remisistis, &c. Quòd autem pœnæ temporalis partem remittere possit, atque etiam remittat, diximus esse probabilius, & non propriè pertinere ad fidem.

Philippus. Præterea mors Christi non est solum satisfactio pro culpa, sed etiam pro æterna morte, iuxta illud, Ero mors tua ò mors. Quid est igitur monstri dicere quòd Christi satisfactio redimat culpam, nostræ pœnæ redimat mortem æternam & vt iam illa vox, Ero mors, &c. intelligi debeat non de Christo, sed de nostris operibus, & quidem non de operibus à Deo præceptis, sed de frigidis quibusdam obseruationibus excogitatis ab hominibus.

Confitemur & nos mortem Christi plenam esse satisfactionem pro culpa & morte æterna, imò & pœna temporali, sed efficax non est nisi his quibus applicatur: sicuti causa salutis est secundum Apostolum Paulum, at non omnibus, sed obtemperantibus tantũ.

Nec dicimus nostras satisfactiones redimere mortem æternam, sed pœnã duntaxat, quæ culpa dimissa à filiis gratiæ adhuc soluenda manet in emendam. Et docemus satisfactionem fieri per quamlibet virtutum opera, modò pœnalia sunt, & ad Deum propitiandũ fuerint

opera,

fuerint ordinata. Huiusmodi enim operibus propitiatur Deus, & plus gratiæ plarunquæ habent si sponte fuerint assumpta, quàm si præcepta essent.

Incredibile est quanto cum dolore has ineptias aduersariorum recitemus: quas qui expendit non potest non succensere istis doctrinis demoniorum: quas spasiit in ecclesia diabolus, vt opprimeret cognitionem legis & Euangelij, pœnitentiæ & viuificationis & beneficiorum Christi.

Nimium hîc sibi arrogat Philippus quòd non vereatur doctrinam ecclesiæ catholicæ in generalibus conciliis definitam dicere doctrinam demoniorum, atq; in ecclesia ipsam à diabolo, & vt talem damnare: nimiumq; de se & suo ingenio præsumit. Fallitur autem credens per eam opprimi cognitionem legis & euangelij, &c.

Nam de lege si dicunt, Deus condescendens nostræ infirmitati constituit homini mensuram eorum ad quæ de necessitate tenetur, quæ est obseruatio præceptorum, vt de reliquo, id est, operibus supererogationis possit satisfacere de commissis. Hic fingunt homines legem Dei ita facere posse, vt plus etiam quàm lex exigit satisfacere possimus. Atqui scriptura vbique clamat quòd nullum absumus ab illa perfectione quam lex requirit. Sed isti fingunt legem Dei contentam esse externa & ciuili iustitia: non vident eam requirere dilectionem Dei ex toto corde, &c. damnare totam concupiscentiam in natura. Itaque nemo tantum facit, quantum lex requirit. Ridiculum igitur est, quòd fingunt nos amplius facere posse. Quamquam enim externa opera facere possimus, nõ mandata lege Dei, tamè illa est vna & impia fiducia, quòd legi Dei sit satisfactum. Et verè orationes, verã elemosinã, verã ieiunia, habent præcepta Dei. Et vbi habent præceptum Dei, non possunt sine peccato omitti: Verum illa opera quatenus non sunt præcepta lege Dei, sed habent certam formam ex humano præscripto, sunt opera traditionum humanarum, de quibus Christus dicit, Frustrã me colunt mandatis hominum, vt certa ieiunia instituta non ad carnem coercentiã, sed vt per id opus reddatur bonus Deo, vt ait Scotus, & compensetur mors æterna. Item certus numerus precum, certus modus elemosinarum, cum ita sunt vt ille modus sit cultus ex opere operato, reddens bonorem Deo, & compensans mortem æternam.

Certum est determinatum esse numerum & mensuram præceptorum ad quæ de necessitate obligamur. Docet enim B. August. lib. 1. retract. cap. 22. penè nulla esse in euangelio licita atque apostolica doctrina, quamuis ardua & diuina præcepta & promissa, quæ non sunt mortalialia & iuris naturæ, quæ videlicet in libris illis veteribus non reperiuntur. Nam legalia per Christi mortem abolita sunt. Reliqua verò relicta sunt nostræ libertati, quæ præceptis supererogare possimus, quamuis tamen in omnibus & super Deum honorificare oporteat, dicente Apostolo, Omnia quæcunq; facitis in verbo aut opere, in nomine Domini Iesu Christi facite. Et de verbo & facto ociofo in die iudicij rationem sumus reddituri. Hæc tamen quæ extra mensuram sunt eorum ad quæ de necessitate tenemur, nostræ electioni & voluntati relinquuntur, quid eorum facere velimus. Et plura Deum præcipere potuisset testatur status populi Iudaici, & leges à Domino per Moysen datæ, secundum quas populum suum seruiliter & quasi seruos gubernabat, nos verò vt filios, non enim accepistis, ait Apostolus, spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum. Propter quod nulla nobis dedit præcepta, nisi in bonum & salutem nostram. Hæc enim est voluntas Dei, ait Apostolus, in præceptis & tota administratione filiorum sanctificatio vestra. Multa itaq; sunt opera supererogationis quæ præcepta non sunt quibus satisfaciamus de commissis. De virginibus, ait Apostolus Paulus, præceptum Domini non habeo, consilium autem do, vt sim fidelis. Et ipse Saluator, Qui potest capere capiat. Rursus B. Paulus, Qui matrimonio iungit filiam suam, benè facit, & qui non iungit meliùs facit. Et qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatẽ, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicat in corde suo seruare virginem suam, benè facit. Item cap. 9. Si alij potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos? sed non vis sumus hac potestate. Rursus in euangelij, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, &c. Et ideo B. Hieronymus li. 1. contra Iouinianum, plus amat, inquit; Christus virgines quia spontè tribuunt, quòd sibi non fuerat imperatum, maiorisq; gratiæ est offerre quòd non debeas, quàm reddere quòd exigaris. Mirum si Philippus dicere audeat, quòd veteris populi patres qui circuitierunt in motis, in pellibus caprimis, egètes, in solitudinibus errantes, in montibus, speluncis, & cauernis terræ, quibus dignus non erat mundus, ad vitam huiusmodi mandato Dei astringebantur, & non potius sua sponte vt Deo essent gratiores assumpserint. Nihil igitur falsi est in hoc dicto, Deus condescendens, &c. quòd desumptum videtur ex lectione 4. Ioannis Gerfonis Cancellarij Parisiensis Corol. 12. de spiritali vita animæ: nec in isto, quòd aliqua sunt opera supererogationis, quibus pro commissis satisfacere possimus. Atque ita non fingimus, sed verè ex scripturis docemus, quòd plus quàm lex exigit, facere possimus. Non enim lex exigebat

Philippus.

Responsio.

Philippus.

Math. 5.

Responsio.

Coloss. 3.

Rom. 8.

1. Thessa. 4. Multa sunt opera supererogationis. 1. Cor. 7. Math. 16.

Mar. 12.  
Heb. 11.

Lucas 2.

Multū ab-  
stīnētis à dile-  
ctiōe, quā  
debet esse so-  
pūs noster,  
sed nō ab ea  
quā sufficit  
ad salutem.  
1. Ioan. 4.

igebat quod vidua pauperula mittens ara minuta duo, illa, totumque victum suum & omnia quae habuit donaret. Nec exigebat quod patres de quibus dictum est, in melosis & pellibus caprinis errarent in solitudinibus, montibus & speluncis, Nec quod Anna prophetissa, vidua maneret ad annos octoginta quatuor, quodque non discederet de templo, ieiuniisque; & obsecrationibus seruiret Deo nocte ac die: sed praecipit haec supererogabant. Atqui scriptura ubique clamat quod multum abstīnētis ab illa perfectione dilectionis, sed illius quam tanquam scopum nostrum requirit. Eam verò quae saluti necessaria est & sufficiens, multi praestant: Qui diligit me, inquit Saluator, sermonem meum seruabit. In hoc perfecta est charitas nobiscum, &c. Et falsum est quod nobis imponit, nos videlicet docere legem contentam esse externa & ciuili iustitia. Nam & Philosophi nouerunt non esse opus bonum, nisi à volente, & propter legitimum finem eligere proficiscatur. Quomodo autē lex damnat concupiscentiam in natura, & requirit dilectionē ex toto corde, diximus articulo 2. respondentes argumentis Ioannis Caluini. Ac quamuis ita se res haberet quod legem hanc dilectionis implere non possemus, non propterea falsum esset, nos amplius facere posse, quam lex requirit: prout statim docuimus de vidua euangelica. Anna prophetissa, & aliis. Satisfacere autem possumus legi, non quin aliquando peccemus, sed à scopo & legis intentione non recedentes eo quod spiritu Dei filij eius aguntur. Sic tamen (ait B. August. cap. 64. Enchirid.) spiritu Dei aguntur, excitantur, & tanquam filii Dei proficiunt ad Deum, vt etiam spiritu suo, maximè aggrauante corruptibili corpore, tanquam filij hominum quibusdam moribus humanis deficiant ad seipfos, & ideo peccent. Nec tamen, inquit, omne peccatum crimen est, sine quo sanctorum hominum vita inueniri hic potest: peccatum autem si dixerimus quia non habemus, nosmetipfos seducimus & veritas in nobis non est.

Obserua Philippum hic rursus repetere absurdum, imò & impium dogma, quod vere orationes, vere elemosynae, vera ieiunia habeant praecipua Dei, & sine peccato omitti non possint. Non igitur secundum Philippum vera erāt ieiunia, vera obsecrationes, quibus Anna prophetissa Deo seruiebat nocte & die. Nec verae sunt elemosynae, si quis relinquat omnia, & ea det pauperibus. Nec si quis distribuat in cibos pauperum omnes facultates. Haec enim Dei mandatum non habent, & sine peccato omitti possunt. Et si frustra Deus colitur in opere quod ex praescripto pastorum agitur, inutilis erit obedientia quae praestatur praepositis ecclesiis. Non ita sentit Apost. Paulus qui eis obediit, & certam formam viris praescripsit, vt orantes leuarent puras manus sine ira & discerptione, vt nudo capite orarent, mulieres velato. Pertinet enim ad obedientiam praestare quod praecipitur, & quidem secundum eandem formam.

Quae ex praescripto sunt, non sunt inutilia.

Philippus.

Tribuitur operibus supererogationis hic bonus, quod sint precium pro morte aeterna: ita praeseruntur operibus praepositorum Dei, & in hunc modum lex Dei bisariam obscuratur. Et quia putatur legi Dei satisfactum esse per externa & ciuilia opera, & quia adduntur traditiones humane, quarum opera praeseruntur operibus legis diuinae.

Responsio.

Non docemus quod opera quaecumque sint precium pro morte aeterna: sed pro temporali poena duntaxat, cuius reatus plerumque manet culpa remissa. Nec tamen propterea praeseruntur operibus praepositorum maximè charitatis, ad quae consilia euangelica tanquam finem ac scopum referuntur. Et quia praecipua affirmatiua iuris diuini & naturalis non pro quolibet tempore obligant. opus praecipit est supererogationis, quando praecipit non est: & praecipit fieri potest supererogatio secundum circumstantiam quae non praecipitur: sicuti diximus de obsecrationibus & ieiuniis Annae prophetissae, & oblatione viduae euangelicae. Nec propterea per externa opera putamus legi Dei satisfactum esse. Docuimus enim huiusmodi opera proficisci ex spiritu Christi, charitatis & poenitentiae: & eadem sunt secundum substantiam opera legis Dei & praepositorum ecclesiae. Non aduertit Philippus quod magnam dignitatem & valorem habent iudicio Dei opera nostra ex sanguine Christi, quo asperguntur per spiritum inhabitantem: Et ideo doctrina nostra legem illustrat, tradens duplicem operum originem, naturam & gratiam.

Philippus.

1. Cor. 15.

Deinde obscuratur poenitentia & gratia. Nam mors aeterna non redimitur illa compensatione operis, quia est otiosa, nec degnat in praesentia mortem. Alia res opponenda est morti, quam tenet nos. Sicut enim ira Dei fide in Christum vincitur, ita vincitur mors fide in Christum: sicut ait Paulus, Deo gratia, qui dat nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Non inquit, qui dat nobis victoriam, si aduersus mortem opponamus satisfactiones nostras. Non vident aduersarij quomodo in remissione culpae liberetur cor ab ira Dei, & à morte aeterna per fidem in Christum. Cum igitur mors Christi sit sa-

isfactio

isfactio pro morte aeterna, & cum ipsi aduersarij fatentur illa opera satisfactionum esse opera non debita, sed opera traditionum humanarum, de quibus Christus dicit quod sint inuiles cultus, tunc postquam affirmare quod satisfactiones canonicae non sint necessariae iure diuino ad remissionem culpae, aut poenae aeternae, aut poenae purgatorij.

Per opera gratiae quae quasi fructus ab ea procedunt non potest gratia obscurari, imò per illa eius virtus magis manifestatur: nec poenitentia obscuratur, quando eius efficacia quam ex Christi sanguine habet, commendatur. Non dicimus mortem aeternam redimi operum compensatione, sed poenam temporalem duntaxat, cuius adhuc manet reatus. Nec incoueniens est, si dicatur mors aeterna per opera compensari propter virtutē quam habent, vt Christi sanguine sunt aspersa. Otiosam esse hanc compensationem, & otiosa opera quibus compescatur, sine scripturis dicit Philippus, & ex scripturis quas citauimus reclamant patres vniuersi. Verè poenitens agnoscit se mortis aeternae, dominum suum ofendendo, factum esse reum, & ideo ex animo de offensa dolet: Non aliam mortis degustationem à poenitentia requirit scriptura. Et cum tentamus pusillanimitate aut desperatione ob iram Dei quam incurrimus, per fidem mors Christi est opponenda: sed hoc operatur, atque iram placat per nostram poenitentiam & fructus eius. Quam verò efficaciam ex Christi sanguine haec habeant hic disputatur: non autem an Christi mors irae Dei sit opponenda. Et verè Deo gratia, sicut Paulus ait, qui dat nobis victoriam, qua & ipsi nos vincimus mortem, diabolum, & infernum, sed per Dominum nostrum Iesum Christum, quasi totius victoriae autorem. Ait enim Beatus Ioannes, Omne quod natum est ex Deo vincit mundum, Et scripturis consentaneum est, quod aduersus mortem opponamus Christum in nobis satisficientem, & vincentem per nostras satisfactiones. Non enim separadus est Christus aut spiritus eius à nostris satisfactionibus, quas ille per nos quasi membra sua & instrumenta principaliter ac primario operatur. Et optimè videmus quod per fidem in Christum liberetur cor ab ira Dei & morte aeterna. Hoc enim docemus tanquam fidei Christianae articulum: sed sicut per fidem in Christum, ita & poenitentiam de offensa Dei cum proposito emendandi. Non enim ab ira Dei cor liberatur, nisi eius cooperatione. Mortem itaque Christi esse satisfactionem plenam certa fide confitemur: opera autem praescripta legibus praepositorum vel sponte à nobis assumpta esse inuiles cultus, scripturis ostendimus omnino aduersari. Nam eadem sunt opera quae praepositi & quae lex Dei praescribit, in hoc tantum differentia, quod legibus praepositorum Dei praecipua determinantur ad certum modum & tempus, quemadmodum dicit beatus Augustinus ad Casilianum. Ego, inquit, in euangelicis & Apostolicis literis, video praecipitum esse ieiunium, sed non inuenio definitum praecipitum Domini vel apostolorum, quibus diebus ieiunare oporteat: quod propterea ecclesiasticis legibus determinari oportet. Quod autem Philippus tanquam omnium dictorum atque suorum ratiocinationum conclusionem infert, nos libenter cum eo confitemur, nec est quod in dubium vocetur, scilicet satisfactiones canonicae non esse, nec vnquam fuisse iure diuino ad remissionem culpae aut poenae aeternae, vel poenae purgatorij, necessariae. Affirmamus nihilominus opera pietatis ad illam remissionem multum conducere, poenamque purgatorij per ea compensari & redimi, propter valorem quem habent ex Christi sanguine, per quem plurimum illustrantur, magnumque valorem & dignitatem accipiunt. Porro addere hic audemus quod maior est Dei gratia, sicuti & maior est nobis gloria, quod culpa remissa non statim tota poena condonetur, sed in hoc opere salutis nostrae dignetur nos habere cooperarios: sicut Philippus ex scripturis docet expedire quod in hoc seculo Deus nos castiget, & flagellis erudiat, ne forte à nobis recedat anima eius. Quis filius, ait Apostolus Paulus, quem non corrigit pater? quem diligit Dominus castigat, & flagellat omnem filium quem recipit. Tale est enim nostrum ingenium, tanta infirmitas, vt solum metu supplicij in officio contineamur. Ait enim Ecclesiast. Nisi instanter tenueris te in timore Domini, cito subuertetur domus tua. Nec refert siue statim virgam adhibeat pater, siue post aliquod tempus, quando creditur quod inultum apud Deum non relinquitur delictum. Nam Deus in scripturis legitur vindicare patrum peccata, etiam solum in filiis. Huius enim supplicij in altero seculo sequenturi consideratione, magna reuerentia & obseruatione iusti Deo seruiunt, & peccata leuia etiam, grauitur aduersum se vlcescunt, vt seueram Dei iudicium, quod post hanc vitam exercet, etiant: prout scripturae atque sanctorum exempla abunde testantur. Est igitur singularis Dei patris gratia quod in baptismo culpa & tota poena proprie & per se peccatis debita, in gratia Christi, cuius familiae tunc incorporamur, remittantur. Est enim peculiare baptismo hoc priuilegium.

Responsio.

Mors Christi per nostram poenitentiam placat iram Dei.

1. Ioan. 5. Christus non est separandus à satisfactionibus nostris.

Epistola 86. In literis euangelicis praecipua est ieiunium, sed ieiunij reus non est praescriptus.

Heb. 12.

Cap. 27.

*Ex scripturis  
videtur quod  
circumcisio ve  
nisset olim  
etiam in ipis  
penis, sicut in  
baptismo.*

Nam de circumcissione quod hoc operabatur, ex scripturis non constat. Nec illa gratia fit, nec facta est semper quando in gratiam primò peccator recipitur. Non enim a reatu pœnæ liberatur catechumenus, quando per contritionem ex voto baptismi peccata ei remittuntur. Postquam autem in familiam recepti sumus, non remittitur peccatum, nisi disciplina adhibita. Facit enim Deus pater ob mortem filii sui nobis gratiam & misericordiã secundum consilium sapientiæ suæ, & secundum quod nostræ salutis expedire ipse novit. Et Christus pro nobis satisfecit, sicut visum est ei expedire patris honori, iustitiæ & disciplinæ in filios & eorum salutem: Cui propterea visum est non expedire quod satisfaceret efficaciter patri pro impenitente & nolente se emendare quod talis in gratiam reciperetur, vel quod sine castigatione huius vitæ à patre reciperemur: quia noverat patris honori illud non convenire, nec istud nostræ salutem. Reuera enim in alium esset atq; ad peccata in centium, si sine supplicio peccatum semper remitteretur: sicut pater filio secundò, terriò, imò frequenter peccanti, sine flagello ignoscens eum perderet & crudelis esset talis misericordia. Et ideo secundum ecclesiæ catholicæ & nostræ sententiã, maior est & prædicatur gratia Dei si peccatorem penitentem in gratiam recipiat, cum reatu supplicij in hoc vel in futuro seculo sustinendi: quàm si cum aduersarijs dicamus Deum cum culpa totam pœnam semper remittere. Necessariũ est quod in domo & familia Christi vigeat disciplina, & domesticorum puniatur delicta. Et quemadmodum non ordinavit Deus secundum veritatem catholicam, & etiam doctrinam Philippi, mortem Christi ad satisfaciendum pro castigatione huius seculi, ita nec ad remittendam semper pœnam temporalem per se peccato respondentem: sicut nec pœnam inferret mortis, nec alias quas extraordinariè pro peccatis immitteret, vel iusto suo iudicio, nulla habita peccati consideratione. Ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem, ait Propheta, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? Et B. Petrus, Tempus est ut incipiat iudicium à domo Dei. Variis enim ex causis, & variis modis flagella Dei contingunt, ut dicit Magister sententiarum, qui quinque modos ponit, Primò, ut iustis per patientiam merita augeantur, ut B. Iob: vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, ut Paulo: vel ad corrigenda peccata, ut Mariæ lepra: vel ad gloriam Dei, ut de cæco nato pronunciat dominus: vel ad initium pœnæ, ut Herodi, quatenus hic videatur quid in inferno sequatur, secundum illud, Duplici contritione contere eos Domine. Pœnam autem per se peccato debitam semper auertere possumus, redimendo vel compensando: alias verò pœnas ita aliquando Deus inferre decernit propter aliorum exemplum, vel tollendum scâdalum, vel in salutem aliorum, vel eius qui punitur, ut nulla ratione eam fugere vel vitare possimus: sicut docet beatus Gregorius lib. 9. comment. in Iob.

*De his penis  
carâimalis Ca  
teta. quodl. 2.  
q. 1. de indul.  
ad argumen  
tum 8.  
Hier. 49.  
1. Pet. 4.  
Cep. 12.  
Distin. 35.  
4. sentent.  
Hier. 17.*

Cap. 30.

Distinguit autem Martinus Lutherus circa conclusionem quintam resolutionum de virtute indulgentiæ sex genera pœnarum, ut ostendat Papam non posse remittere vllas pœnas, præter eas quas vel suo vel canonum arbitrio imposuit: tandem concludens nullam esse satisfactionem sacramentalem. Sed quia doctissimè eius argumentis respondet Reuerendissimus Dominus Ioannes Rossensis circa articulum assertionis Lutherani 21. & magister noster Iacobus Latomus in Ratione condemnationis articulo. Lutheri, nos ea hic præteribimus, & similiter argumenta quæ facit contra satisfactionem penitentialem in assertionem articuli quinti, ubi dicit se vehementer odisse hoc vocabulum Satisfactio, & velle sublatum esse. His enim omnibus partim ex Ioanne Episcopo Rossensi, partim ex ijs quæ superius diximus, facile erit respondere.

Articu-

## Articulus Septimus.

*Certa fide tenendum est hominem habere liberum arbitrium, quo potest malè & cum gratia Dei bene agere, & post mortale peccatum admissum Deo adiuuante penitere, & peccatorum remissionem consequi.*



Liberum arbitrium est facultas, qua positis omnibus requisitis ad eligendum & agendum, possumus non eligere & non agere, ita videlicet quod omnibus similiter se habentibus quando eligimus, possumus non eligere, imò plerumque refutare, & quando non eligimus aut refutamur, eligere possumus & refutare. A qua facultate dicitur causa aliqua libera & agens liberum: Et causa naturalis est quæ necessariò agit omnibus prærequisitis positis, nec potest non agere. Mouetur autem hæc difficultas, An posito Dei concursu sine quo nec agere nec eligere possumus, possumus nihilominus non agere & non eligere, & an non existente Dei concursu eligere possumus & agere. Cui facile est respondere, si consideremus ad Dei providentiam non pertinere, quod rerum naturas corrumpat, sed seruet: propter quod omnia mouet secundum eorum conditionem, causas naturales, ut per diuinam motionem consequantur effectus ex necessitate, & causas liberas, atque ad vtrumque contingentes, vt ex eis sequantur effectus contingentes. Propter quod Deus liberum arbitrium sic mouet, vt non ex necessitate moueatur, nec ad vnum ipsum determinet, sed remaneat motus eius contingens, non autem fiat necessarius. Si tamen Deus voluntatem ad aliquid moueat, impossibile est huic positioni quod ad hoc non moueatur: Nec tamen est simpliciter impossibile: quia eo momento quo ad aliquid mouetur, potest contrarium velle: posita autem hac motione & concursu Dei quo vult nos velle & agere, volumus & agemus. Necessitari tamen voluntatem à Deo, qui author est nature, quamuis cogi ab eo non possit, nihil vetat: Nam tunc auferret illi libertatem in tali actione, mouendo eam ceu brutam pecudem, quod nunquam facit lege communi.

*Quid liberũ  
arbitrium.*

*Distinguitur  
inter causam  
liberam &  
naturalem.*

Huiusmodi autem facultatem eligendi vel acceptandi & refutandi atque reijciendi ea quæ per intellectum proponuntur esse in homine, testantur scripturæ sacræ. Nam Genes. 4. cap. dicit Dominus ad Cain, Nonne si bene egeris recipies? si autem malè statim in foribus peccatum tuum aderit? sed tibi te erit appetitus eius scilicet peccati, hoc est bene & malè faciendi. & tu dominaberis illius, vt possis abstinere & peccare. Vbi B. Hieronymus, Nonne, inquit, si bene feceris dimittet tibi omne delictum tuum: quod si male egeris, ilico ante vestibulum tuum sedebit, & tali ianitore comitaberis? Verum quia liberi arbitrij es, moneo vt peccatum non tibi, sed tu peccato domineris. Et Ecclesiastic. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? Fecit mirabilia in vita sua: qui potuit transgredi, & non est transgressus, & facere mala & non fecit. Item B. Paulus, Qui stetit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc cogitavit in corde suo seruare virginem suam. Et eodem cap. Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. Ac de vidua dicit, Cui vult nubat tantum in Domino: Beatior autem erit, si sic permanferit, manifestè supponens in nostra hæc esse potestate facere, vel non facere. Et Saluator ad Petrum, an putas quod non possim rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorum? Atque hanc potestatem in se expertus Pilatus, dixit Domino, Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Quam vtramque ei admittit Christus, monens tamen vt memor sit à quo acceperit, & quod de eius usu aliquid modo sit redditurus rationem. Rursus eiusdem epist. cap. 9. Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? sed non vsi sumus hac potestate. Multas alia scripturas pro voluntatis libertate ad vtramque partem contradictionis adducit Richardus Armacanus, libro 15. de quæstion. Armenorum. Item beatus Augustinus de vera religione cap. 14. Si non voluntate, inquit, malè facimus, nemo obiurgandus est omnino, aut monendus, quibus sublati Christiana lex, & omnis religionis disciplina auferatur necesse est. Et paulò superius, vsq; adeò voluntarium malum est peccatum, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Atq; hoc ita manifestum est, vt nulla huic doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare negandum est peccatum committi,

*Est in hominẽ  
facultas quæ  
dam eligendi  
& refutandi  
ea quæ propo  
nuntur.*

Cap. 31.

1. Cor. 7.

Matth. 26.  
Ioan. 19.

Cap. 6. & Res  
quentibus.

*Nullum ma  
lũ nisi volun  
tariũ est pec  
catum.*



aut fatendum est voluntate committi, vt per eandem ipsum caueri possit. Et quoniam peccari dubium non est, nec hoc quidem video dubitandum, habere animas liberum voluntatis arbitrium. Idem lib. 3. de lib. arb. Quis peccat in eo quod nullo modo caueri potest: Peccat autem: Caueri igitur potest. Quod explicans ca. 67. de natura & gra. & li. 1. retract. dicit cum gratia Dei caueri posse: quæ quia commemorata non est, putant Pelagiani suam nos tenuisse sententiam. Rursus ca. 8. lib. 2. contra Felicem Manichæum, iam diximus, inquit, & ex scripturis probauimus esse liberum arb. Deum autem esse liberi arbitrij iustum iudicem, remunerator fidelium, ei que fe subijcientium & volentium fanari, damnatorem autem superbiorum & impiorum. Docet etiam idem Aug. ex scripturis liberum esse hominis arbitriū, li. de grat. & lib. arb. Et B. Hierony. quæst. 2. ad Hedibia, Ex eo, inquit, quod respondes Deo & calumniam facis, & de scripturis tanta perquiris, vt loquaris contra Deum, & iustitiam voluntatis citis incuses, ostendis te liberi esse arbitrij, & facere quod vis, vel tacere vel loqui. Si enim in similitudinē vasis fictilis te à Deo creatum putas, & illius non posse resistere voluntati, hæc considera: quia vas fictile non dicit figulo, Quare me sic fecisti? Deus autem æ quali cunctos forte generauit, & dedit arbitrij libertatem, vt faciat vnusquisq; quod vult, siue bonum, siue malum: tantū autem dedit omnibus potestatem, vt vox impia disputet contra creatorem suum, & causas voluntatis illius persequatur. Idem ostendit Ioan. Damasc. li. 2. de fide orthodoxa, nostras scilicet actiones in nostra esse potestate, vt agamus & celsamus sicut nobis placet: Eorū que sunt, inquit cap. 26. quædam in nobis sunt, quædam verò in nobis non sunt. In nobis autem sunt ea, quorum liberam sumus adepti potestatem, & facere, & non facere. Hæc verò sunt quæ per nos spontaneè aguntur vniuersa (non enim spontaneè diceretur agi, actione in nobis non existente) & omnino ea quæ sequitur laus aut vituperatio, & in quibus præuaricatio cadit & lex: & demum propriè in nobis sunt omnia animæ de quibus confulamus: tandem concludens, Horum arbitrij libertatem per se, liberam que potestatem adepti sumus. Et cap. 7. Quod ex necessitate, inquit, fit neq; virtus, neq; vitium est. Si autem neq; virtutem, neq; vitium possidemus, neq; laudibus et coronis, neq; vituperationibus & punitionibus sumus digni. Inuenietur autem & Deus iniustus: his bona, illis verò tribulationes tribuens, &c. quæ sequuntur. Super quo est concors omnium patrum sententia, quos citat Ioannes episcopus Rossensis circa articulum 32. Lutheranæ assertionis: fratres Alfonso de Castro lib. de hæresibus, & Albertus Pighius lib. 2. & 3. de lib. hominis arbit. Nectamen ex scripturis & patribus tantum hanc liberi arbitrij ad vt runq; oppositorum docti sumus facultatem, verum etiam citra reuelationem in lumine naturalis rationis eam cognouerunt & docuerunt philosophi. Docet enim Aristot. lib. 9. Metaphysices, & lib. 1. Perihermenias potentias rationales esse ad opposita: ac 3. li. Ethicorū operationes virtutum ac vitiorum esse in nostra potestate. Quibus enim in rebus, ait, in nostra potestate situm est agere, in his & non agere: & in quibus non agere, in his & agere. Vtrumq; enim in nobis situm, agere honestum & turpe. Actuum enim in principio vsq; ad finem domini sumus, habituum verò principij tantū. Atq; de Cicerone refert B. Aug. lib. 5. de ciu. Dei, quod arbitratus certā futurorū præcognitionem nō posse constare cum libero arbitrio, maluit negare Deum esse futurorū præcium, quam negare liberum arbitrium. Si Deus, inquit Cicero, futura omnia prænoicit, nihil est in nostra potestate, nullū est arbitrium voluntatis. Hoc enim Ciceroni sequi videbatur. Quod si concedimus, inquit, omnino humana vita subuertitur, frustra leges datur frustra obiurgationes, laudes, vituperationes, exhortationes adhibentur, neq; vlla iustitia bonis præmia, & malis supplicia constituta sunt. Hæc Cicero in lib. de diuinationibus. Hæc ergo inquit August. ne consequantur indigna & absurda, non vult esse præcipientiam futurorum, docens fidem pietatis vt runq; constiteri. Cum igitur scriptura & omnium sanctorum, omnium etiam nationum vsus adhibeat exhortationes, cōminationes, & similia, oportet in homine esse liberum arbitrium. Atq; hoc ipsum tam manifestum est per experientiam eorum quæ agimus, vt propemodum superuacaneum videri possit ad id scripturas aut rationes adducere. Quare rectè dicit Gabriel Biel dist. 25. 2. sentent. post VVilh. Ockam quæst. 6. quod li. 1 & Grego. de Arimino eadem dist. quod voluntatem esse liberam libertate contingentie sit tam euident per experientiam, vt non possit per aliquid euidentius demonstrari. Et propterea etiam B. Augu. in asserendo liberum arbitrium potissimum vtitur experimentis: similiter Damascenus & reliqui patres. Et B. August. confidenter in responsione tertia hyponosti. scribit, Liberum arbitrium esse hominibus, certa fide credimus & prædicamus indubitanter. Item li. 12. de ciu. Dei, de duobus æqualiter affectis animo & corpore,

Cap. 11. et sequentibus et cap. 18. cap. 9.

Cap. 2.

Cap. 25. et sequentibus.

Quod ex necessitate fit, neque virtus neque vitium est.

Cap. 9. Ciceronem maluit negare Deum esse futurorū præcium, quam negare hominem esse liberi arb.

Cap. 6.

vifa

vifa eadem vnus corporis pulchritudine, quod vnus ad illicitè fruendum mouebitur, & aliter in voluntate pudica perseuerabit: quod frequenter experimur, concludit à sola pendere voluntate: quia vnus nōluit, & alter voluit à castitate deficere. Qui igitur nōluit deficere poterat velle, & qui voluit poterat nolle deficere, & in castitate perseuare: sicut scriptura dicit, Qui potuit transgredi, & non est transgressus. Veruntamen an ex principiis per se notis demonstrari possit, quod in nobis est ad opposita contradictoriè & contrariè arbitrij libertas, variè sentiunt doctores scholastici. Nam B. Thom. quæst. 24. de veritate, art. 1. dicit, quod non solum fides, sed & ratio euident, quam prosequitur, ostendit nostri arbitrij libertatem. Ediuerso verò Andreas de Castro dist. 45. 1. sentent. & Ioannes Buridanus 3. Ethicorum, conantur ostendere contrariū, qui etiam nituntur respondere rationibus & experientiis quæ adduci solent pro hac libertate: sed nulla hoc faciunt probabilitate.

Huiusmodi autem facultatis eligendi vt runq; oppositorum radix & origo est indeterminatio intellectus in consulendo & iudicando: vt docet B. Tho. in prima part. q. 82. art. 1. Quæ indeterminatio nascitur ex vniuersalitate obiecti, propter quam reflecti potest super suum iudicium, consilium & electionem, de eis iudicando: potest & finem cognoscere, & habitudinem mediorum ad ipsum, & ad inuicem conferre media. Respicit enim pro obiecto rationem veri, sicut voluntas rationem boni, in genere & in communi: Et ideo conferre potest media, atq; collatum habere iudicium. Bruta verò animalia iudicant ex instinctu naturæ determinato ad vnum: & propterea similiter atque eodem modo mouentur semper & agunt: sicut non iudicant, nisi de vno aliquo opere: non de habitudine medij ad finem, nec mediorum inter se. Ideoq; sicut grauiā semper deorsum mouentur, & à Deo, siue à generante, ita animalia bruta à Deo authore naturæ: nec sibi causa sunt iudicandi vel mouendi. Propter quæ B. Bernardus lib. de lib. arb. ex hac potissimum libertate, quæ liberum est voluntati seipsam iudicare: vel bonam si bono: vel malam, si malo consenserit: quippe quæ in neutro nisi volendo se consentire sentit, arbitriū liberum nominari credit. Semper enim iudicio responderet appetitus: & vbi iudicium est naturale vel determinatum, necesse est talem esse appetitionem & refutationem: quando verò indeterminatum est, liberum est, ac in optione appetitus situm, vel refutare, vel acceptare, prout sibi libet. Quando igitur in homine dicitur esse liberum iudicium, significatur liber esse appetitus, & libera electio eorum de quibus liberè iudicamus: significatur & horum actuum principia esse libera ac indeterminata. Principia autem sunt ratio & voluntas. Vtramq; enim potentiam complectitur ratio liberi arbitrij. Et ideo definitur à Magistro Sentent. post B. August. quod sit facultas rationis & voluntatis, quæ bonū ei igitur gratia assente, vel malum eadem desistente. Est autem hæc facultas rationis, non subiectiue, sed originaliter: & voluntatis subiectiue, & tanquam principij actiui, à quo immediatè procedit libera actio, concurrente tamen indeterminato intellectu iudicio. Quapropter à iudicio quasi radice libertatis potius dicitur arbitrium liberū, quam libera voluntas vel electio, quæ est proprius libertatis actus. de qua dicit Aristot. 6. Ethicorum dubitando, an sit intellectus appetitiuus, an appetitus intellectiuius: quamuis in tertio Ethicorum magis sentiat, quod sit appetitus præconiliari. Propter vicinitatem enim & mutuū concursū iudicii vltimi practici, in quo libertatis origo, vnum appellatur nomine alterius. Arbitrium quidem propriè est iudicium vel facultas iudicandi, sicut arbiter iudex est à partibus assumptus, & non datus à lege: cuius officium est arbitrari, hoc est, iudicare non quod iuris est, sed quod æquum esse existimat: propter quod iudicium merè speculatiuum, & rei euidentis propriè fortassis non est arbitrium. Exercitium igitur libertatis in actionibus intellectus, & omnium virium animæ à sola est voluntate, (quæ per se primò libera est) eiusque electione, cuius solius participatione omnes reliquæ virium animæ actiones liberæ sunt & in nostra potestate. Nam quod etiam per intellectum iudicare possimus, & à iudicio cessare, hocque vel illud agendum, eligendum, aut reiiciendum iudicare, procedit à voluntate: cuius affectioni in iudiciis circa particularia plerumque subest intellectus, si tamen varias & ad opposita habeat apparentias. Aliter enim iudicamus odientes, aliter amantes: quemadmodum Aristoteles dicit secundo Ethicorum. Et piè affecta voluntate ad ea quæ fidei sunt, certò & infallibiliter ea credimus: quamuis tamen dissentire possemus. Ac plerumque opinari possumus ex voluntatis imperio vt runq; partem contradictio-nis, quando probabiles habet pro se rationes. Quod igitur iudicium vel arbitrium sit liberum libertate contingentie ad contradictoria vel contraria, habet à voluntate, quod

Ecclesiast. 31 Item prima parte q. 82. artic. 1.

Indeterminatio intellectus est origo libertatis eligendi vt runq; liber.

Dist. 242 2. sentent. Beatus Tho. in 2. q. 17. art. 1. et 1. parte q. 82. art. 1. et vt runq; loci Cuius.

Intellectus plerumq; subest voluntati affectioni in iudiciis circa particularia.

Multa sunt voluntatis actiones nullo modo, sed naturaliter. 3. Ethic. ca. 2.

Cap. 17.

Primum voluntatis actum esse naturalem et necessarium docet Aristoteles.

quod autem iudicium sit, ab intellectu habet. Est tamen quaedam libertas, hoc est, indeterminatio iudicij in intellectu ex eius natura, sine participatione voluntatis in particularibus agibilibus, quæ sunt contingencia & variè apparere possunt, diuersa autem honesti, vitii aut delectabilis habita consideratione, eadem referantur possunt & acceptari: sicut in Rhetoricis & Dialecticis media contingunt ad suadendum, imò ad persuadendum vtranuis partem contradictionis. Quæ indeterminatio est principium libertatis quæ est in voluntate, concurrente simul facultate reflectendi in intellectu & voluntate. Ex quibus manifestum est, non omnes actiones voluntatis esse liberas, sed multas esse naturales, videlicet vniuersas quæ vel præueniunt, vel non sequuntur liberum rationis consilium & iudicium: quales sunt voluntates quæ subrepunt, & repente fiunt in nobis, & quæ fiunt à pueris vel furiosis: cum nec sint humanæ, nec in nostra potestate. & quamuis secundum Aristot. spontè & voluntariè fiant, non tamen liberè, nec per electionem. Nec liber est amor finis, nisi fortassis quoad exercitium tantum, hoc est, libertate contradictionis. Ea verò sola, vt docet ipse, liberè à nobis fiunt, quæ ex consilio & deliberatione procedunt. Nam electio, inquit, quæ solum mediourum est ad finem, & proprius actus liberi arbitrij, cum ratione & mente est, & appetitus præconsciati, & eorum tantum quorum propriè domini sumus, quæq; agere possumus & omittere. Quæ igitur ex sola apprehensione sine iudicio & consilio volumus, libera non sunt. Vbi igitur maior determinatio iudicij, minor est libertas, loquendo de determinatione ante conclusionem intellectus practici siue operatiui. Nam quando agimus vel eligimus ex rationibus apparentibus, oportet iudicium esse determinatum: vt docet Card. Caietanus circa quæst. 83 primæ partis B. Thomæ. Occurrunt autem hic multæ difficultates, quarum discussionè articuli explicatio non requirit, attingemus tamen eas propter aduersariorum argumenta, quæ à quibusdam earum pendere videntur. An videlicet amor finis qui est primus actus voluntatis, à quo omnis electio & tota vita pendet, sit necessarius & merè naturalis, an aliquo modo liber. An voluntas habeat se ad eum passiuè tantum: de quo variè opinantur doctores. Ioannes Scotus quotlib. 21. putat esse liberum: & B. Thom. docet omnino esse naturalem ab authere naturæ vel gratiæ. Dicit enim de hoc actu B. August. lib. de gratia & libero arb. quòd Deus facit vt velimus etiam sine nobis: quam difficultatem latè tractat idem Cardinalis circa quæst. 9. art. 4. in 12. & quæst. 11. artic. 2. & opinatur hunc actum à voluntate elici, se tamen ad volendum non applicante, sed Deo solo. Ioan. Capreol. distict. 24. & 25. dicit actum primum voluntatis respectu finis esse complacentiam innatam à Deo, & recipi solum, non autem effici ab ea. Franciscus verò Ferrariensis in comment. super 1. lib. B. Tho. contra Gentiles, cap. 23. & lib. 3. ca. 73. & 89. credit esse probabilius quòd voluntati naturaliter indita sit forma aliqua quasi habitualis, per quam vult finem, sicuti intellectui innatus est habitus principiorum: & per hunc habitum & complacentiam voluntatem se mouere ad amorem finis, sicut per hunc ad electionem mediourum, necessariò tamen & merè naturaliter: quia sine præuio consilio ac deliberatione. Naturalem autem & necessarium, atque ex instinctu exterioris mouentis esse hunc primum voluntatis actum docet Arist. in magnis mora. cap. de fortuna: & 7. Ethicorum dicens, quòd virtus principium quod à fine ducitur, conseruat: vitium corrumpit. In rebus autem agendis principium est cuius gratia, vt in Mathematicis suppositiones. Neque illic ratio est edoctiua principiorum, neque hic, sed virtus aut ex natura, aut ex consuetudine rectè sentire faciens circa principium. Et ideo in 3. Ethicor. dicit, Qualis quisq; est, talis & finis ei videtur: studioso viro verum bonum: prauo autem contingit vt ægrotis, quòd ad sentire amara vel dulcia. Magna præterea est difficultas, An vehemens passio sensitiua sic mouere possit voluntatem, vt necessariò sequatur volèdo vel nolèdo: de qua B. Thom. docet 12. q. 10. art. 3. quòd voluntas liberè velle & nolle possit, quamdiu rationis non absorbetur vsus; eò quòd passio non moueat, nisi ea parte qua mouetur ab obiecto voluntas, quia videlicet facit apparere bonum & conueniens, quod extra passionem tale esse non iudicaretur, ipsa autem se applicat ad volendum. Ideo circa eundem art. Caietanus reprehendit Gregorium Ariminensem, quòd dicat distict. 1. sentent. 2. q. art. 2. non omnem actum volendi voluntatem elicere liberè libertate contradictionis: quia non actum volendi, qui sequitur experientia alicuius intenti sensibilis lætui. Vnde nò putò, inquit, quòd absque miraculo aliquis posset vri in igne, & non dolore, & per consequens non nolle & odisse illud: quauis fortassis posset non nolle nolitione deliberata, & tali tristitia nò triftari. Sed Greg. sic se explicàs videtur dicere solū quòd necessario triftetur, & nolit nolitione naturali voluntatis vt natura est; & ita subserbere videtur sententiæ B. Thomæ

b. Thom. qui istud etiam docet q. 2. de veritate art. 9. in solutione 3. & 6. arg. & de malo q. 3. artic. 10. Narrat autem b. August. lib. 4. de ciuitate Dei, cap. 20. post Titum Liuium lib. 2. de Vrbs origine, quòd Mutius Sceuola immobilem manum in igne tenuit & cōbulsit: in hoc ostendens magnum & efficac imperium voluntatis in membra corporis, & se velle pati tantum ignis ardorem & cruciatum. Alij verò doctores putant voluntatem multis modis necessitari posse, præcipuè ab obiecto vehementer delectante aut contristante. Disputatur etiam. An difficultatem pati possit voluntas in eligendo & refutandò obiectum multum delectans & multum contristans, quòd ad actum suum elicitum, an solum quòd ad actum imperatum. De quibus hic agere non oportet propter aduersarios, qui docent nullam esse libertatem contingentiæ, siue à necessitate & ineuertibilitate, sed à coactione solum: & liberè agere, esse idem quod ex deliberatione secundum actuale voluntatis propensionem agere, quamuis necessariò: Pro maiori tamen materiæ declaratione, & argumentorum solutione hæc attingimus. Ex nūc dictis manifestum est quòd libertas qua possumus ex nobis in opposita, velle & non velle, sit naturalis proprietas sequens naturam intellectiuam: & ideo reperitur in Deo, angelis bonis, & malis, & omnibus hominibus etiam damnatis, & inseparabilis est à natura intellectiua: quamuis à suo vsu propter corporis indispositionè in hominibus impediri possit. Dicit enim B. Bernar. quòd libertas à necessitate æque & indifferenter Deo vniuersæque tam malæ quam bonæ rationali conueniat naturæ: Nec peccato nec miseria minuitur: nec maior in iusto est, quàm in peccatore, nec plenior in angelo quàm in homine. Manet ergo libertas voluntatis vbi etiam sit captiuitas mentis: tã plena quidem in malis, quàm in bonis, sed in bonis ordinatior: tã integra quoque pro suo modo in creatura, quàm in creatore: sed in isto potentior. Verum Bernardus quibusdam loqui videtur de libertate quæ opponitur coactioni, Officium autem quòd est de ratione liberi arbitrij, est fieri posse in diuersa obiecta ad finem ordinata. Posse autem in bonum & malum solum ei conuenit, in quantum est in natura potenti deficere: quòd quæ vnum velit, postea verò oppositum, ei conuenit in quantum est in natura mutabili. Et ideo non sunt hæc de ratione liberi arbitrij, quòd propriè in Deo est: qui (licet non vnum post aliud) diuersa velle & nolle potest, eo quòd nulla creatura ad eius beatitudinem necessariam habeat habitudinem.

Est autem libertas quædam secundum exercitium actus, quomodo libere volumus beatitudinem, & non velle possumus: & alia secundum eius specificationem, vt nolle possimus & velle oppositum: qua ratione beatitudinis voluntas libera nò est, cum eam nolle non possimus, nec velle esse miser. Et est hæc arbitrij libertas per se, vt diximus, in eligendo & refutando, & ex consequenti solum in agendo & non agendo. Nam vt dicit B. August. q. 1. lib. 2. ad Simplicianum. Quamuis, inquit, in cuiusque sit potestate quid velit non est tamè in eius potestate quid possit vel facere cuiquam, vel à quoquam pati. Nec malis permittit Deus facere quæ volunt. Porrò de spiritu & litera, cap. 31. Cum voluntas, inquit mala potestate accipit implere quod intenditur, ex iudicio venit. Nam ad ea quæ foris aguntur cogi possumus, & contra nostram voluntatè impediri. Propter quod inter aliarum virium operationes hæ tantum liberæ sunt, quæ à voluntate eiusque imperio efficienter procedunt, tanquam naturales eius effectus, qui necessario sequuntur: vt docet B. Ansel. cap. 4. de peccato originali. Nihil igitur tam est in nostra potestate, quàm ipsa voluntas, hoc est, actus volendi, vt dicit B. Aug. lib. 1. retract. Vbi etiam explicat, quòd hoc sit in nostra potestate, quòd cum volumus facimus, atq; ideo in nostra potestate est facere arborem bonam & fructum eius bonum: aut facere arborem malam & fructum eius malum. In potestate, inquit, hominis est mutare voluntatem: quis eius potestas nulla sit, nisi à Deo detur. Item lib. de spiritu & litera, Hoc, inquit, quisque in potestate habere dicitur, quòd si vult facit, si non vult non facit: Quo supposito inquiri, Vtrum fides in nostra sit potestate, Vide nunc, ait, vtrum quisque credat si noluerit, aut non credat si voluerit. Docet etiam magister in sententiis quatuor esse status liberi arbitrij in homine: ante peccatum, quando ad bonum nihil impedièbat, & ad malum nil impellebat: post peccatum ante reparationem gratiæ, in quo premitur à concupiscentia & vincitur: & post reparationem ante confirmationem, quando premitur à concupiscentia, sed non vincitur: ac post confirmationem, quando infirmitate penitus consumpta, & gratia consummata, nec vinci poterit nec premi, & tunc primum habebit non posse peccare: Deinde post B. Ber. distinguat triplicem libertatem, à necessitate, à peccato, & à miseria. Et necessitas hæc distinguitur in coactionem, & in naturalem: hæc

Exemplum Mutii Sceuole quo probatur efficax voluntatis imperium in membra corporis.

De libero arbitrio.

Libertas voluntatis tantum plena est in malis quàm in bonis.

Cap. 72. In nostra potestate est facere arborem et fructum eius bonum vel malum.

Cap. 31

Distict. 352 lib. 2.

Li. de li. arb. & gratia.

Aug. li 3. de lib. arbitrio. 3. Libicorum.

Cap. 3.

Lib. 1. contra 2. epistolae Pelagi.

Per peccatum perit libertas que fuit in paradiso.

Quomodo per peccatum homo perdidit posse bonum.

Gen. 4.

Cap. 25.

Cap. 25.

Cap. 35.

Cap. 22. et 24

Cap. 21.

necessariam in obiectum inclinationem. Ac super ista sola libertate, à necessitate scilicet inuitabilis inclinationis, nobis ea nunc disputatio erit cum aduersariis, quæ etiam semper fuit ecclesiæ catholicæ cū hæreticis. Nam quod sponte ac volentes agimus & fugimus, nunquam fuit controuersum propter sui manifestissimam euidenciam: cum bruta, pueri, & furiosi sic velint & agant. Nec vnquam controuersum fuit, an voluntas cogi possit, vt aliquid velit vel nolit contra suam inclinationem, quum ea etiam, & quæ metu eligimus sponte & voluntarie eligamus. Volumus enim manu abscindi, ne corpus totū inficiatur & intereat. Et docet Aristoteles quod metu facta sint simpliciter voluntaria, & inuoluntaria solum secundum quid. Nec etiam controuertitur super libertate à miseria & culpa, quam constat perditam esse per peccatū in Adam & tota eius posteritate. Nam volūtas & ratio grauius sunt vulnerata: Hæc ignorantia est errore agendorū: illa, malitia, hoc est sui immoderato amore. De corpore ac viribus organicis nimis notoriū est quā multis subiecta sint miseriis. Et de culpa dicit B. Iaco. quod in multis offendimus omnes. Per quam distinctionē libertatis respondet B. Aug. Iuliano obiicenti quod doceret per peccatum primi hominis liberum periisse arbitrium, & ideo vocaret eum Manichæum. Quis nostrum, inquit, dicit quod peccato primi hominis perierit liberum arbitriū de humano genere? Libertas quidē perit per peccatum: sed illa quæ in paradiso fuit habendi plenam cum immortalitate iustitiam: propter quod natura humana diuina indiget gratia. Nam liberū arbitriū vsq; adeo in peccatore nō perit, vt per illud peccet maxime omnes qui cum delectatione peccāt, & ex amore peccati hoc eis placet quod liber. Et in 3. li. Hyponost. Per velle malum, inquit, rectē perdidit posse bonum, qui per posse bonum potuit vincere velle malum. Et postea, Per peccatum liberum arbit. hominis possibilitatis bonū perdidit, hoc est, posse bonum, opere scilicet præstare, quod habuit ante peccatum, non nomen & rationem. Verē igitur manet post peccatum ratio liberi arbitrii. Et ideo eodem li. cōcludit, Est igitur liberum arbit. quod quisq; negauerit, catholicus non est. Quod autem hic dicit B. Augustinus quod per peccatum homo perdidit posse bonum, intelligitur posse simpliciter & absolute bonum, sic quod nunquam peccet. Controuersia igitur est super libertate quæ est naturalis proprietas naturæ intellectualis, An illa fit ad eligendum & refutandum opposita, volendum & non volendū: quā superiūs ex scripturis & patrum concordi sententia monstrauimus, & quam Ioannes Calvinus, Mart. Bucerus & liber à Cæsare propositus in Colloquio Ratiponsensi affirmant non esse in homine, sed omnia ab eo fieri necessariō & inuitabiliter. Ait enim hic liber quod concreata libertas faciendi boni & se continendi à malo, per hominis lapsū est amissa, sola libertate à coactione retenta: imō Martinus Bucerus docet Deum omnia necessariō agere, nec posse alia facere quā facit. Omnem itaq; negat contingentiam & omnimodam esse necessitatem in electione, atq; omni nostra operatione affirmant. Quam hæresim docebat Pet. Abaialdus tempore B. Bern. cuius dogmata multa in epist. suis impugnat. Philippus verō necessitatem docet in electionibus & affectibus, & in opere externo admittit contingentiam.

Hanc autem libertatem, quæ est potestas opposita eligendi, explicat articulus, quando dicit quod per ipsum lib. arb. homo potest malè agere ex infirmitate, à sua concupiscentia abstractus & illectus, non tamen quasi mancipiū ab ea necessitatus, imō ex proposito & electione: qui tamen si adeo infirmus est vt necessariō aliquando malè agat & peccet, non tamen malè agere aut peccare, nec etiā benè, contingit sine hac libertate: qua possemus & nō peccare quando peccamus. Omnis enim actio bona & mala in nostra est potestate, dicente scriptura, Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Nec humana est actio & imputabilis si ab homine secundum rationem & voluntatem non procedat. Propter quod pueri, furiosi, amentes & dormientes peccare non possunt ob defectum liberi vsus rationis. Et B. Augustinus lib. 1. de ciuit. Dei. Si illa concupiscentialis, inquit, inobedientia quæ adhuc in membris moribundis habitat præter nostræ voluntatis legem quasi lege sua mouetur, quantō magis absq; culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis? Et non esse culpam in corpore dormientis, clarè docet 12. de Genesi ad literam: & lib. 1. de remis. peccatorum ostendit quod in paruulis nullum peccatum esse possit: Quia, inquit, sine propria voluntate nullum potest esse peccatum vitæ propriæ: & lib. 3. de libero arbitrio dicit quod homo incipit esse præcepti capax, quando incipit vti ratione, & tunc incipit posse peccare. Item de natura & gratia. Atque hæc videtur esse expressa sententia Domini saluatoris Marci 7. vbi ait. Quæ de homine exeunt illa coinquinant hominem. Ab intus enim de corde

de corde hominum malæ cogitationes procedūt, &c. Potest etiam homo sola electione & studio non aliunde impulsus peccare: quomodo peccauerunt ar. geli & primi parentes nostri. Nam B. August. lib. 14. de ciuit. Dei, contra philosopho s quosdam ostendit, non omnia animæ mala esse ex corpore, aut immoderata concupiscentia partium inferiorum: sicuti nec omnia sunt ex diaboli suggestionē. Dicitur enim 1. de ecclesiastic. dogmar. quod non omnes cogitationes nostræ malæ à diabolo excitantur, sed aliquoties eius nostri arbitrii motu emergunt. Sunt enim qui non solum non vincuntur, ait beatus Augustinus lib. de penitentia, sed vltro se peccato offerunt, nec expectant tentationem, sed præueniunt. Nullum autem esse peccatum sine arbitrii libera actione in superioribus satis probauimus. Quis, inquit beatus Augustinus, peccat in eo quod nullo modo caueri potest? Et in expositione quarundam propositionum ex epistola ad Rom. dicit de Pharaone quod obduratus præceptis Dei non obreperabat, iam de supplicio veniebat: Non ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperat, quandoquidem obdurato corde obtemperare non potuit, sed quia dignum se præbuit, vt cor obduraretur priori infidelitate. A autem excusare possit necessitas quam fecit prior voluntas, maxime ante penitentiam, hic discutere non oportet: & ea quæ ex huiusmodi necessitate sunt libera sunt in sua causa. Ideoque nihil mirandum esset, si causa malitia atque culpabilitas in ea transferatur.

Et quia articulus in sinuare videtur quod sine gratia non possit homo benè agere, intelligendus est sicut frequenter dicit B. Augustinus, quod sine gratia benè agere homo non possit quod ad ea quæ pietatis sunt & christianæ religionis. Quod pertinet, inquit, ad religionem & pietatem de qua loquebatur Apostolus, non sumus idonei aliquid cogitare quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et quod Dominus dicit Ioannis 15. Sine me nihil potestis facere, interpretatur quod nullos fructus, quales proferrunt palmites vitis, quam se esse dicit. Nam sine gratia ex viribus naturæ multa bona ab homine fieri posse docet idem August. lib. de spiritu & litera. Idem docet Apostolus Paulus ad Rom. 1. cap. dum ait, Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem & inuultiam hominum, eorum qui veritatem Dei in iniusticia derinent: quia quod notū est Dei manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles: quæ cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis. Quæ verba explicat B. Ambr. Ex ipsa, inquit, cæli fabrica iratus illis Deus videri potest. Idcirco enim tam pulchra astra condidit, vt ex his quantus & quàm admirabilis creator eorum est post agnosci, & solus adorari. Per naturalem ergo legem reum facit genus humanum. Potuerunt enim id per legem naturæ apprehendere, fabrica mundi restificante authorem Deum solum diligendum, quod Moyses literis tradidit. Sed impii facti sunt non colendo creatorem. Notitia Dei manifesta est ex mundi fabrica. Vt enim Deus qui natura inuisibilis est etiā visibilibus possit sciri, opus factum est ab eo quod opificem visibilitate sua manifestaret: & ille esse Deus omnium crederetur, qui hoc opus fecit: Et vt omnino excusari impietas non possit, adiecit etiam virtutes Dei & diuinitatem sempiternā cognitam esse ab hominibus: Multis enim modis qui reus conuincitur excusari non potest. Ex quibus patet quod impii & infideles, de quibus loquitur Apost. sicut Deum cognoscere, ita eum solum adorare & gratias agere potuerunt. Vsq; adeo, addit B. Ambr. non ignorauerunt, vt faterentur vnum esse principium, à quo omnia initū sortita sunt: cælestia, terrestria, & infernalit: & hunc vnum esse, qui omnibus decreuerit proprietates & officia naturaliter: & hæc scientes non egerit gratias. Item cap. 2. Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, hi eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Quod etiam B. Augustinus li. de spiritu & litera, intelligendum credat de gentibus ad Christum conuersis, quæ ad nouum pertinent testamentum: non tamen aliorum patrum improbat interpretationem, qui intelligunt gentes à fide omnino alienas. Ait enim: Si autem hi qui naturaliter quæ legis sunt faciunt nouum sint habendi in numero eorum quos Christi iustificat gratia, sed in eorum potius, quorum etiam impiorum, nec Deum verum veraciter iusteq; colentium, quædam tamen facta vel legitimus, vel nouimus, vel audimus, quæ secundum iustitiæ regulam nō solum vituperare non possumus, verum etiam merito recteq; laudamus: quanquā si discernatur quo sine fiant, vix inueniuntur quæ iustitiæ debitam laudem defensionem mereantur

Cap. 3.

Cap. 32. Cap. 14.

Cap. 18. 3. de lib. arb.

Quomodo sine gratia homo non possit benè agere. Lib. de prædestinatione. Iustitia rum cap. 2. 2. Cor. 3.

Cap. 27.

Impii & infideles sicut Dei ex creaturis cognoscere, ita esse solum adorare potuerunt.

Cap. 29. Augustinus. locum Apostoli ad Rom. ca. 1. de gentibus intelligendū putat de gentibus ad Christum conuersis.

mereantur: verum tamen quia non usque adeo in anima humana, imago Dei terrenorum affectuum labe detrita est, ut nulla in ea velut lineamenta extrema remanserint, unde merito dici possit etiam in ipsa impietate vitæ suæ facere aliqua legis vel sapere: si hoc est quod dicitur est, quia gentes quæ legem non habent, hoc est legem Dei, naturaliter quæ legis sunt faciunt, & quia huiusmodi homines ipsi sibi sunt lex, & scriptum opus legis habet in cordibus suis: id est, non omnino deletum est quod ibi per imaginem Dei cum crearentur impressum est, &c. Sicut enim cognitio ita & sensus & affectus honestatis in ea mansit. Si tamen à Christi gratia alieni sunt, illi qui secundum illud modum, de quo superius, naturaliter quæ legis sunt faciunt, quid eis proderunt excusantes cogitationes in die qua iudicabit Deus occulta hominum, nisi forte ut mitius puniantur? Sicut enim non impediunt à vitæ æternæ iustum quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur, sic ad vitam æternam non profunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillimè vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. Er 3. li. Hyponostic. Esse, inquit, fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum quæ ad Deum pertinent sine Deo inchoare aut certè peragere, sed tantum in operibus vitæ præsentis tam bonis quàm etiam malis: bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur, id est velle laborare in agro, velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam: malis verò dico, ut est velle homicidium, velle adulterium, velle res alienas diripere. Sed ista non pertinent ad substantiã vitæ præsentis, quia non sunt à Deo: sed zizania animæ & carnis, quæ inimicus homo, id est diabolus, dormitante Adam, Dei præceptum non conseruante, in liberum seminavit arbitrium: in quibus proclitior & paratior est quàm in prosperis vitæ nerata & deprauata voluntas. Opera igitur quæ non requirunt aliud principium quàm vires naturales, hoc est, quæ ad pietatem & religionem christianam non pertinent, sine gratia Dei facere possumus. Et in epistola ad Circenses, quæ est 130. dicit idè August. virtutes morales gentilium esse dona Dei. Rursus epistola 99. quæ est ad Euodiu dicit quorundam infidelium vitam secundum modum quandam fuisse laudabilem: similiter epistola 5. quæ est ad Macedonium. Et in lib. de patientia, dicit laudandum esse patientiam schismatici morientis ne Christum neget. Item beatus Chrysost. & post eum Theophylactus & Oecumenius exponentes eundem locum B. Pauli, de solis gentibus à fide alienis ipsum interpretantur. Quod verò dicit, Ex natura, naturæ rationationes ait Chrysosto. intelligit. Et Oecumenius explicans particulam, Quæ legis sunt faciunt. Naturæ, inquit, rationationibus ad boni operationem vtentes: admirandi aut sunt qui lege per dagogo non egent, sed sibiipsis legem ferunt ac latam complet legem. Neque enim illis opus est, inquit, literis legis, quorum cor inscriptum est cõsiderata lege attestante eorum conscientia. Idem B. Paul. Act. 14. Et nos mortales sumus similes vobis homines, annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas: & quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens de cælo, dans pluuia & tempora fructifera, implens cibo & latiria corda eorum: docens idipsum quod Romanis scripsit, quod scilicet ex his beneficiis Deum cognoscere benefactorem, venerari & adorare oportebat. Quod autem dicit beatus Augustinus, in impiis & infidelibus nulla esse opera bona: quia omne quod non est ex fide peccatum est, & arbor mala non potest bonos fructus facere, &c. ipse se interpretatur in fine eiusdem cap. dum ait Iuliano. Quoniam saltem concedis opera infidelium, quæ tibi eorum videntur bona, non tamen ad salutem sempiternam regnumq; perducere, scito nos illud bonum hominum dicere, illam voluntatem bonam sine Dei gratia, quæ datur per vnum mediatorẽ Dei & hominum, nemini posse cõferri, per quod solum homo potest ad æternum Dei donũ regnũq; perducere: Omnia proinde cetera quæ videntur inter homines habere aliquid laudis, videantur tibi virtutes verè, videantur opera bona, & sine illo facta peccata: quod ad me attinet hoc scio, quia non ea facit voluntas bona. Voluntas quippe infidelis atq; impia non est bona. Dicantur secundum te huiusmodi voluntates arbores bonæ: sufficit quod apud Deum steriles sunt, ac per hoc non bonæ: sint inter homines fructuose, inter quos sunt & bonæ: te authore, te laudatore, si vis etiam plantatore: dum tamen velis nolis obtineam, quod amor mundi, quo quisque amicus est huius mundi, non est à Deo, amorq; fructu: quibuscumque creaturis sine amore creatoris nõ est à Deo: amor autem Dei, quo peruenitur ad Deum, hoc est ad regnum cælorum non est nisi à Deo patre per Iesum Christũ cũ spiritu sancto. Per hunc amorem creatoris benè vtitur quisque etiam creaturis,

*Sicut in sum à vita æternæ non impediunt peccata venialia, ita ad vitam æternam non profunt impio aliqua bona opera.*

*Opera quæ tantũ vires naturales requirunt sine gratia Dei fieri possunt. Cap. 26.*

*Lib. 4. contra Iulianũ. ca. 3.*

*Voluntas infidelis et impia non est bona, nec arbor bona.*

creaturis. sine hoc amore creatoris nullus quisquam benè vtitur creaturis. Et concludit, Hoc ergo amore, inquit, opus est vt bonum beatificum sit & pudicitia coniugalis: propter quam illicita fuerat cum Iuliano disputatio. Eo itaque sensu intelligendæ sunt sententia beati Augustini, vbicumque dicit opera impiorum non esse bona vel esse mala: quia videlicet deficiunt ab ea perfectione & conditione operis, secundum quam perducerent ad regnum cælorum: nec steriliter, sed cum multo fructu bona essent. Eodem enim capite dicit etiam tenebrosa esse opera, quæ non sunt intentione fidei per dilectionem operantis. Nam sicut impius & infidelis solis naturæ naturalibusque viribus relictus, Deo generaliter cooperante discernit inter multa licita atque illicita: ita pro tempore & loco potest non peccare, nolle fornicari, furari, ex eo quod iudicat illa esse illicita. Omne enim quod malum esse nouit, odisse atque abominari potest. Et sicut in ratione est lumen naturale, ex quo ratio potest ratiocinari ac discurrere ad multarum veritatum cognitionem: ita in voluntate ipsi synderesi, quæ est in intellectu similis, habitus respondet in voluntate, quo naturaliter amamus honestatem & virtutem. De quo ait B. Tho. 12. quæst. 63. art. 1. & quæst. 51. art. 1. item quæst. 8. de virtutibus.

Et potest homo per liberum arbitriũ cum gratia Dei benè agere, opera videlicet pietatis christianæ religionis, & alia quæ ad salutem æternam perducunt: quando in peccatis est, se ad iustitiam preparare: & quando iustus est, facere opera iustitiæ. Nec solum hæc agere potest per liberum arbitrium, sed & eligere & velle facere. Admittit enim Mart. Lutherus quod homo effectiue se habeat ad operationes à voluntate imperatas, sed merè passiuè respectu actuum voluntatis. Et quia per liberum arbitriũ hæc agimus, possumus ea non agere, & ad vtrumlibet nos habemus in operibus pietatis quæ ex gratia agimus: sicut opera ciuilia & naturalia, vt libet refutare possumus & eligere. Intelligitur autem in articulo propriè gratia quæ est auxilium gratuitum Dei animæ interius mouentis, dirigentis & ei inspirantis cogitationes salutares, ac bonum propositum atq; affectum, adeo quæ sunt salutis. Dicit enim Beatus Augustinus lib. 3. de libero arb. Præfens est, inquit, qui multis modis per creaturam sibi Domino seruientem auersum vocat, credentem docet, consolatur sperantem, diligentem exhortatur, conantem adiuuat, exaudit deprecantem: sed si hæc per creaturam agit & foris tantum, locum habet sententia apostoli. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, inquit, in corde operando, illuminando intellectum, & voluntatem officiendam. Ipse enim solus est qui intus operari potest: ipse est solus qui docet hominem scientiam, & in eius solius potestate est cor hominis vt vertat quod voluerit. Diuina igitur suauis suggestio, pulsus ad ostiũ cordis, directio Dei, quando intus in corde sunt, propriè sunt gratia per quam benè agimus. Omnis tamen affectus Dei gratuitus, qui natus est salutem hominis promouere, nomine gratiæ hic intelligi potest: Est præter hanc gratiam quæ in interna Dei motione consistit, & alia per quam natura humana corrupta sanatur, & sanata eleuatur ad operandum opera vitæ æternæ meritoria, quæ naturæ proportionem excedunt: per quam secundum sententiam Beati Petri sumus diuinæ naturæ cõforses, & deiformes: Et ideo vires præber ad benè operandum per amorem Dei & proximi, fidem, spem, & reliquas virtutes, sicut sanitas corporis ad operandum naturaliter. Atque hæc dicitur gratia hominem per spiritum sanctum gratum faciens, diffusa in cordibus nostris. De qua dicit B. August. lib. de natura & gratia, quod sit vera iustitia fidei & gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, eam non distinguens à charitate quæ ipsam semper comitatur. Per hanc gratiam quæ est sanitas animæ nõ agimus benè, nisi ratione virium & virtutum, quæ ab ea, sicut potentia ab anima profluunt. Et secundum b. Petrum, magis est habitus benè disponens & perficiens naturam, quàm ad operandum inclinans: vt habet magis pobabilis doctorum sententia. Et ideo multum ad opera pietatis conducit, ad quæ tamen non est necessaria, sicut sanitas corporis ad opera naturæ: motio autem diuina ad benè operandum, sicut ostendemus, est necessaria. Nam Cardinalis Caietanus circa 12. q. 109. art. 4. (vbi Beatus Thom. dicit quod homo in statu naturæ integrè potest omnia diuina mandata implere quantum ad substantiam operum, quodque præceptum de dilectione Dei ex toto corde, & ex tota anima homo implere potest, ex puris naturalibus secundum substantiam operis, sed non secundum modum quem ex gratia & charitate habet. Nam clarè dicit 22. q. 171. art. 2. ad 3. quod diligere Deũ ad quod inclinatur charitas, non est super naturam humanam secundum substantiam operis) dicit quod responso data ad 3. à b. Thoma, extendatur ad omnia præcepta virtutum theologiarum, ita vt etiam credere, sperare, diligere Deum, confiteri Christum possit homo

*Augustino dicitur per impiorum non sunt bona quia deficiunt ab ea perfecti one & conditione operis, secundum quam perducerent ad regnũ cælorum.*

*Cap. 9a*

*In articulo nomine gratiæ potest intelligi omnis effectus Dei gratuitus, qui natus est salutem nostram promouere.*

*Cap. 70a*

*Ex puris naturalibus potest homo diuina mandata implere secundum substantiam operis.*

homo per sua naturalia, quantum ad substantiam operum, adimplere: quamuis non in quantum sunt spe, fide & charitate: id quod ex eo conuincit dicit, quod gētilis edoctus fidem nolens esse Christianus, posset nihilominus credere totam fidem esse veram vt ecclesia tenet, de quo tamen constare ait, quod nulla supernaturali gratia adiutus crederet, sed solum humana autoritate & probabili ratione persuasus. Posset quoque sperare, vt idem dicit, se fore beatum in celo, quamuis inanis esset huiusmodi eius spes. Et hæc reticus posset actus fidei, spei, & charitatis, quantum ad substantiam operum, intus & extrâ exercere sine vlllo suo supernaturali dono. Quæ sententia quamuis ambigua sit in eo quod dicit, per sola naturalia hæc opera virtutum theologiarum exerceri posse: quamuis eiusdem sententiæ esse videatur B. Tho. tamen quantum ad gratiam habitua- lem & virtutes infusas communis est doctorum sententia, quod sine eis agere possumus omnia quæ sunt pietatis & religionis Christianæ. Nam Ioan. Capr. dist. 28. 2. sentent. circa 1. conclus. ex B. Thoma ostendit quod sine habitu infuso, possumus assentire articulis fidei. Item dist. 17. 1. sentent. q. 1. circa 1. conclus. quod sine habitu charitatis possumus Deum super omnia diligere: vbi etiam docet, quod gratia non exigitur vt per eam potētia possit efficere actum aliquem in genere naturæ, quem prius efficere non poterat, sed solum quod nouo modo eoque diuino id possit. Non enim habitus dant posse, sed potentiam disponunt, vt possit facilius in actum procedere. Nam catechumenus credit, sperat, & Deum diligit sine his virtutibus. Et certè plurimum refert, quomodo eundem actum operemur in conspectu & iudicio Dei, an hilariter & promptè. Hilaris enim datorem diligit Deus, qui modum magis spectat, quam operum substantiam, videlicet an fiant ex spiritu instinctu, Christo operante quasi in membris suis. Nam & meriti rationem & dignitatem Deo placentem opera habent ex motione spiritus sancti, non autem ex sua substantia. Nec tamen natura sine virtutibus infusis ista opera præstare potest, nisi quadam violentia illata se erigendo supra id quod est, non quasi naturaliter: quomodo fiunt ab homine virtutibus decorato. Videri tamen posset quod specie distinguantur opera, ex eo quod promptè procedunt ab homine quasi instrumento, quando scilicet à virtutibus infusis proficiuntur, & à Deo principali agente: & ex eo quod à principis naturæ principaliter: si dicantur non requirere specialem Dei motionem. Multaq; harū virtutum est utilitas, quamuis necessaria non essent ad substantiam operum vitæ Christianæ, ex eo quod faciant esse diuina & digna quæ remunerentur vita æterna. Tametsi igitur hæc gratia habitualis per quam renascimur, & qua sanamur, imò quæ est ipsa animæ sanitas & vita, ad bene operandum multū conducatur, sicut sanitas corporis ad opera vitæ, non tamen necessaria est ad bene agendum: licet necessaria sit vt viuamus in Christo & sanemur: gratia autem ad bene operandum necessaria, est motio qua Deus applicat intellectum ad cogitandum salutaria, & voluntatem ad eadem bene afficit. Sic autem his viribus diuinitus applicatis & motis per eas liberè operamur, hoc est, per lib. arbitri. sicut principium effectiui, cui ratio agendi est diuina motio, aut vis intentionalis ei impressa, quasi instrumento à causa principali, vel potius cogitatus immiffus, & bonum propositum inspiratum, per quæ se mouet effectiue & omnibus viribus, omnibus item membris imperat, quæ eius imperium necessariò exequuntur, vt docet B. Anselmus, li. Cur Deus homo. Et quod effectiue se ad huiusmodi opera habeat, probat multis modis Gregorius de Arimino dist. 25. 2. sentent. & maximè de ea voluntate, quæ in nostra est potestate, atque adducit beatum August. 3. lib. de li. arb. & de perfectione iustitiæ, vbi ait, Præcepta diuina vt fierent non iuberentur, si nihil ibi nostra voluntas ageret: Istud quoq; aperte testantur scripturæ quæ in operibus salutis vocant homines agricolas, vi- nitores, edificatores, operarios, mercenarios, imò & Dei adiutores atque cooperatores: & ediuersò Deus dicitur adiutor noster & cooperatores. Nemo autem adiuuat eum qui non operatur, vt frequenter dicit Beatus Augustinus. Dicit item scriptura. Facite vobis spiritum nouum & cor nouum. Emundate corda vestra, &c, & alia huiusmodi. Quæ omnia significant nos agere opera salutis nostræ, & non solum nos ea recipere aut pati: In quo secundum B. Chry. est magna Dei gratia, quod nobis donat vt faciamus cū eo, quod ipse solus facere potest: Imò plus facit nobis cooperatio, quam si solus operaretur. Et hæc agimus per vim atq; naturā liberi arbitrii, adiutā tamē & gratia eleuatā. Nō enim pietatis opera liberum arbitriū operatur, sicut aqua calida calefacit. Totā enim hic operandi ratio est calor contra naturam aque impressus: Illic autem ratio agendi est natura liberi arbitrii. Sed quod diuina ac pietatis opera exerceat, ratio sic operandi est gratia: totū tamē opus & quicquid est eius, & gratia est & liberi arbitrii. Istud ipsum docet B. August.

1. Cor. 9.

Cap. 10

Nemo adiuuat eum qui non operatur. Ezec. 18.

Ratio operandi que pietatis sunt est gratia.

August. ex verbis Domini Saluatoris lib. 1. retract. Retraçtans enim quod dixerat in lib. Cap. 22. contra Adimantum Manichæi discipulum, Nisi quisque voluntatem mutauerit, inquit, bonū operari nō potest, quod in nostra potestate positū esse Saluator alioloco docet, vbi ait, Aur facite arbore bonā & fructū eius bonū, aut facite arborem malā & fructum eius malum: quod, inquit, nō est contra Dei gratiam quam prædicamus. In potestate quippe hominis est in melius mutare voluntatem, sed ea potestas nulla est, nisi à Deo derit: de quo dictum est, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cū enim hoc sit in potestate quod cū volumus facimus, nihil tam est in nostra potestate quā ipsa voluntas, sed operatur voluntas à Domino. Sic etiam intelligendum est quod dixi postea, In nostra potestate esse, vt vel inferi bonitati Dei, vel excindi eius seueritate mereamur, quia in nostra potestate nō est, nisi quod nostrā sequitur voluntate: quæ cū fortis & potēs preparatur à Domino, facile sit opus pietatis, etiā quod difficile & impossibile fuit. Et lib. de prædestinat. Sancto rū, dicit quod posse habere fidē, hoc est posse credere, sicut posse habere charitatē naturæ est hominū: habere autē fidē quædamodū habere charitatē, gratia est fidelium. Itē lib. de gratia & lib. arbitrio, docet ex diuinis præceptis homini, datis liberum esse voluntatis arbitrium. Quomodo, inquit, iubet si non est liberum arbitrium? Rursus lib. 1. retract. ostendit credere nostrum esse propter arbitrium voluntatis, similiter alia virtutum opera: & Dei esse, quia ipse præparat voluntatem, ipse dat credentibus & volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum. Nulla enim est actio libera, nisi per vim & naturā liberi arbitrii, à qua sola omnis nascitur libertas. Et sicut idem intellectus est principium cognitionis naturalis & fidei, ita eadem voluntas principium est omnium affectionum naturalium & piarum, propter obiecti vtriusq; vniuersalitatem, quæ complectitur omne verum etiam supernaturale, & omne bonum etiam diuinum. Hic tamē aduertendum est quod primi actus intellectus & voluntatis, vt superius diximus, fiunt naturaliter à Deo tanquam primo authore naturæ & gratiæ: ab his tamen viribus etiam effectiue procedunt, sed necessariò & naturaliter: quamuis doceant quidam quod solū receptiue se habeant ad istos actus: sicut supra de hac re varias doctorū recitauimus opinionones. Et ideo si Martinus Lutherus intelligeret voluntatem solum passiuè se habere, quod ad istos actus primos, tolerabilis esset eius opinio. Nunc autē tollit actiuitatē respectu omnium actuum voluntatis. Sunt autem hi primi actus cogitatio salutaris, & complacentia, siue affectio boni, ac placendi Deo: qui sunt voluntati ratio cōsultandi & eligendi. Docet istud B. Aug. in lib. de gratia & lib. arbitrio, Ipse inquit, vt velimus operari incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Propter quod Confidēs ait Apost. Paulus, in hoc ipsum, quia qui operatur in vobis opus bonū, perficiet vsque in diē Christi Iesu. Vt ergo velimus, sine nobis operatur: cū autē volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscū cooperatur: tamē sine illo vel operante, vel cooperante, cū volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus: Quod ex variis scripturæ testimoniis prosequitur. Per hanc autem gratiam quæ est semen sanctæ vitæ & operum pietatis nos possumus bene agere, & sine ea nihil, dicente Apostolo Paulo, Non sumus sufficientes cogitare ali quid à nobis quasi ex nobis (in his quæ pietatis sunt & vitæ christianæ) sed sufficientia nostra à Deo est. De quo articulo præcipua erat disputatio beati Augustini & ecclesiæ catholice aduersus Pelag. eiusq; sequaces Cœlestium & Iulia. in qua quæstione, quam difficillimā esse constitit idem b. Aug. ita versari oportet, vt nec derogetur gratiæ, nec libertas tollatur arbitrii. De hac scribit lib. 1. contra Pelag. & Cœlest. & lib. 4. contra Iulia. atque in vtraq; epistola ad Valentium. Quæstio, inquit, de libero voluntatis arbitrio & gratia ad discernendum est difficillima. Nam quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videtur: & quando Dei gratia asseritur, liberum arbitrium putatur auferri. Difficillimum namque est intelligere quod Deus operetur ipsum velle vtens voluntate tanquam instrumento, ipsam applicans ad opus, sicut intellectum ad salutares cogitationes, vt docent scripturæ: ipsam tamen voluntatem sic applicatam & motam ad opus vnum nihilominus posse & in sua habere potestate, liberè eligere & velle contrarium, ac refutare opus ad quod mouetur. Nam in potestate instrumenti non est quod moueatur, aut non moueatur potissimum comparatione Dei, cuius potestati nemo resistere potest, qui vt omnipotens plenum in omnia habet dominium, multo magis quam figulus in vas quod format, vel massam ex qua lutum sumit. Non igitur in potestate liberi arbitrii esse videtur agere vel eligere aliud, quam agit vel eligit: cum non operetur nisi motum: Motum autem videtur non posse cessare, aut agere aliud quam ad quod mouetur. Sed hæc obiectio & difficultas non minus aduersatur libertati voluntatis in natu-

Cap. 22.

Ioannis 1.

Cap. 5.

Cap. 20.

Cap. 23.

Primi actus intellectus et voluntatis sunt à Deo vt authore nature.

Cap. 17.

Philipp. 1.

2. Cor. 3.

Cap. 47.

Cap. 4.

T

in natu-

in naturalibus & politicis, in quibus etiā per diuinā prouidentiam mouetur & determi-  
natur ad opus, cuius propterea prouidentia concordia cum libero arbitrio superat oēm  
intellectum: vt docet Cardinalis Caiet. circa q. 22. in 1. parte b. 1. ho. art. 4. ita vt magis  
fide credatur quam plenè intelligi possit: & illustrari potest hæc obscuritas, si consideremus  
Deum operari in vnaquaq; creatura secundum eius conditionem & naturam: &  
propterea agentia libera vt instrumenta mouere atq; ad opus applicare, ita vt liberè &  
contingenter ipsa operentur. Hoc autem intelligitur, si consideremus, quod præter pri-  
mum velle quod diximus produci naturaliter & necessariò: quamuis in continuatione  
liberè reliquos actus voluntas operetur, ex deliberatione & iudicio rationis, ex quibus dū  
indeterminata sunt, ipsa libertatem & contingentiam habet in sua electione. Agit enim  
Deus in cordibus nostris suasionem inclinādo, & auertēdo dissuasionem. Nouit enim vt ait  
B. August. q. 2. ad Simplicianum, vnumquemq; vocare quomodo pro suo affectu aptum  
& idoneum nouit ad sequendum: Et qui hoc modo vocati non cōsentiant, possent alio  
modo vocati accommodare fidei voluntatem, vt quamuis multi vno modo vocati sint,  
tamen quia nō oēs vno modo affecti sunt, illi soli sequantur vocationem, qui ei capiēda  
reperiunt idonei. Item lib. de spiritu & litera, Visorum suasionibus, inquit, agit Deus,  
vt velimus, & vt credamus siue per euangelicas exhortationes, siue intrinsicè, vbi ne-  
mo habet in potestate quid ei in mentem veniat. Et sicut quod nobis humana persuasi-  
one sequendum esse videtur, sequi possumus & non sequi, habentes de errore suspē-  
ctam persuasionem vel plenius deliberare volentes, ita contingenter sequimur quod  
suasi sumus diuinitus. Qui enim vocati ad nuptias persuasi venerunt, poterant ob ap-  
parentem aliquam difficultatem non venire, & qui vocati non venerunt, venire po-  
terant: vt ait beatus Augustinus lib. 83. quaest. q. 68. Et Pharaō vocationi Domini potuit  
obtemperare, dimittendo ad iussu Dei filios Israel: sed quia noluit, & maluit in eos  
crudelitatem exercere, meruit penam vt illi cor induraretur. Suasio enim sola siue à Deo  
fiat siue ab homine, non mouet voluntatem efficaciter, quia solum in genere causæ fina-  
lis & obiecti iue: & si actiue non sufficiunt. Ipsa enim sola ex suo iudicio se flectit in  
eam partem quæ magis placet, quam tamen tunc refutare potest, nec vlla creatura  
quacunq; suasionem, comminationem, promissionem ei dominari potest, & reddere ne-  
cessariò volentem aut nolentem: quam tamen potestatem in eam habet Deus, in cuius  
manu sunt corda etiam regum, vt à proposito quod habent in aliud flectere possit effi-  
caciter, imò quocunq; voluerit. Et hac potestate sæpe vsu esse Deum ex scripturis  
docet beatus August. in lib. de grat. & lib. arb. Et de corrept. & gratia. Ait enim, Agit  
omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum, vt per eos agat  
quod per eos agere ipse voluerit, qui omnino iniuste aliquid velle non nouit. Tandem  
concludens, Satis, inquit, quantum existimo manifestatur operari Deum in cordibus  
hominum, ad inclinandas eorum voluntates quocunq; voluerit: siue ad bona pro sua  
misericordia, siue ad mala pro meritis eorum: iudicio vtique suo aliquando aperto, ali-  
quando occulto, semper autem iusto. Sed hæc facere potest voluntate liberè sequente  
ob suasionem vel apparentiam, qua hoc magis conuenire videtur. Facit enim Deus: vol-  
untatem sequi ex suo iudicio & deliberatione: & quando ex ea non agit voluntas, tunc  
mouetur à Deo, non vt liberum arbitrium, sed vt agens naturale. Nam & Christus se-  
cundum naturam assumptam organum erat peculiare deitatis corporaliter inhabitatis:  
qui tamen libere agebat, & poterat non agere & non velle, quæ agebat & volebat: quæ-  
admodum de se testatur, quod potuit patrem rogare pro duodecim legionibus angelo-  
rum, & tamen non fecit. Ex quibus patet quòd sicut instrumentum nihil operari valet,  
nisi motum à principali agente: ita nec voluntas, nec liberum arbitrium, nisi à Deo vt  
naturæ authore, per virtutes naturaliter insitas ad opera naturalia moueatur: & ad  
opera pietatis per semina sanctarum cogitationum & affectionum, quibus misericor-  
diter ipsum præuenit. Hanc doctrinam vbiq; tradit B. Augustinus qui lib. 2. contra 2.  
epistolas Pelagia. Multa bona ait, facit Deus in homine quæ non facit homo, nulla verò  
facit homo, quæ non facit Deus vt faciat homo: Vbi etiam docet quod nec boni quic-  
quam ex nobis incipere possimus quasi ex nobis, nec cogitare, nec cupere: vt ne cupiditas  
quidem aut desiderium sit ab homine quasi ex eo. Item 1. libro cap. 19. Nemo,  
inquit Saluator, potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum: non dicit, duxerit eum,  
ne intelligamus aliquo modo præcedere voluntatem nostram. Quis trahitur si iam vo-  
lebat? Rursus li. 13. de ciuitate Dei. Et li. 15. Dei voluntas, inquit, semper prior est voluntate  
hominis ad bonum, & voluntas hominis ad malum prior est voluntate Dei. Et ideo li. de  
gratia

Cap. 24.

Sola suasio  
efficaciter vo-  
luntatem mo-  
uere non po-  
test.Ca. 20. et 21.  
Cap. 4.

Cap. 8.

Ioannis 6.

Cap. 15.  
Cap. 12.

gratia & libero arb. Sententia, inquit, apostoli, Igitur non currentis neque volentis, sed  
misericordis est Dei, nullo modo potest sic conuerti, vt dicatur, Non misereris, sed volen-  
tis & currentis est hominis. Quod latius explicans in Enchirid. ait, Cum procul dubio si  
homo eius ætatis est, vt ratione iam vtatur, non possit credere, sperare, diligere, nisi velit,  
nec peruenire ad palmam supernæ vocationis Dei, nisi voluntate cucurrerit: quomodo  
ergo non volentis neque currentis, sed misericordis est Dei: nisi quia & ipsa voluntas, si-  
cut scriptum est, à Deo præparatur? Alioquin si propterea dictum est, Non volentis neque  
currentis, sed misericordis est Dei: quia ex vtroque fit, id est ex voluntate hominis & mi-  
sericordia Dei: vt sic dictū accipiamus, non volentis neque currentis, sed misericordis est  
Dei, tanquam diceretur, Non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericor-  
dia Dei: Nō ergo sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis: ac per  
hoc si rectè dictū est, Nō volentis hominis, sed misericordis est Dei, quia id voluntas ho-  
minis sola non implet, cur non & eōtrario rectè dicitur, Non misericordis est Dei, sed vo-  
lentis est hominis, quia id misericordia Dei sola non implet. Porrò si nullus Christia-  
nus dicere audebit, Non misericordis est Dei, sed volentis est hominis, ne Apostolo aper-  
tissimè contradicatur, restat vt propterea rectè dictum intelligatur, non volentis neque  
currentis, sed misericordis est Dei, vt totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam  
& præparat adiuuandam, & adiuuat præparatam. Præcedit enim bona voluntas ho-  
minis multa Dei dona, sed non omnia, quæ autem non præcedit ipsa, in eis est & ipsa.  
Nam vtrunq; legitur in sanctis eloquiis: Et, Misericordia eius præuenit me: Et, misere-  
cordia eius subsequetur me. Nolentem præuenit vt velit, volentem subsequitur ne  
frustra velit. Cur enim admonem orate pro inimicis nostris, vtique nolentibus pie  
viuere, nisi vt Deus operetur in illis & velle? Item cur admonem petere vt accipiamus,  
nisi vt ab illo fiat quod volumus, à quo factum est vt velimus? Oramus ergo pro  
inimicis nostris, vt misericordia præueniat eos, sicut præuenit & nos: oramus autem  
pro nobis vt misericordia eius subsequatur nos. Nihil igitur valet liberum hominis  
arbitrium ex natura suæ viribus ad opera pietatis, quæ sola hominis vera sunt bona, &  
ad salutem perducunt: Præuentum tamen & præparatum gratia Dei effectiue hæc pro-  
ducit & liberè, suæque virtute & natura, sed adiutum diuinitus: quod adiutorium est ei  
ratio agendi, & vires præbet faciēdi hæc pietatis opera. Nam omnis electio, acceptatio,  
& refutatio fit per voluntatem, quæ illorum subiectum est & principium effectiuum:  
sicut intellectus principium est omnium cognitionum, earum etiā quas habere nequit  
nisi ex Dei reuelatione: quas propterea in lumine à Deo infuso cognoscit, sicut verita-  
tes naturales in lumine propriæ naturæ intellectu. Idem tamen est intellectus qui om-  
nium cognitionum est principium, cuius causam esse diximus communitatem rationis  
obiectiue voluntatis & intellectus, quæ complectitur naturalia & supernaturalia.  
Potest etiam homo post mortale peccatum admissum per liberum arbitrium verè  
pœnitere: Deo tamen ipsum præueniente, & ostendente peccata quibus indignè contra  
Dominum suum operatus est, & supplicium cuius factus est reus: & Dominum quem  
offendit paratum esse remittere offensam, & in gratiam recipere: idque propter Chri-  
stum passum qui hoc à Patre obtinuit. Horum enim consideratione odio peccatorum  
afficitur, & certa spe erigitur, vt ad Deum quamuis iratum fugiat, & amplectatur re-  
media peccatorum à Christo ordinata. Istud hominem per Dei gratiam posse, & se ad  
gratiam preparare, docent vniuersæ scripture, quæ inuitant peccatores ad pœnitentiam:  
Et clarissimè Dominus apud Hieremiam. Postquam, inquit, conuertisti me egi pœni-  
tentiam: & postquam offendisti mihi, percussit femur meum. Rursus ex verbis Saluato-  
ris B. August. lib. 1. retractat. explicans quod scripserat contra Adimantum Manichei  
discipulum, ca. 26. Nisi quiquam, inquit, voluntate mutauerit bonum operari non potest,  
quod in nostra potestate esse possum docet Saluator vbi ait, Aut facite arborē bonam &  
fructum eius bonū, aut facite malam & fructum eius malum: Quod, inquit, non est  
contra gratiam Dei quam prædicamus. In potestate quippe hominis est mutare in me-  
lius voluntatem: sed eius potestas nulla est nisi à Deo detur: de quo dictum est, Dedit eis  
potestatem filios Dei fieri. Idem docet caput 3. de fide ad Petrum, quòd scilicet volunta-  
tem suam & vitam peccator hic mutare potest. Multa enim dona spiritus Christi largi-  
tur nobis priusquam inhabitet, & charitatem in cordibus nostris diffundat. Fatendum  
est, inquit B. August. in epistola ad Sixtum, quod aliter adiuuat spiritus Christi nondum  
inhabitans, & aliter inhabitans. Nondū enim inhabitans operatur vt sint fideles: inhabitans  
verò adiuuat iā fideles, & mouet quasi principii intrinsicè & cōnaturale: nō inhabitans  
autem

Cap. 7.  
Rom. 9.  
Cap. 32.

Rom. 9.

Psal. 56.  
Psal. 22.  
Matth. 6.  
Philip. 2.  
Matth. 6.  
Aliter ora-  
mus pro ini-  
micis, aliter  
pro nobis ipsiCap. 31.  
Cap. 22.Ioannis 5.  
Epist. 105.  
Spiritus Chri-  
sti nondū in-  
habitans, ali-  
ter adiuuat  
quam inha-  
bitans.

autem quasi extrinsecum agit & mouet. Quod tamen hæc potestas nō sit liberi arbitrii, vt ex eo quasi radice fructifera gigni possit voluntas bona, quasi eadē sit bonorū & malorum radix, ostendit lib. 1. de gratia Christi, contra Pelagium & Cœlestium ca. 18. & 19. docent malorum radicem esse cupiditatem: bonorum verò charitatem. Hominem verò vel liberum arbitrium esse quasi terram, in qua bona & mala radices figunt. Per amorem igitur boni diuini voluntas potens est, & efficit fructus bonos & opera pietatis: sicut per cupiditatem inclinatur & efficit malum. Et, vt diximus, scripturę, scripturę nō mouent, vt faciamtis cor nouum & spiritum nouum, & Hiere. Laua à malitia cor tuum. Auferte malum cogitationum vestrarum: Emundate manus peccatores. Purificate corda: Conuertat se vnusquisq; à malitia sua: & Si quis emūdauerit se ab istis, & c. Et, Quicūq; perdidit animam suā, vniuocabit eā. Et, Qui hanc spē, habet in eo sanctificat se, Quę scripturę & innumerę alię docēt in nostra esse potestate, de peccatis admisis pœnitere, & ad gratiam nos preparare: Sed vt diximus ex August. hæc potestas nulla est, nisi gratia Dei p̄ueniamur. Et ideo Apōst. Paul. Ne quando ait, det illis Deus pœnitentiā ad cognoscendā veritatē, & respiciat à diaboli laqueis. Itē Act. 5. & 11. Ergo & gentibus dedit Deus pœnitentiā ad vitā. Circa hæc est difficultas perplexa & obscura, An bonus vsus gratię qua à Deo p̄ueniamur, & qua voluntas ad pœnitentiā & conuersionē preparatur, nostri fit liberi arbitrii ita vt cuilibet sit liberū gratiā data per ipsam liberi arbitrii vim & naturā vtī, Deo vocanti respondendo, & gnatiter dōna acceptando, & simul eandem respuere: vt videlicet liberē ea vtatur, & possit nō vtī atq; respuere, & quando respuerit ea possit acceptare. Hęc quęstio multa complectitur, nō distinguens inter gratiā internā vocationis & externā, prædicationis videlicet, correptionis, & miraculorum: quamuis & de hac externa vocatione dicat Saltator, Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum nō haberent: nunc autem excusationē non habent de peccato suo. Et si opera non fecissem in eis quę nemo alius fecit, peccatū nō haberēt. Nunc autē & viderunt: & oderunt & me & patrem meū. Poterāt igitur credere qui audierant Dominū prædicantē & miracula facientem, eū à patre esse missum, Domino tamen simul ad cor loquente: quod fecisset, si eius sermonē & miracula nō contempsissent: Sola enim externa prædicatione, quamuis verisimilis, cū miraculorū operatione ad fidē nō sufficit, eam tamen quasi verisimilem suscipientes, & super veritate inquirentes, quomodo fecisse leguntur Theossalonicenses Act. 17. pię creditur Deum ad perfectum reducere quod incepit. Itē aliud est vsus gratię, aliud ei assentiri, amplecti, & acquiescere vt ipsū desideret. Super hoc autem & interna inspiratione est apud Aug. dogma Ecclesiast. ca. 21. plene explicans officia gratię & liberi arbitrii, vnicuique propria & communia, & quomodo per peccatum liberū arbitriū sit debilitatū. Ait enim, Libertati arbitrii sui cōmissus est homo ita in prima cōditione, vt vigilantia mētis annitente, etiā præcepti custodia perseueraret, si vellet in eo, quod creatus fuerat permanere. Postquam verò seductione serpentis per Euam cecidit, naturę bonum perdidit pariter & vigorem arbitrii: nō tamen electionē, ne nō esset suum quod euitare peccatum: nec meritō indulgeretur quod nō arbitrio diluisset. Manet itaq; post lapsum Adæ ad quęrendam salutē arbitrii libertas, id est, rationalis voluntas, sed admonente prius Deo, & inuitante ad salutem, vt vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est inspiratione Dei. Initium ergo salutis nostrę Deo miserante habemus: vt acquiescamus salutiferę inspirationi, nostrę potestatis est: vt adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, diuini est muneris, vt non labamur in adepro salutis munere, sollicitudinis nostrę est & cœlestis pariter adiutorij: vt labamur, potestatis nostrę est & ignauię. Sicut ergo initium salutis nostrę Deo miserante & inspirante habere nos credimus, ita arbitrium naturę nostrę sequax esse diuinę inspirationis liberē confitemur. Igitur vt non labamur à bono naturę vel merit, sollicitudinis nostrę est & cœlestis pariter adiutorij: vt labamur potestatis nostrę & ignauię. In hoc verbo, inquit b. Bonauentura, si quis diligenter inspiciat, insinuatur valde clarē, quantum possit liberū arbitriū respectu gratię. Nam cū sint in salutis opere ista quatuor, videlicet, inuitare, acquiescere, adiuuare, permanere: primum est inspirationis Dei: secundum libertatis arbitrii: Nec hoc solum, sed & sequax esse diuinę inspirationis: tertium muneris diuini: quartum sollicitudinis nostrę & diuini pariter adiutorij. Et si dicatur hic liber non esse beati Augustini, sed Gennadii, recepta tamen sunt eius dogmata, & eandem sententiam habet Beatus Augustinus de spiritu & litera, vbi ait. His ergo modis quando Deus agit in animam rationalem vt ipsi credat. Neque enim credere potest quodlibet arbitrio, si nulla sit suaio vel vocatio cui credat: profecto & ipsū velle credere Deus operatur in

Ezech. 18.  
Cap. 4.  
Esa. 1.  
Iaco. 4.  
Hiere. 18.  
2. Tim. 4.  
Luce 17.  
1. Ioan. 3.  
2. Timo. 2.

Ioannis 15.

Lib. de eccl.  
dog.

Quę opera  
propria Deo,  
quę libero ar  
bitrio propria  
quę ambobus  
communis.

Cap. 24. &  
precedenti-  
bus.

ratur in homine, & in omnibus misericordia sua præuenit nos. Consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propria voluntatis est. Quę res non solum non infirmat id quod dictum est, Quid enim habes quod non accepisti, verum etiā plurimum confirmat. Accipere quippe & habere anima non potest dona, de quibus hoc audit nisi consentiendo: ac per hoc quid habeat & quid accipiat Dei est: Accipere autem & habere vtique accipientis & habentis est. Et ideo cap. 14. de bono perleuerant dicit apparere ex his quę dixerat quosdam habere in ipso ingenio diuino naturaliter munus intelligentiæ quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiat verba, vel signa conspiciant. Et tamen si Dei altiore iudicio à perditionis massa non sint gratiæ prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur vel dicta diuina vel facta, per quę possent credere si audirent vtique talia vel viderent. Item lib. 83. quęsti. q. 68. Luce 14. explicans locum euangelij de vocatis ad cœnam, & ad nuptias docet vocatos qui venerunt potuisse non venire, & qui vocati venire neglexerunt aut contempserunt, potuisse venire: quibus propterea grauiter indignatus est Dominus, quod non venerunt. Nemo, inquit, virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Ad illam, inquit B. Aug. cœnam quam Dominus dicit, in Euangelio preparatam, nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt, neq; illi qui venerunt venire potuissent nisi vocati. Itaq; nec illi debent sibi tribuere qui venerunt, quia vocati venerunt: nec illi qui noluerunt venire debent alteri tribuere, sed tantum sibi: quoniā vt venirent erant in libera voluntate siue potestate. Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur, propterea & si quisquam sibi tribuat quod venit vocatus, non sibi tribuere potest quod vocatus est: qui autem vocatus non venit, sicut non habuit meritum præmij vt vocaretur, sic inchoat meritum supplicij, cū vocatus venire neglexerit. Ita erunt duo illa, Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Vbi Augustinus loqui videtur de externa vocatione, sicut & in sententia præcedente ex lib. de bono. perse. quodq; propterea ex ea est facultas veniendi ad finem & ad nuptias. Et Ecclesiasticus beatum prædicat qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit. Item iustus pulsatus tentatione fornicationis in eam potest consentire, sua illectus & abstractus concupiscentia: potest & eam detestari, in iustitia manēdo, & gratia quam habet vtendo. Et sicut iusto liberum est & in eius potestate fornicari, & in hac tentatione eam abominari: ita peccator præuentus Dei vocatione interna eam sequi potest. Habet enim iam semen diuinitus acceptum ex quo Domino dirigente ac gressus eius promouente progredi potest ad opera verę penitentia. An verò ad vsū gratiæ quo acquiescimus salutari monitioni, suasioni & internę vocationi, & quo pulsanti ostium cordis aperimus, per quę omnia ex parte obiecti inclinatur voluntas (proprie enim ad intellectum pertinent) exigatur adhuc alia gratia per quam immediatē inclinetur & accommodetur voluntas per piū affectum, cuius hic non meminit August. & per quam etiam voluntas à Deo effectiue flectatur, an non, nihil mutat nec impedit voluntatis libertatem in libero vsu gratiæ: quia ita suauius inclinatur & determinatur eam Deus, vt ex iudicio ac consilio, & sic liberē sequatur hanc Dei appropriationem: & spiritus Christi suadendo vt sequamur, simul voluntatem quasi naturaliter afficit placentia quadam rei suasę, quę est voluntati ratio se determinandi, principij & seminarij bonarum volitionū, quas ex eo quasi semine producit. Imò ex semine bonę cogitationis & suasionis sequitur etiam plerunq; desiderij emendandi vitam & placendi Deo. Nam sicut naturali ratione atq; lumine, ex his quę fidei sunt, in lumine fidei possumus syllogizando ex principiis ad conclusiones procedere, atque ex vna bona cogitatione ad aliam eliciendam pergere, ita ex vna bona voluntate in aliam progredi possumus tam in his quę sunt pietatis, quam in aliis quę ad mores pertinent. Si enim aliquid placeat, possumus ex eo quod placeat velle ipsum assequi, & ad hoc media affumere necessaria. Suadendo autem Deus facit vt placeat, vt diximus, Omnis, inquit, qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me. Vbi videtur Saluator ponere in actu intellectus id quod requiritur ad veniendum, sed tali intellectu actu cui coniungitur pius affectus: & ita B. Augustinus meminit aliquando solum vocationis aut suasionis, quę pertinent ad solum intellectum. Quod autem diximus de libero vsu, liberoque neglectu gratiæ quę datur ad pœnitentiā & conuersionem peccatoris, quod quę ea ad ipsam vel vtī possumus & conuerti, vel negligere etiam eam quę ad conuersionem est sufficiens, sic quod ea stante non cōuertamur, adeo vt in neutra parte contradictionis sit necessitas, sed mera contingentia, definitum esse videtur in Concilio Tridentino in decretis & canonibus de iustificatione. Dicit enim cap. 5. sessione 6.

Vocatio volū  
tatis operatur  
ante omne  
meritum.

Cap. 31.

Placencia vñ  
suasę est vo  
luntati ratio se  
determinandi,  
principij &  
seminarij bo  
narum voliti  
onum.

Ioannis 6.

Declarat præterea ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum, gratia præueniente sumendum esse, hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorū existētibz meritis vocantur: vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem atque adiuantē gratiā ad cōuertendum se, ad suam ipsorū iustificationē eidē gratiæ libere assentiendo & cooperando disponatur: ita vt tangente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationē, neq; homo ipse nihil omnino agat, in inspirationē ipsam percipiens, quippe qui & illam abicere potest: neq; tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam corā ipso, libera sua voluntate possit. Vnde in sacris literis cūm dicitur, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis nostræ admonemur. Cum verò respondemus, Conuerte nos Domine ad te & conuertemur, Dei nos gratia præueniri cōstemur. Et in canone 4. anathema dicitur his qui contrariū asserunt, Si quis, inquit, dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti & vocanti, quo ad obtinendā iustificationis gratiam se disponat & præparet, neq; posse dissentire: sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereq; passiuē se habere, anathema sit. Nam sicut credere voluntarium est, ita de peccatis propter Deum pœnitere, & ab eis ad Deum conuerti: nec vlla ad hæc esse potest per quamcūq; gratiā necessitas, quin semper contemni possit. Sed an noua an alia opus sit gratia, ad progrediendum secundum primā vocationem ad verā vsq; cordis conuersionem, vel an ex prima illa vocationis gratia Deo vt gratiarum principio vniuersali cooperante & dirigente, diuinitus preparati, nostra industria progredi possimus ex ea, quasi semine, & tandem verē pœnitere, non æquē certum est. Cui quæstioni annexa est alia, An omnis gratia dans nobis posse credere, posse conuerti, posse bene operari, & posse perseverare, quasi ad ea sufficiens, simul etiā faciat nos credere, cōuerti, perseverare, & facere pietatis opera, an alia sit opus & potentior, quæ hæc faciat: hoc enim videtur dicere B. August. lib. de corp. & gratia, cap. 11. & 12. vbi de primo homine aperta est eius sententia quod accepit gratiam, per quam si voluisset poterat perseverare, non eam per quam perseveraret. Ait enim. Tale quippe erat adiutorium quod desereret si vellet, & in quo permaneret si vellet, non quo fieret vt vellet. Hæc est prima gratia quæ data est primo Adam, sed hæc potentior est in secundo Adam. Prima est enim qua fit vt habeat homo iustitiam si velit, secunda ergo plus potest, qua etiam fit vt velit: & tantum velit, tantoque ardore diligit, vt carnis voluptatem contraria concupiscentem voluntate spiritus vincat. Dubitatur autem & de homine iusto post lapsum Adæ, an similiter gratiam habeat, per quam si velit saltem ad tempus perseverare possit, quamuis non perseveret. Quæ clarius sic explicantur, An duobus similiter illuminatis & ad credendum tractis fieri possit quod vnus credat, & alter maneat incredulus: & duobus similiter intrus vocatis & tractis ad penitendum fieri possit quod vnus pœniteat, & alius maneat in peccatis: & in eadem tēratione vnus iustus tentationi cedat, alio in iustitia perseverante. Est enim argumentum quod habeat quod gloriatur, quodq; respondeat Apostolo dicenti. *Quis te discernit? Quid habes quod non accepisti? si sua industria, quamuis à Domino adiutus & præuentus, ipse præ alio similiter vocato credidit, pœnituit, & in bono stetit. Et in contrarium argumentantur alij, quod liberè credimus, cōuertimur, & in bono perseveramus. Oportet igitur ad contraria esse contingentiam & à libero pendere arbitrio, quod ad vnam vel alteram se flectat contradictionis partem. Difficultates istę obscurę sunt & perplexę, circa quas doctores nostro seculo contra hereses scribentes variè sentiunt, & contrarias sequuntur opiniones. Propter quod sine vlla assertionē pro materia tantum huius de concordia liberi arbitrii & gratiæ declaratione, & vt occasio detur diligentius eam expendendi & examinandi, ponam aliquot propositiones, primò circa libertatem arbitrii, quas & omnia quæ hic & in sequentibus dicturus sum: quæq; superiùs dixi, iudicio sacrosanctę sedis Apostolicę & omnium rectius sentientium subiciō.**

Prima propositio. Quamlibet gratiam externā & internam ex viribus liberi arbitrii possumus non contemnere, & non negligere: quum hoc sit speciale peccatum, monēte Propheta. Si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra.

Secunda. Percipienti gratiosum Dei pulsum, tractum & inspirationē sine noua gratia placere potest, & gratum esse quod sic trahitur, & quod ad cordis sui ostium dominus pulsare dignatur. Quod enim nec placeat nec displiceat vix fieri potest: in quo tamen nõ consistit vsus gratiæ, siue inspirationis: sed in sequendo, & faciendo quod diuinitus inspiratur: vt si immittitur cogitatus quod vita mala est, & ad æternum perducet supplicium, huius gratiæ vsus consistit in voluntate vitam mutandi, dolendo de peccatis &

ea con-

ea confitendo. Hæc enim cogitatus ille veluti semen quoddam continet: maxime si cordis aliquis respondeat affectus, cum cogitatu simul inspiratus.

Tertia. Gratiæ siue adiutorium speciale intelligi potest, vel principium operationis salutaris, quales sunt piæ & sanctę cogitationes, tractus & inspirationes per quæ Deus in nobis, & per nos operatur, credere, pœnitere, perseverare, & alia quæ ad pietatem & salutem faciunt: Vel etiam intelligi possunt Dei operā, quibus nos dirigit, protegit, & defendit, & semen custodit. Intelligitur præterea gratia operatio ipsa Dei efficax, qua hæc dona, fidem, conuersionem, & opera pietatis, & horum initia in nobis operatur.

Quarta. Omnes gratiæ quæ sunt nobis operandi principia, aut quibus dirigimur & protegemur, & vniuersę quæ præcedunt tempore, vel natura Dei operationem efficacem, esse possunt sine vsu & fructu, & in vanū à nobis accipi, ita vt eis positis possimus non credere, non conuerti, non bene operari: Nec voluntati adducunt necessitatem.

Quinta propositio. Sola gratia efficax operationis diuinæ postea, necessariò sequitur effectus quem operatur, fides scilicet, conuersio; perseverantia & opus bonum: quamuis simpliciter per arbitrii libertatem possint non fieri.

Sexta. Impossibile est quod gratiæ præcedentes conuersionem vel fidem, si fiant ex vocatione secundum propositum Dei, suo effectu & sine frustrentur: quamuis eadem si aliter fiant, per hominis libertatem quandoque suo fine atq; effectu frustrari possint.

Septima. In eo qui sequitur vocationem credendo vel pœnitendo, & in alio qui eam negligit, potest esse idem conuersionis & fidei principium, hoc est eadem illuminationes, suasiones, & inspirationes: adeò vt ex sola eorum libertate vnus negligat vocationem, & ideo non credat nec conuertatur, Deo ad hoc propter eius negligentiam non cooperante: & alter credat & conuertatur ob suam diligentiam, qua ad verbum Domini auscultat, & ideo efficaciter conuersionem eius Deus operatur. Nec in isto differentia est inter opera salutis & moralia ac naturalia. In eo enim qui vult ambulare Deus cooperatur, & si non vult, Deus ei non cooperatur. Nec tamen aliquid positiuum absolutum est ante actionem in vno, quod non in alio. Et vbiq; est eadem voluntas ac liberum arbitrium, per gratiam aut naturam operans. Regulariter enim Deus non flectit voluntatem ad alteram contradictionis partem determinando, nisi suasionē & inspirationē, quas etiam liberum est homini semper sequi & negligere: per quas ipse operatur in cordibus nostris velle & perficere, sicut in semine operatur ad animalium & arborum productiones.

Octaua. Sicut eodem semine in terram cordis iactō ob vnus diligentiam fructificat, & propter alterius negligentiam sine fructu sterile manet, ita in vno multum fructum profert, ceterisimū videlicet vel sexagesimum, in alio tricesimum, propter variam hominis industriam, sedulitatem & laborem. Quare proxima causa qua vnus sit altero sanctior & iustior, est vnus industria & conatus in vsu gratiæ Dei. Nam ad terrę dispositionem Saluator refert fructus diuersitatem. Qui verò, inquit, in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum & intelligit, & fructum adfert, ac facit, aliud centesimū, aliud sexagesimum, aliud verò tricesimum. Et apud Lucam, Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum adferunt in patientia. Quam parabolam tractans Origenes hom. in Exodum, Videtur, inquit, mihi vnusquisque sermo diuinus similis esse alicui seminum, cuius natura hæc est, vt cum iactum fuerit in terram, regeneratum in spicam, vel in quamcūq; aliam sui generis speciem multipliciter diffundatur, & tantò cumulatius, quanto vel peritus agricola plus seminibus laboris impenderit, vel beneficium terræ fecundioris indulerit. Sic ergo efficitur vt cultura diligentia exiguum semen, verbi causa, sinapis, quod est minimum omnium, efficiatur maius omnibus holerbis, & fiat arbor: Ita, inquit, & sermo diuinus si peritum inueniat, & diligētē colonum, vt coeperit excoli & spiritaliter tractari, crescit in arborem, &c. Quod tamen incrementum spirituale in humilitate, patientia, & charitate dat Deus virtute verbi sui seminati in corde nostro, per nostram diligentiam & laborem: opus tamen est vt fructus hic sequatur: sicut & ex semine naturali, Dei protectione ab incommodis & impedimentis, eiusque directione & gubernatione per pluuiam tempestiuam & serotinam. Intelligimus aut non alia esse opus gratia operatrice, quæ operis salutaris sit principium, preparans voluntatem, & facultatem tribuens salubriter operandi.

Nona. Sicut Adam adiutorium habuit quo poterat perseverare in bono si voluisset, non solum contra tentationem vxoris suæ, sed simpliciter per totam vitam in omnibus sibi occurrentibus: ita iusti in simili tentatione in bono perseverare possunt: imò & fa-

T 4 cultatem

Zach. 1.  
Thren. 5.

1. Cor. 4.

Explicatur cōcordia liberi arbitrii & gratiæ per aliquot propositiones.  
Psal. 94.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Industria & conatus in vsu gratiæ Dei, est causa quare vnus sit alio sanctior & iustior.  
Matth. 13.  
cap. 8.

Matth. 13.

Nonā.



cultatem habent simpliciter tota vita perseverandi: quamvis propter carnis infirmitatem & obscuritatem intellectus hac facultate vti non possint propter varios rerum eventus, & tentationū impulsus, sine diuino auxilio ipsos dirigente & protegente: prout declarat B. Thomas 12. quæst. 9. artic. 109. & 10. citans beatum Augustinum in lib. de corrept. & gratia cap. 11. quod homo in primo statu accepit donum, per quod perseverare posset, non autem ut perseveraret. Nunc autem per gratiam Christi multi accipiunt, & donum gratiæ qua perseverare possint, & ulterius eis datur quod perseverent, & sic donum Christi maius est quam datum Adæ: & tamen, inquit, facilis homo per gratiæ donum perseverare poterat in statu innocentiae, in quo nulla erat rebellio carnis & spiritus, quam nunc possumus, quando reparatio gratiæ Christi, & si sit inchoata quantum ad mentem, nondum tamen est consummata quantum ad carnem, quod erit in patria: ubi homo non solum perseverare poterit, sed etiam peccare non poterit. Per donum enim gratiæ & charitatis iustus potens est bene operari, & peccata vitare. Sunt enim ista bonorum operum proxima principia, & ex consequenti vitandi peccata: sicut ignis per eundem calorem calefacit, & pellit frigus: atque eadem virtute foris pro libertate pugnat, & resistit seruituti. Quia tamen huius potentiae usus & exercitium aliunde etiam pendet quam ex hac potentia, operatio siue exercitium eius ex ea sola inferri non potest: sicut potentia visiva non semper exercet visionem, eo quod ab obiecto & lumine simul pendet visio, sine quibus nunquam exhibet in actum videndi. Simili modo quamvis per gratiam iustus potens sit bene operari, & impulsio tentationū resistere, atque hæc continuare, ac in bono perseverare, quia tamen non potest hos actus simpliciter exercere quando & ubi oportet, &c. sine sanitate carnis eius ministra & lumine intellectus cooperatis, quorum opposita subtrahunt & impediunt arbitrium ab usu gratiæ: ideo sine extrinseco lumine quo Deus illuminat, & ope qua dirigit & confortat, non potest esse perseverantia, propter obscuritatem mentis, & carnis infirmitatem: quamvis ad tempus perseverare & bene operari, ac peccata vitare possit, sine his adminiculis. Hæc post B. Thomam declarat Cardinalis Caietanus circa eundem articulum 10. quæst. 109.

August. lib. 2  
de peccatorum  
merito cap. 5.  
de nat. &  
gratia ca. 26.  
item. 48.

Decima.

Decima propositio. Quoniam ex similiter tractis & interius in corde vocatis vnus credit & conuertitur, & alius manet incredulus nec conuertitur, contingere potest ex sola arbitrij diuinitus preparati libertate, nec aliter contingere potest, si similiter sunt affecti, & vocantur secundum quod apti sunt ad sequendum. Omnibus namque positis quæ præcedunt & requiruntur ad fidem & conuersionem, libera manet voluntas, nullaque inducitur necessitas se determinandi ad credendum, vel sequendum vocationem, nec ad oppositum. De quo casu quasi possibili videtur loqui B. August. lib. 12. de ciuit. Dei, cap. 6.

Si enim, inquit, aliqui duo æqualiter affecti in animo & corpore videant vnus corporis pulchritudinem, qua visa vnus illorum ad illicite fruendum moueatur, alter in voluntate pudica stabilis perseueret, Quid putamus esse causæ, ut in illo fiat, in hoc non fiat voluntas mala: Neque enim pulchritudo illa corporis: nam eam non fecit in ambobus, quandoquidem amborum non dispariter occurrit aspectibus. An caro intuentis in causa est? Cur non & illius? An verò animus? Cur non vtriusque? Ambos enim & animo, & corpore æqualiter affectos fuisse prædiximus. An dicendum est alterum eorum occultata maligni spiritus suggestionem tentatum? Nam ut hoc quoque impedimentum ab ista quæstione tollatur, si eadem tentatione ambo tententur, & vnus ei cedat que consentiat, alter verò idem qui fuerat, perseueret: quid aliud apparet, nisi vnum voluisse, & alterum noluisse à castitate deficere, ubi certum est ad voluntatis libertatem hæc causam Augustinum retulisse. Et colendus magister noster Ioannes Driedomis in lib. 1. de redemptione generis humani, circa finem tractatus de preparationibus ad gratiam fidei, ex dictis quasi manifestum infert, quod quemadmodum ex duobus iam æqualiter iustis contingit alterum libero arbitrio à iustitia deficere consentiendo desideris carnis, alterum eodem arbitrio innixio auxilio Dei perseverare: sic ex duobus adhuc impiis æqualiter indignis, æqualiter diuinis instinctibus pulsatis atque admonitis, aut ad fidem, aut ad cordis penitentiam, contingit alterum non reluctari, sed locum dare pulsanti Deo, alterum verò resistere & permanere in obstinatione suæ voluntatis: & habuit is qui sic vocatus resistit in potestate sua non resistere: alioqui nec peccaret, neque sibi meritum supplicij faceret resistendo. Et quamvis qui vocatus venit, habeat opus aliquod per voluntatis suæ arbitrium factum, per illud tamen non in se debet gloriari, sed in Domino, qui ut hoc opus ipse faceret sua gratia dignatus est ipsum præuenire. Ad cenam illam magnam, inquit Augustinus, nec omnes qui vocati sunt, venire voluerunt, nec illi qui venerunt venire possent nisi vocati.

Voluntatis libertas causa est peccati.

Lib. 13. quæstionum. 2. 68.

Propter

Propter quod non sibi soli, sed & Deo tribuere debent quod venerunt: quia sola vocatione adiuti venerunt: docens in sequentibus causam, ob quam quidam non veniunt, & alij citius, facilis aut difficilior veniunt. Qui enim non habent in hoc seculo quod delectet, facilius veniunt, quam ceteri visibilibus huius mundi rebus affecti: de quibus Saluator, Luc. 18. Quam difficile qui diuitias habent intrabunt in regnum Dei. Citius, inquit B. Gregor. obediunt, qui non habent in hoc mundo quod delectet. Nam quo magis hominis animus à lacte carnalis voluptatis est ablactatus seu auulsus, hoc magis est ad capefendum cælestis vitæ amorem dispositus. Quem, inquit, propheta Esaias, docebit scientiam, quem intelligere faciet auditum? Cui responderet, Ablactatos à lacte, auulsos ab yberibus. Ex quibus inferre causam ob quam duo æqualiter diuinis instinctibus & admonitionibus tracti, non æqualiter credunt aut obediunt euangelio, hanc plerumque esse, quia non æqualiter sunt affecti: quemadmodum proposito lucro aliter mouetur auarus, aliter peccuniae contemptor. Ille ad facinus perpetrandum, iste ad contemnendum: & aliter mouetur iratus, aliter mansuetus: & aliter qui ex natura, vel consuetudine est castus, aliter adulter, vel impudicus. Nec minus ad opus virtutis, si eius habet principium, charitatem scilicet vel virtutis amorem, quam ad vitia se potest deflectere. In omni enim materia, ita pietatis & gratiarum sicut morali & ciuili, ad voluntatem pertinet se determinare ad vnā vel alteram partem. Et quamvis sub Dei determinatione, non tamen propterea minus liberè se determinat, quam si non concurreret, nec determinaret Deus. Quare hic nihil disputare oportet, quis prior sit in determinando voluntatem, an ipsa, an Deus, & an prius voluntas aliquid velit, quam Deus eam vult velle, an contra. Nec magis hæc quæstiones locum habent in operibus gratiæ, quam morum vel naturæ. Et quia voluntas secundum beati Hieronymi, Origenis, & aliorum patrum sententiam vis media est inter carnem & spiritum, & ad vtrumlibet se flectere potest: ideo in opere bono, quamvis ipsum totum sit à gratia & libero arbitrio, quod tamen opus pietatis est, à sola habet gratia: quod autem opus sit & eius fiat determinatio, à solo est libero arbitrio. Hic tamen obseruandum est, quod hi qui vocantur secundum æternum Dei propositum indeclinabiliter & inseparabiliter vocationem sequuntur, ut dicit B. Augustinus cap. 12. de corrept. & gratia, Subuentum est, inquit, infirmitati voluntatis humanæ, ut diuina gratia indeclinabiliter & inseparabiliter ageretur. Et ideo quamvis infirma sit voluntas, non tamen deficeret, nec aliqua aduersitate vinceretur. Et cap. 8. Voluntas humana non libertate sequitur gratiam, sed gratia potius libertatem, & ut perseueret delectabilem perpetuitatem & insuperabilem fortitudinem. Quo autem modo ex hoc Dei proposito æterno infirma hominis voluntas hæc consequatur: an ex eo solum quod vocatur prout apta est sequi secundum suas affectiones, an dispositione & directione Dei insuperabili: quæ tamen nihil in homine sic directo ponit præter motus cordis, quales sunt etiam in alio, qui secundum hoc propositum non dirigitur: vel ex eo quod impediuntur cogitationes & motus animi, quibus impeditur, vel retardari posset vocatio, vel aliis modis ipse non vit solus. Attingit enim sapientia, secundum scripturam, à fine ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: ita ut liberè & contingenter, quamvis indeclinabiliter & inflexibiliter, semper sequatur voluntas. Huius autem propositi & diuinæ gubernationis habita consideratione, & non solum principij diuinitus immixsi, quo agimus nostram salutem, impossibile est quod duo similiter vocentur, & vnus vocationem sequatur & non alter. Qui enim sequitur, vocatur & dirigitur secundum æternum Dei propositum & directionem, alius autem non sic vocatur. Quid autem & an aliquid propositum necessarium requirit vel ponat hoc propositum in voluntate ante assensum, siue voluntatis determinationem in eo qui secundum ipsum vocatur, obscurum est: videtur tamen fieri posse per hoc quod impediuntur cogitationes, quæ sequelam possent impedire, vel per submisionem occasionum quæ ad eam conducant: manentibus iisdem in vtroque inspirationibus, per quas tamen is solus sequitur vocationem, qui secundum Dei propositum vocatur, & non alius propter impedimenta cogitationum alio rapientium. Ex quibus videtur quod in sequente vocationem, eiusdem vocationis modus quidam est, vel ablatio impedimenti, vel simile aliquid quod non est in alio, & plerumque ob eius culpam, vel negligentiam. Ex sola enim Dei ordinatione inspirationes vim quandam intentionalem accipere possunt, sicuti in simili declarat Cardinalis Caietanus in tertia parte, quæst. 13. art. 2. & quæst. 62. art. 9. Ad hoc autem Dei propositum refert B. August. quod ex baptizatis quidam ab ecclesia recedant, & alij maneant. Ait enim in lib. de bono perseueret. Ex duobus itaque paruulis originali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur, & ex

Luc. 18.

Cap. 28.

Inequalis affectus causa est quare vnus credit & euangelio obediunt, altero non credente nec obediens.

Sup. 8.

Cap. 8.

10. Rom. 2.

1. Cor. 4.

Rom. 11. et 9.

Humana voluntas potest resistere diuino instinctui, sed non potest impedire intentionem predestinantis Dei.

Cap. 46.

Rom. 2.

1. Cor. 4.

Matth. 25.

1. Cor. 4. Epist. 46.

& ex duobus ætate iam grandibus impijs, cur iste ita vocetur vt vocantem sequatur: ille autem aut non vocetur, aut non sic vocetur vt vocantem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei. Ex duobus pijs cur huic donetur perseverantia vsque ad finem, illi autem non donetur, inscrutabiliora sunt iudicia Dei. Illud tamen fidelibus debet esse certissimum hunc esse ex predestinatis, illum non esse. Nam si fuissent ex nobis, ait vnus predestinatorum, mansissent vtique nobiscum. Quid est quæso. Non erant ex nobis, nam si fuissent mansissent vtique nobiscum? Nonne vtique vocati erant & vocantē sequuntur, vtique ex impijs iustificati, & per lauacrum regenerationis vtique renouati? Sed si hoc audiret ille qui sciebat proculdubio quod dicebat, respondere posset & dicere, Vera sunt hæc: secundum hæc omnia ex nobis erant. Veruntamen secundum aliam quandam discretionem non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Quænam est tandem ista discretio? Patent libri Dei, non aduertamus aspectum. Clamat scriptura diuina, adhibeamus auditum. Non erant ex eis, quia non erant secundum propositum vocari, non erant in Christo electi ante constitutionem mundi, non erant in eo forme consecuti, non erant predestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur. Nam si hoc essent, ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent. Et quamuis per arbitrij diuinitus adiuti libertatem, nos ipsos determinando, credendo & penitendo, vocationem sequimur, altero similem negligente, non propterea nos discernimus, nec habemus quod gloriamur, nisi in Domino, qui voluntatem sic præparauit & præuenit, vt sequeremur: quæ admodum dicit B. Augustinus lib. 83. questionum, quæst. 8. Si, inquit, quispiam sibi tribuit quod veniat vocatus, non sibi potest tribuere quod vocatus est. Item cap. 34. de spiritu & litera, sibi istud objicit. Nam postquam dixerat consentire vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propria voluntatis esse: quæ res, inquit, non solum non infirmat quod dictum est, Quid enim habes quod non accepisti, verum etiam confirmat accipere quippe & habere anima non potest dona de quibus hoc audit, nisi consentiendo: ac per hoc quid habeat, & quid accipiat Dei est, accipere autem & habere vtique accipientis & habentis est. Ad primam autem huius discriminis causam respiciens addit, Si ad illam profunditatem scrutadam quisquam nos coarctet, cur illi ita suadeatur vt persuadeatur, illi autem non ita: Duo sola occurrunt interim quæ respondere mihi placeat. O altitudinem diuinitarum, & Nunquid iniquitas apud Deum? Cui responso ista displicet querat doctiores, sed caueat ne intueniat præsumptores. Et quia omnis diuersitas in consentiendo & negligendo ad ista quasi prima causa dependet, ideo in alijs libris, puta de gratia & libero arb. de corrept. & gratia: de bon. perseveran. & de predestinatione sanctorum ad hanc solam causam refert quod vnus discit & sequitur, à Deo doctus & vocatus, & non alius. Et quia vocationi consentire tantum pertinet ad libertatem arbitrij, si diuinitus est præparatum, ideo quod dogma Ecclesiasticum & sententiæ ex August. citatæ soli tribuunt arbitrio, solam voluntatis determinationem spectando, liber secundus de vocatione gentium cap. 9. tribuit etiam diuinæ gratiæ, sine qua non potest se determinare. Ait enim, Quod diuina excitatio à multis refutatur atque spernitur, ipsorum est nequitia: quod autem à multis suscipitur, est diuinæ gratiæ pariter & humanæ voluntatis. Potest quidem humana voluntas resistere diuino instinctui, sed non potest impedire intentionem prædestinantis Dei, quia corda hominum in manu Dei sunt, quocumque voluerit inclinabit ea, quamuis sese efficiant sola determinant: Certum quidem est obedientem admitti, inobedientem repelli: faceret tamen Deus ex rebellibus obedientes si veller. Dominus enim, inquit Ambrosius, quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit: vt citat B. Aug. lib. 1. de gratia Christi contra Pelag. & Cælest. Habet itaque qui inspirationes sequitur quod gloriatur, non in se, sed in Domino. Testantur enim scripturæ quod magna apud Deum erit gloria, magna laus homini operanti bonum. Reddet, inquit Apostolus, vnicuique secundum opera eius, ijs quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærentibus, vitam æternam: Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum. Item alio loco, Tunc laus erit vnicuique à Deo, quando veniet & illuminabit abscondita tenebrarum: Rursum in Euang. Saluator, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: Quod autē dicit Apostolus, Quis te discernit? propriè intelligitur non de perseverantia in bono, sed secundum B. Aug. de massa perditionis quæ facta est ex Adam. Ab hac enim dicit in epistola ad Valentinum solam Deū hominem discernere, vt eum faciat vas in honorem, non in contumeliam: vbi addit quod ij gloriantur quasi non acceperint, qui se à seipsis iustificari putant: ac per hoc in semetipsis, non

in Domino gloriantur: Est tamen à Domino eiusque gratia quod in bono perseveramus, quod in via virtutum progredimur, quod pie & sanctè viuimus. Ipse enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus, & ideo frequens est oratio in psalmis, Deduc me Domine in via tua, Quis deducet me in ciuitatem munitam? Et de hoc beneficio est gratiarum actio. Deduxisti sicut opus populum tuum. Item, Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Te nuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Et de Iacob patriarcha dicit Sapiēs. Iustum deduxit sapientia ver vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamen fortè dedit illi vt vinceret, & sciret quod omnium fortior est sapientia. Item, Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugij, vt saluum me facias: quoniam fortitudo & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces & enutries me. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: & quæ sequuntur. Propter quod dicit dogma ecclesiasticum, Vt non labamur in adepto salutis munere, sollicitudinis nostræ est & celestis pariter auxilij. Atque hinc est quod derelicti à Domino, statim habeant in suis adinventionibus. Propter quod beatus Augustinus lib. 2. confels. Quis hominum, inquit, suam cogitans infirmitatem, audet viribus suis tribuere castitatem atque innocentiam suam: vt minus amet te, quasi minus fuerit ei necessaria misericordia tua, donans peccata conuersis ad te? Gratia tuæ depuro & quæcumque non feci mala, Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facinus amauit. Omnia mihi dimissa esse fateor, & quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci: Et ideo qui vocatus à te secutus est vocem tuam, & vitauit ea quæ me de meipso recordantem & fatentem legit: non me derideat ab eo medico ægrum sanari, à quo sibi præstitum est vt non ægrotaret, vel potius vt minus ægrotaret. Et ideo te tantundem, imò verò amplius diligit, quia per quem me videt peccatorum meorum langrioribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus non implicari. Item libro 10. ca. 31. Qui, inquit, ebriosus non est, à te habet quod non est: sicut qui fuit, & iam non est, dono tuo habet quod non est. Rursus in homilia 23. tractans euangelium de Maria Magdalena. Nullum, inquit, est peccatum quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector à quo factus est homo. Et Paulò superius. Tu qui dicis te non multa commisisse, quare? quo regente? Deo gratias. Hic multa commisit, ille gubernante Deo pauca commisit. Cui deputat ille quod dimisit, huic deputat ille quod non commisit. Adulter non fuisti in vita tua præterita, nondum credens in illum, qui te nascetum regit. Hoc tibi dicit Deus tuus, Regebam te mihi, seruabam te mihi, vt adulterium non committeres, suator desuit, & vt suator deesset ego feci. Locus & tempus desuit, & vt hæc deesset, ego feci. Adfui suator, non desuit locus, non desuit tempus, vt non consentiret ego terrui. Agnosce ergo gratiam eius cui debes, & quod non admisisti. Et, quia non solum ad gloriam æternam elegit nos Deus, sed ad certum etiam gloriæ gradum & certam in cælis mansionem, ad hunc quasi scopum totam nostram vitam, omniaque opera & incrementa, eadem sua gratia disponit & gubernat. Nec tamen solum electos secundum æternum propositum sic regit & dirigit ad gratiam, verum etiam & eos, qui tantum ad tempus credunt, & bene viuunt, & facta tribulatione, atque in tempore tentationis recedunt, & pietatem relinquunt. Dei enim gratia est, & secundum eius propositum, quod saltem ad tempus bene viuunt, ad quod ipse eos ab æterno præparauit. In his enim quæ ad pietatem pertinent, non sumus sufficientes sine Dei gratia aliquid cogitare aut velle: non solum sine gratia, quæ est operis principium, sed nec voluntatis ad hæc opera determinatio sine peculiari ex Dei proposito dispositione. Ab æterno enim voluit saltem ad tempus eos habere amicos, filios, & hæredes. Ex quibus manifestum est, quod multi possunt venire ad Christum, peccata relinquere & vitare ac perseverare, qui tamen hæc non faciunt. Nemo, inquit Saluator, potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Et aptat Matth. Qui potest capere, capiat. Item Paulus Apostolus. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, & vt possitis resistere in die malo. Et postea, In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. In quibus scripturis clarissimè distinguuntur posse & facere, & vnum ab altero separatur. Quod autem plerumque huius potestatis, quasi sufficientis rationis veniendi & conuertendi liber, sit vsus etiam in respondendo, præue-

Ephe. 2.

Psal. 85.

Psal. 59.

107.

Psal. 76.

Psal. 72.

Sapient. 16.

Psal. 22.

Psal. 30.

Cap. 7.

Voluntatis deo terminatio ad opera pietatis non potest esse sine peculiari ex Dei proposito dispositione. Ioan. 9. Cap. 29. Ephe. 6.

præueniendo saltem efficacem Dei operationem, qua facit nostram cōuersionem, fidem & perseverantiam ex donis præcedentibus, diximus superius esse verisimilium. An verò hæc Deus operetur prius natura quam liberum arbitrium, alia ratione quam quia ipse operatur independentem, & voluntas in sua actione & agendi principio à Deo dependet, eadem videtur esse difficultas, quæ est circa quamlibet operationem causæ secundæ: & tractatur distinct. 22. pri. sentent. per multas quæstiones ab Andrea de Castro nouo: & à Gabriele Biel distinct. 37. 2. sentent. & distinct. 1. q. 2. item distinct. 45. 1. sentent. qui docent Deum non prius causare quam creatura eundem effectum: & Deum esse causam primam primatate perfectionis, illimitationis, & durationis secundum esse, non secundum causare: & ordinem causarum essentialium solum esse ordinem perfectionis, illimitationis, & necessitatis, quia necessariò causa prima requiritur. Docent etiam diuersas esse actiones Dei & creatura. Porro Gregorius de Arimino dicit Deum & creaturam æquè immediatè causare, & non Deum per creaturam, nec ea mediante, libro 1. sententiarum distinct. 45. quæstio. 1. concl. 5. Et secundum hanc opinionem voluntas humana nullo modo est instrumentum Dei in operibus pietatis, imò nec in ciuilibus: nec agentia naturalia: eo quòd æquè immediatè cum Deo ad eundem effectum concurrant: Nec secundum sententiam B. Thomæ voluntas ea ratione instrumentum est, qua instrumenta artis, quæ ab ea virtutem recipiunt per modum qualitatis aut intentionis, quando ad actionem assumuntur. Nam in causis naturalibus virtus naturam sequitur, & actionem præcedit. Propriam enim habent virtutem actiuam, peculiareque: habent effectus: quia tamen agunt in virtute causæ primæ propria actiuitate immanente, per quamdam participationem virtutis causæ superioris, modo quodam instrumenta dicuntur similiter & voluntas, non tamen propriè sicut instrumenta artis, quæ vim actiuam suscipiunt eo ipso quo assumuntur, & mouentur à principali agente. Et Cardinalis Caietanus 1. parte summæ art. 13. q. 14. respondens argumento Scoti probantis, quòd nulla possit esse libertas in creaturis, si Deus esset agens naturale & non liberum, distinct. 2. primi sentent. quæst. 2. & distinct. 39. quæst. 1. Item distinct. 8. quæst. 4. Causa, inquit Scotus, quæ mouet in quantum mota, si necessariò mouetur, necessariò mouet: sed omnis causa secunda necessariò mouet in quantum mota à prima, necessariò ergo mouet seu agit, ergo nulla datur causa contingens. Præterea causa prior prius naturaliter respicit effectum, quam causa posterior, ergo in illo priori prima causa dabit effectui necessitatem. Igitur in secundo instanti naturæ causa proxima non potest eidem dare contingentiam. Respondet priori rationi distinguendo maiorem, quæ habet, quòd causa quæ mouet in quantum mota, necessariò mouet, si necessariò mouetur. Nam si particula, in quantum mota ab alio, dicit causam præcisam, ita vt motio sit ei causa agendi, iam propositio illa implicat contradictionem in adiecto: quia si causa secunda est causa, non præcisè mouet, quia mota, sed etiam ex se aliquid confert. Et si solum quia mota mouet, nihil ex se confert, & sic non est causa: quod falsum est. Habent enim causæ secundæ, qualis est liberum arbitrium, sibi concreatam virtutes agendi citra omnem motionem. Si verò ea particula dicat concausam principalem, tamen falsum est quod assumitur, quoniam stat quòd necessariò moueatur, & non necessariò moueat, quia motio causæ prioris modificatur in causa secunda secundum motum ipsius causæ secundæ: quod prolixius ibidem declarat. Ad secundum autè argumentum respondet quòd illa prioritas non est vniuersaliter secundum aliquam quæsi durationem naturæ, vt in vno instanti naturæ effectus attingitur à causa prima, & in alio à secunda: sed est secundum independentiam & immediationem, virtutis immediatione, quia prior independentius & immediatius, immediatione virtutis: non suppositi attingit effectum, quam secunda, in eodem tamen instanti naturæ effectus ab vtraque attingitur.

*Vltima propositio.*  
Opera pietatis vt liberè sūt ei in quantum opera sunt per naturam virtutis liberi arbitrii finis: in quantum aut sunt pietatis opera, à gratia sunt.

Vltima propositio. Opera pietatis credere pœnitere, implere præcepta, & in bono perseverare sunt per naturam virtutis liberi arbitrii in quantum liberè sunt, & opera sunt, nec ab alio fieri possunt, nisi per naturam liberi arbitrii: A gratia verò, vt pietatis sunt opera: tamen vt sic, à libero arbitrio gratia informato effectiue sunt: non autem à sola gratia, quæ potius est ratio agendi, quam causa efficiens. Actiones enim sunt suppositiorum. Ex quibus omnibus manifestum est vt dicit frequentè B. Augustinus, quòd quæstio de libero voluntatis arbitrio & gratia sit difficillima, propterea quòd in alterius eorum defensione alterum auferri putetur, vt diximus supra, qui etiam scribit lib. 2. contra Iulianum Petilianum capite 44. Credebat enim ille quòd liberum tolleretur arbitrium legum coercionibus. Cui propterea respondit, Si tibi, inquit, proponam quæstionem.

Quo-

Quomodo Deus pater attrahat ad filium homines quos in libero dimisit arbitrio voluntatis eam difficile soluturus es, Quomodo enim attrahit si dimittit vt quis quòd voluerit eligat? & tamen vtrumque verum est, sed intellectu hoc penetrare pauci valent. Sicut ergo fieri potest vt quos in libero dimisit arbitrio, attrahat tamen ad filium pater: sic fieri potest vt ea quæ legum coercionibus admonentur, liberum non auferant arbitrium. Intellectum enim superat humanum quòd electi suæ relinquuntur libertati, vt peccare possint, & relinquere in bono perseverantiam: & tamen firmi ac immobiles permaneant inter perpetuos & grauissimos temptationum impetus, & demonum insidias, vt nullus eorum hæreditate ad quam sunt electi frustretur: Et inter eos qui electi non sunt secundum æternum Dei propositum, quamuis gratia Dei & libero arbitrio credere possint, pœnitere & perseverare: multi item conuertantur atque in filios & hæredes Dei suscipiantur, nullus tamen eorum perseueret, sed tandem finaliter in peccatis moriatur, & vita frustretur æterna. Nam dicit B. Augustinus in responsione ad duodecimum articulum sibi falsò impositum, quòd prædestinatio facit, vt ex filiis diaboli fiant filij Dei, & ex templo demonum, templa spiritus sancti: quia ipse alligat fortem, & vasa eius rapit, eruens ea de potestate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriam: Hi autem de quibus dicitur, Ex nobis exierunt: sed non fuerunt ex nobis: voluntate exierunt, voluntate ceciderunt: & quia præcisi sunt casuri, non sunt prædestinati: essent autem prædestinati si essent reuersuri, & in sanctitate ac veritate mansuri: Ac per hoc prædestinatio multis est causa standi, nemini labendi. Est enim prædestinatio efficax ordinatio & directio electorum per media congrua ad salutem æternam.

*Quid prædestinatio.*

Ex propositionibus iam dictis manifestum est quòd gratia perficit & roborat, non autem tollit arbitrii libertatem. Ponendæ sunt nunc aliæ propositiones, quibus declaratur quòd similiter perficit, erigit & diuinas facit vires intellectus, voluntatis & liberi arbitrii, in quibus simul apparebit eius cum istis concordia.

Prima propositio. Quemadmodum intellectus ex lumine naturæ concreateo verum naturale ex sensibilibus cognoscere potest, & voluntas bonum naturæ cōueniens amare & amplecti: simili modo intellectus per donum fidei, prophetiæ, & discretionis spirituum, veritates supernaturales & Dei mysteria cognoscere potest, & voluntas eis affici velle, amare & prosequi ex dono supernaturaliter ei dato. Idè est enim intellectus, cuius virtute omnia cognoscimus, & eadem voluntas qua vniuersa amamus: sed fidei mysteria cognoscitur naturali eius virtute diuinitus adiuta, & amatur voluntate à Deo preparata.

*Prima.*

Secunda. Intellectus ex principiis fidei argumentando & inuestigando procedere potest in nouas conclusiones, etiam à principiis multum distantes: sicut ex principiis naturaliter notis ad conclusiones, vsque ad naturæ abditissimas.

*Secunda.*

Tertia propositio. Cum finis in operabilibus se habeat sicut in speculabilibus principium, amor finis in rebus fidei imperare potest mediocriter inquisitionem, & quòd sit cōuenientissimum disquirere, quòdque commodissimum iudicauerit, eligere. Nam sicut gratia non destruit naturam liberi arbitrii, ita nec causalitatem, efficietiam & efficaciam impedit, nec obsistit: sed nobiliorum facit, & ad ordinem superiorem erigit. Et verisimile est non esse hic opus alio auxilio speciali, in his discursibus & effectuum horum productione, sicut nec in operibus naturæ nouo auxilio naturali. Supposito namque auxilio circa seminum operum pietatis conseruationem eadem videtur esse actiuitas sicut & libertas, circa ea quæ sunt pietatis, quæ est in naturalibus & ciuilibus.

*Tertia.*

*Gratia nõ de se destruit naturam liberi arbitrii, nec eius causalitatem & efficietiam impedit.*

Quarta propositio. Opus externum pietatis suo imperio facit voluntas efficax sine alio gratiæ concursu. Quapropter Deus operatur velle, perficere, & omne opus bonum, sed dissimiliter. Velle enim in nobis operatur, hoc est primum bene operandi affectum immediatè sine nobis, hoc est sine nostra vt velimus cooperatione: cum autem sic volumus vt faciamus, nobiscum cooperatur: non immediatè potentiam cooperatiuam siue executiuam inclinando, vel opus externum producendo, sed per medium solum bonæ voluntatis. Declarans enim B. Augustinus lib. de gratia & lib. arbit. quomodo operetur perficere siue opus bonum, Certum est, inquit, cap. 16. nos mandata seruare si volumus: sed quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum est vt tantum velimus, quantum sufficit vt volendo satisfaciamus. Et paucis interpositis. Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit vt faciamus, præbens vires efficacissimas voluntati qui dixit, Faciã vt in iustificationibus meis ambuletis: qui & similes habet sententias cap. 15. & 35. de spiritu & litera. Nam voluntas efficax & imperans opus causa est eius, & semper sequitur effectus remoto impedimento, vt docet Aristoteles lib. 7. Ethicorum, & commentator

*Quarta.*

*Cap. 17.*

*Ezech. 12.*

in 8. lib. Physicorum. Non enim fieri potest, ut efficaciter volens ambulare non ambulet, si liber est, & non impeditus. Et qui pauperi vult dare elemosynam, si adest pauper & diuitia, non potest non dare elemosynam: opus enim imperatum, etiam in his quæ sunt pietatis, naturaliter sequitur voluntatis imperium. Et ideo B. Thomas 2. quæst. iii. art. 2. Actus inquit, exterior in his quæ pietatis sunt attribuitur voluntati à qua imperatur: ad ipsum autem adiuvat nos Deus, interius voluntatem confirmando & custodiendo, ut ad actum perueniat: & exterius facultatem operandi præbendo, per impedimentorum scilicet ablationem. Nam interna facultas operandi est voluntatis efficacia. Sicut igitur aliter à voluntate procedit velle, aliter operari, videlicet solum mediante velle: ita dissimiliter à Deo utrunq; proficitur, nec gratiam nouam potentia executiua inclinatiua exigat operari, cum sufficienter eam determinet & inclinet ipsa voluntas.

Quinta.

Quinta. Quilibet actus imperatus siue fuerit intellectus, siue voluntatis vel alterius potentia rationi subiecta, necessario & naturaliter sequitur voluntatis imperium ex amore finis & cognitione medijs ad illum necessarijs: & si plura sunt media vtilia post inquisitionem, liberè eligit medium sibi magis conueniens: & hoc totum virtute amoris, cognitionis & discursus, cum sola gratia horum conseruatiua & directiua, à Deo videlicet ut causa prima in ordine gratiarum & patre misericordiarum concurrente. Ex sola enim voluntate finis sunt huiusmodi progressiones in intellectu & voluntate ad conclusiones, & media ad finem ordinata. Cui enim Deus suggestit sui status periculosi cogitatum, simul & suppliciorum gehennæ, quodq; multipliciter ea est meritus: & per hanc cogitationem odium vitæ suæ & terrorem gehennæ, & terrorem inquitur etiam voluntatē se eripiendi ab his malis: ex hac voluntate quasi naturaliter hinc quærit media per quæ eripiatur ab his malis: & intelligens quod oporteat se recolligere in amaritudine animæ, ut peccata sua sacerdoti confiteatur, necessario hæc media eligit, & cū animi dolore peccata sua sacerdoti confitetur. Operatur autem hæc omnia peccator Dei gratia preuentus: operatur ea in nobis & Deus, sed per sua dona custodiens, confortans, & vires præbens primæ voluntati ab ipso nobis inspiratæ. Non enim tollit, ut diximus, gratia efficaciam causarum, quam habent ex ordine potentiarum, nec naturalem ad suas causas sequelam: sed magis eam statuit & confirmat. Nam, ut diximus, sicut in Physicis, ita ex his quæ fidei sunt argumentatur ad conclusiones, quibus & fide ex principijs assentimur: & hoc sine noua gratia intellectum ad earum assensum inclinante. Ex assensu enim præmissarum naturaliter sequitur assensus conclusionum, ut in practicis & speculatiuis, ita in veritatibus fidei. Ex quibus patet, quod potestas cognoscendi, amandi, & operandi salutaria in nobis est, à Deo tamen præuentis affectu & amore salutis, qua vti possumus si velimus, possumus & negligere. An verò bonus cogitatus bonaq; voluntas, quibus sine nostra cooperatione à Deo præuenimur & præparamur, per solum liberum arbitrium ad tempus saltem conseruari, continuari, & custodiri possint, sub Deo tanquam generali causa, hinc requiri possent. Quod enim per ipsum continuari possint & conseruari, sicut & negligi atque contemni, certum est. Possent hinc etiam inquiri, An sicut ex bona voluntate tanquam semine ac principio, ad alios voluntatis actus, & mediorum electionem progredi possumus, sine alio auxilio gratuito præter generale, quo Deus cooperatur donis suis, ad opus progredi possumus. Sed magna ex parte ex præcedentibus facile innotescere possunt. Nam fidelis credere potest Christum pro nobis esse passum quando vult: & homo iustus in operibus pietatis exercitatus, pauperi occurrenti elemosynam dare potest, ex fide & charitate fratris ob Dei amorē: sicut ex naturali pietate, & quia honestū est, hoc facere potest peccator, imò & ethnicus. Pro quo sit sexta propositio.

Sexta.

Fidelis in lumine fidei diuinitus accepto potest cogitare, cognoscere & credere ea quæ sunt fidei: ut quod Christus est propitiator noster in sanguine suo apud patrem: sicut physicus in lumine naturalis rationis cognoscit, quod cælum & terra sunt figuræ sphericæ. Nec requiritur alius Dei concursus, quam conseruatio luminis, & eius tanquam causa vniuersalis in ordine gratiarum cooperatio per hoc lumen & liberum arbitrium: sicut cooperatur ad cognitionem physicam per lumē naturale. Nam posito operis principio sufficiente cognoscendi vel credendi, hoc est spiritu fidei, possumus eo vti quando volumus. Et concursus Dei cum principio operis gratuiti & supernaturalis ad effectum supernaturalem, omnēque opus salutis gratia siue auxilium speciale dicitur, sine quo fidelis non potest credere, nec iustus bene operari. Nam dicit B. August. de spiritu & litera quòd in

Cap. 31. &amp; sequentibus.

quòd in nostra potestate est credere, & non credere quando credimus: sicut cognoscere aliam veritatem naturalem. Homo enim fidelis potest credere & cogitare Deum trinum quando vult, nec opus est ibi motione aliqua speciali: & similiter operari opera salutis. Eger tamen ad perseverandum auxilio Dei protegente & defendente.

Septima. Homo nondum fidelis, sed sufficienter instructus, voluntate per ipsum affectum à Domino præparata, potest velle credere sine alio auxilio prius natura voluntatem flecente quam credere velit, & informationi acquiescendo ad credendum se determinare, potest & eligere ut relinquat infidelitatis errores. Voluntate enim à Domino præparata in hac gratia omnia possumus, & nobis sufficientia est cogitandi, credendi, & faciendi opera pietatis. Non enim spiritus fidei & charitatis minus sufficiens est, aut minus potens suos fructus operari, fidei scilicet & charitatis ac naturæ diuinæ opera, quam spiritus naturalis, puta rationalis anima opera vitæ naturalis. Eadem namq; in iustus est potentia operandi propinqua, quæ erat in Adam ante peccatum. Et ideo eadem operari possunt: quamuis propter infirmitatem & ignorantiam, ad perseverandum indigeant speciali auxilio protegente, & dirigente, ut dicit B. Thomas art. supra citato: quo tamen auxilio posito, non alio principio operantur quæ sunt pietatis quam per gratiā quasi habitalem siue spiritum inhabitantem, per quem non tam nos quam Christus in nobis, & per nos operatur. Quare hinc nihil tribuitur libero arbitrio quod est pietatis, sed solum quod liberè agat & velit, quodq; principium sit huiusmodi operis ut opus est. Per virtutem autem & gratiam diuinam ita operatur ea quæ sunt salutis, sicut ea quæ sunt naturæ & morum per suam naturam. Hæc videtur esse sententia B. Thomæ in articulis 8. 6. & 10. supra allegatis: quæ tamen omnia dicta esse velim sine vlla assertionem, ut diligentioris inuestigationis detur occasio.

EX quibus manifesta sit responsio non solum ad difficultates ante conclusiones & circa vndecimam conclusionem propositas, sed etiam ad alias multas quæ hic moueri possunt. Primò enim patet quòd non est opus noua gratia vel auxilio in vti gratiæ ad credendum, poenitentium, piè operandum, vel perseverandum sufficientis, quod scilicet auxilium se habeat ex parte hominis excitati vel inspirati. & quod sit operis principium vel ipsum præcedat. Non enim necessaria est alia inspiratio vel motio, ut habet quarta propositio: necessaria tamen est Dei cooperatio ut authoris gratiarum. Et videtur probabilis quòd sicut ex semine producitur arbor quæ sua virute profert fructus, ita ex semine verbi Dei (si corde bono suscipitur) peccator se disponere potest, ut à Deo iustificetur, non virtute seminis, quod non ita virtualiter continet iustificantem gratiam, sicut semen arboris ipsius formam quæ è potentia materiæ educitur, quem gratia creetur. Propter quod ad gratiam iustificantem semen quod est verbum Dei potius se habet sicut semen hominis ad hominem qui ex eo producitur. Istud docere videtur B. Petrus Apost. cum ait, Renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbū Dei viuī, & permanentis in æternum: &, Sicut modò geniti infantes lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Item: Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Rursus ca. vlt. Ioan. Omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum: vbi & causam perseverantiæ filiorum Dei docet: Et iustificatus per spiritum charitatis operari potest vitæ spiritualis opera cum sola Dei cooperatione, sine alio auxilio quod operationem præcedat: quamuis in eis perseverare non possit, nisi adiuuetur nouo & speciali Dei dono. Nam iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem: de quo circa propositionem octauam.

Secundò patet quòd non omnis gratia dans posse credere, posse conuerti, posse bene operari & perseverare, facit hæc opera. Nam iustus auxilium habet quo resistere potest peccato, & quando peccat perseverare, & multa pietatis opera facere quæ non facit. Absurdum enim est dicere omnia opera eum facere quæ facere potest, quodque alia non possit facere quam quæ facit, nec magis crescere, Nam ex gratia oblata, imò & præsentem multi credere possunt, qui ob huius seculi affectum non credunt, de quo in fine decimæ propositionis. An verò omnis gratia interior siue auxilium vel qualibet suo aut inspiratio sufficiat ad opus ad quod primò & immediatè conceditur: an ex ea liberum arbitrium istud efficere possit sola Dei cooperatione concurrente, dubitari fortassis possit: certum tamen est quòd ad illud, saltem per orationem à Deo impetrandum sufficiat. Qui enim fidei habet initia impetrare potest legis impletionem & perseverantiam. Ait enim Beatus Augustinus de gratia & libero arbitrio, capite 16.

Magnum aliquid Pelagiani se scire putant quando dicunt, Non iuberet Deus quod scire ab homine non posse fieri, Quis hoc nesciat? Sed ideo iuberet aliqua que non possumus, ut non uerimus quid ab illo petere debeamus. Ipsa est enim fides que oratio impetrat quod lex imperat, Certum est nos mandata seruare si volumus: sed quia preparatur voluntas a Domino, ab illo petendum est ut tantum uelimus, quantum sufficit ut uolendo faciamus: ubi ostendit non quamlibet bonam voluntatem, que tamen magna gratia est sufficere ad legis impletionem. Idem dicit cap. 11. & 12. lib. de correptione, & gratia. Iustus itaque post lapsum habet adiutorium per quod ad tempus perseverare potest si velit, si tamen non perseverat adiutorium, non habet quo hoc velit. Adam vero pro toto uite tempore perseverare poterat, in quo adiutorio Adæ dato & multis iustus est discriminatus. Manifestum est præterea quod inter duos similiter (quantum ad illuminationes & inspirationes, & alia, excepta tamen gratia prædestinationis) affectos, potest fieri quod unus poeniteat & perseveret, & non alius. Vti etiam possumus habitibus, fide, spe, charitate, cæterisque virtutibus, si uoluntas his uti velit, sicut aliis habitibus virtutum moralium & scientiarum naturalium; quamuis ut eis uti uelimus Deus operetur gratuita sua motione abfque consilio & de liberatione eius, præuim quendam cogitatum immitrens, aut motum ad bonum, quo uoluntas reducatur aut ex ocio in actum, aut ex uana seu inutili cogitatione in uoluntatem salutarem, qua sese ex ratione & ex uirtute accepta applicet ac moueat ad operandum. Non enim se mouere potest ad actum salutarem, nisi prius diuinitus moueatur, sicut & moueri debet ad primos actus naturales.

TRACTANTUR circa hanc materiam gratiæ & liberi arbitrii & aliarum questionum. Imprius ad libertatem arbitrii re & non nomine solum defendendam necessarium sit omnibus dari gratiam, siue æqualem siue diuersam, qua credere possint, conuerti, & bonum operari. Deinde an illa gratia data alij per naturam & vim arbitrii uentur, alij eam rejiciant. Postremo an discretio saluandorum a damnandis, bonorum a malis, & imperfectorum, a perfectis soli gratiæ tribuenda sit & uoluntati diuinæ, an potius libero arbitrio, diuersitati meritorum, aut bono usus gratiæ.

Ad harum questionum primam respondendum est, quod circa opera ciuilia & naturalia, arbitrium gratia destitutum liberum manet in eligendo & resutando: sed ad eligenda ea que sunt pietatis & religionis Christianæ (si sic destitutum est ut gratiam nec pro tunc habeat nec habere possit) non manet liber arbitrii usus, nec locum in illis habet libera hominis electio, quam diu gratia destituitur: maxime si sine culpa propria sic destituitur: non enim liberum circa illa est arbitrium in quibus nullum uel solum determinatum potest esse iudicium: & electio (quæ est proprius liberi arbitrii actus) eorum dumtaxat est quæ in nostra sunt potestate. Quod ergo naturam superat & cognoscendi, & eligendi facultatem in electionem cadere non potest, nec in uoluntatis libertatem. Si igitur deest gratia qua opus est ut ad Deum cor conuerti possit, non potest pro tunc ad Deum conuerti, & necessario non conuertitur, & per consequens non liberè: Quemadmodum si necessario conuertitur ad Deum (sicut sancti angeli) non conuertitur liberè: Intellego autem, ut dixi, si gratia sic deest, ut nec pro tunc impetrari possit, quo casu nec peccatum est, quod quis non conuertitur: sicuti peccatum non est, quod non credit, qui non habens a quo euangelium audiat, credere non potest: Quapropter necessario & non liberè non credit, quum non sit in eius potestate ut credat: Est tamen huiusmodi incredulitas poena peccati, eod quod talis diuini orationis ignorantia consequuta est peccatum primi parentis: ut dicit Beatus Thomas 22. quæst. 10. artic. 1. post Beatum Augustinum. Liberum tamen ei manet nolle credere, repugnare & negligere euangelij prædicationem propter quod id peccatum est. Et motus primo primi ad illi ceta, quales sunt affectiones inuidiæ, odij, libidinis, & in oratione distractiones propter impotentiam uitandi, non sunt liberi, neque peccata, imputabiles: quemadmodum nec ea que ex ignorantia inuincibili committuntur, de quibus & impotentia eadem est ratio.

Hanc doctrinam uiderit tradere Beatus Augustinus in expositione quartam propositionem ex epistola ad Romanos. Obduratum est, inquit, cor Pharaonis, ut tam euidentibus signis non moueretur. Quod ergo tunc Pharo non obtemperabat præceptis Dei de supplicio ueniebat: non ergo hoc illi imputatur quod tunc non obtemperauit: quando quidem obdurato corde obtemperare non poterat: sed quia dignum se præbuit cui cor obduraretur priori infidelitate. Item libro tertio, de libero arbitrio, cap. 18. & sequentibus. Non tibi deputatur ad culpam, inquit, quod inuitus ignoras, neque illud quod vulnerata membra non colligis, sed quod uolentem sanare contemnis. Et post

Inter adiutorium datum Adæ, & adiutorium datum multis aliis iustus est discriminatus.

Non est libertas arbitrii ubi nullum aut solum determinatum est iudicium.

Obduratio Pharaoni imputatur quod dignum se præbuit cui cor obduraretur: non autem quod non abieperat.

paucis

paucis, Nam illud quod ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè uolens facere non potest: ideo dicuntur peccata, quia de peccato illo libera uoluntatis originem ducunt: non proprie quod libera uoluntate & ab sciente committantur.

Hæc confirmantur expressa sententia Saluatoris Ioannis 15. cap. Vbi ait Saluator, Si non uenissim & locutus fuissim eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo: Et si opera non fecissim in eis quæ nemo alius fecit peccatum non haberent. Quæ uerba explicans B. Augustinus in comment. super eundem locum, Magnum uidelicet illud peccatum, inquit, non haberent, quod in eum loquentem & operantem non crediderunt. Similiter in epist. ad Sixtum eadem interpretatur & addit, Inexcusabilis est omnis peccator, uel reatu originis, uel additamento etiam propriæ uoluntatis: quia & ipsa ignorantia in eis qui credere noluerunt sine dubitatione peccatum est, in eis autem qui non potuerunt, poena peccati: propter quod scilicet damnantur. Ergo in utrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Item lib. quæstionum noui & uet. testamenti, quæst. 7. Ille ignorans excusari potest, inquit, qui a quo disceret non inuenit: non illi qui habent a quo discant. Et lib. de gratia & lib. arbit. Aliud est nescisse, aliud scire noluisse. Uoluntas quippe in eo arguitur, de quo dicitur, Nolut intelligere ut bene ageret. Sed & illa ignorantia quæ non est eorum qui scire uolunt, sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, neminem sic excusat, ut sempiterno igne non ardeat, si propterea non credit, quia non audiuit omnino quod crederet, sed fortassis ut mitius ardeat, propter peccatum originale, a quo sine fide Christi nemo liberari potest: ac per hoc qui non audierunt, ita iudicabuntur, ut pereant. Item lib. 4. de Baptismo contra Donatist. docet articulum necessitatis, in quo baptisma sumi non potest, a peccato excusare. Sumus autem hic loquuti de conuersione peccatoris ad Deum, quæ naturalis hominis facultatem superat: de hac enim sola agitur. Et diximus hominem non peccare, si ob gratiæ defectum & impotentiam non conuertatur, si defectus gratiæ, sine qua conuerti non potest, a propria eius uoluntate non descendat. Idem autem est iudicium de uniuersis operibus, quæ sunt supra hominis facultatem, qualia sunt, credere Euangelio, super omnia Deum patrem misericordiarum diligere, in eo sperare, & similia, quorum omisio non est peccatum, quando præter nostram culpam non sunt in nostra potestate. Sed aliud est de operibus, quæ ex suo genere naturæ nostræ vires non excedunt, nisi propter infirmitatem ex peccato proprio uel Adæ secutam, & gratiæ defectum. Hæc enim singula, quamuis sumus infirmi, & gratia destituti, in nostra sunt potestate. Nemo enim est qui non potest nolle & etiam uitare homicidium, & quodlibet aliud peccatum etiam ueniale. Nam nulla passio, nulla mortis formido inducere potest necessitatem ipsam sequendi, ut non maneat in nostra potestate ipsum uelle & nolle, quamdiu non absorbeatur, sed liberum manet iudicium rationis, ut docet B. Augustinus quæst. 24. super Leuit. & cap. 31. de spiritu & lite. & B. Thome quæst. 10. 12. art. 3. & mate. 3. de malo q. 10. Ostendit enim quod nec ab obiecto, nec a passione appetitus inferioris, nec a Deo de necessitate mouetur, & ex consequenti a nullo. Necessitas igitur peccandi, quæ ex nostra est infirmitate opponitur inenitabili quod ad uniuersa, non quod ad singula, nec est ad aliquod peccatum in specie committendum. In priori autem operum genere defectus siue impotentia naturam sequitur, ut proprietates naturalis, accedit tamen potentia, si a Deo præparetur, & ad superiorem ordinem transferatur. Et ideo locum in eis habet proprie omisio, quamuis concurrere etiam possit respondens commissio, ut nolle conuerti. In secundo genere est natura infirmitas siue impotentia secundum quod deficit a perfectione, in qua est a Deo instituta, manente tamen libero arbitrio uitandi singula peccata, & ea odiendi. Propter quod in hoc operum genere defectus gratiæ & impotentia, quæ ad singula uitanda non est a peccato, excusare non potest, sicut nec libertatem tollit uoluntatis: Quamuis impotentia credendi, uel se conuertendi, si nullo modo est uoluntaria propria uoluntate semper excuset. Quocirca peccata quæ non immerito secundum Augustinum dicuntur non uoluntaria, quia uel a nescientibus, uel a coactis, hoc est concupiscentia uictis perpetrantur, & ex quadam necessitate, non omni modo possunt sine uoluntate committi: ut docet idem Augustinus libro primo retract. Quoniam inquit & ille qui peccat ignorans, uoluntate utique facit, quod cum faciendum non sit, putat esse faciendum. Et ille qui concupiscente aduersus spiritum carne non ea quæ uult facit, concupiscit quidem uolens, & in eo non facit quod uult: sed si vincitur, concupiscentiæ consentit uolens, & in eo non facit, nisi quod uult. Item lib. 3. de libero arbitrio. Illud quod ignorans quisque non rectè facit,

Cap. 12.

Psalm. 35.

Cap. 22.

Cap. 134.

& quod rectè volens facere non potest, peccatum dicitur non propriè, sed secundū tropum, quia de peccato illo liberæ voluntatis originem ducit. Nō tibi deputatur ad culpā quod inuitus ignoras: sed quod negligis quærere quod ignoras. Id quod repetit lib. 1. retract. cap. 15.

Duplex impotentia in homine.

Ad horum intelligentiam consideranda est distinctio impotentie. Quædā enim contrahitur ex culpa Adæ, quæ in baptizatis nec imputatur ad pœnam vel culpā, nec ea quæ ex ipsis sequuntur sine negligentia & consensione voluntatis. Alia est quæ propriam sequitur voluntatem, Et hæc considerari potest antequam per pœnitentiam purgata fuerit culpa voluntatis quam sequuta est, & postquam per pœnitentiam fuerit purgata, vel saltem per contrariam voluntatem interrupta. Sicut enim concupiscentia per baptismum desit esse culpa, maliq̄ affectus concupiscenti nec peccata sunt, nec imputantur, nisi propria voluntatis accessu, ita similiter impotentia & ignorantia quæ ex peccato Adæ contrahuntur; & quæcumque opera ex eis sequuntur sine consensione voluntatis, non possunt esse peccata, nec etiam destitutio à gratia Dei: & ideo improbabiliter docet Gregorius de Arimino distinct. 28. 2. q. 1. in solutione 3. argumenti principalis, & quaest. 2. in solutione vltimi, quod impotentia bene agendi & ignorantia, quæ sunt pœnæ peccati, à peccato non excusant, si non agat homo quod debet, aut agat quod non debet: quodq̄; nec secundum præsentem statum naturæ lapsæ, omnis homo est ex se impotens ad bene agendum & ignorans, propter culpam saltem originalem: & ideo impotentia quæ defectum gratiæ sequitur, & ignorantia etiam inuincibilis non excusat. Est inquam hoc improbabile: Soli enim peccato originali proprium est, quod ad ipsum sufficit voluntas aliena. Nullum, inquit, B. August. potest esse peccatum propria vitæ sine propria voluntate, lib. 1. de peccatorum remis. Et negat esse peccatum, si non per voluntatem qua committitur possit vitari. Rursum de corrept. & gratia docens differentiam inter primum hominem & nos, dicit quod si ille non accepisset quo posset perseverare, non fuisset in eo peccatum: In nobis autem est peccati pœna: non audeo dicere quod sic peccatum: fuisset tamen in Adam peccatum, si non recurrisset ad Deum qui poterat, & qui paratus erat dare perseverantiam, sicut est in nobis. Et propterea (sicut dicit idem beatus August.) non tibi deputatur ad culpam quod inuitus ignoras, sed quod negligis: sic nec ei imputatum fuisset quod non perseverasset, sed quod sollicitus non fuisset hoc à Domino petere. Idem enim iudicium est quantum ad istud de Adam & de nobis: Accepisset tamen ille facultatem cauendi peccatum per quod à perseverantia lapsus est.

Cap. 25.

Cap. 11.

Potuisset enim non comedere de fructu vitæ: quamuis posse perseverare non accepisset. Ex quibus sequitur quod qui gratia destituuntur, & ideo non credunt nec pœnitent, nec ad Deum conuertuntur, non possunt hæc à Deo ad peccatum imputari, cum in eorum potestate aut facultate non sint: nec destitutio, nec quod ex ea committitur vel omittitur sine voluntatis consensione. Quod autem dicit Hugo de sancto Victore, lib. 1. de sacramentis parte 7. quod non potest excusare illa necessitas quam operata est prior voluntas. Culpam enim voluntariam, inquit, pœnam meuit: pœna autem operata est infirmitatem, infirmitas induxit necessitatem: & quia necessitatem operata est voluntas, ipsam voluntatem non potest excusare necessitas: intelligit necessitatem peccandi, quæ est inuitabilitas vniuersorum peccatorum, hoc est, necessitas peccandi in genere: non autem intelligit necessitatem quæ opponitur euitabilitati singulorum. Nullum enim datur peccatum quod non potuerit homo præcauisse inuitendo etiam regulari assistentiæ diuinæ. Nam idē venerabilis Hugo, lib. 2. de sacramentis parte 14. probans totum meritū & demeritum apud voluntatē residere, inter alia dicit. Quando non potest homo si vult, propter voluntatem impossibilitatem non imputatur: si autem non vult, propter impossibilitatem voluntas non excusatur. Et B. Aug. lib. 1. de ciuit. Dei, Si illa, inquit, concupiscentialis inobedientia, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem quasi lege sua mouetur: quanto magis absq̄; culpa est in corpore non consentientis, si absq̄; culpa est in corpore dormientis? Item quod dicit B. Anselmus in lib.

Cap. 23.

Cap. 6.

Cap. 25.

Cap. 23.

Deus homo, Sicut, inquit, culpa est homini non habere potestatem illam quam accepit, vt possit cauere peccatum, sic culpa est illi habere impotentiam, per quam nec iustitiam tenere & peccatum cauere, nec quod pro peccato debet reddere potest, intelligit impotentiam manere peccatum, quamdiu debitū habendi potestatem remissum aut solutum non fuerit: quemadmodū actus exterior etiā necessariò continuatur, vt descendere in aquam vnde submergetur, vel suffocari strangulo cui se alligauit, manet culpa quamdiu pœnitentia voluntatis culpam non excusserit. Debitum autem habendæ potestatis qua omnia

& fin.

& singula peccata vitare possemus sacro regenerationis lauacro remittitur, & ideo impotentia non manet peccatum. Est præterea circa prædicta considerandum quod sicuti apud Aristotelem li. 3. Ethicorum aliud est ex ignorantia aliquid facere, aliud ignorantē, ita diuersa sunt agere ex impotentia, aliud agere impotentem. Ex ignorantia quispe operatur, qui non operaretur si adesset scientia: & ex impotentia nō operatur vel cessat, qui si potentia adesset operaretur & non cessaret. Ex impotentia operatur qui exclamat, Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Igitur mente seruiū legi Dei, carne autem legi peccati. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi malum illud facio: Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

Aliud est ex ignorantia operari, aliud operari ignorantem, Rom. 7.

Procedunt autem ea quæ diximus ex hac suppositione, quod homo destituitur sine propria culpa gratia, quæ necessaria est ad conuersionem & pœnitentiam. Nam Deū paratum esse omnibus dare gratiam, & per solam nostram culpam impediri post patrum sententias quas citabimus, videtur docere b. Thomas lib. 3. contra gent. & post eum plurimi doctores scholastici, docentes quod Deus facienti quod in se est, semper apponit gratiam. Quum sit, inquit b. Thomas, in potestate liberi arbitrii impedire gratiæ receptionem vel non impedire, non immeritò in culpam imputatur ei qui impedimentum præstat receptioni gratiæ. Deus enim quantum in se est, paratus est omnibus gratiā dare. Nam vult omnes homines saluos fieri & ad cognitionem veritatis venire. Sed illi soli gratia priuantur qui in seipsis gratiæ impedimentum præstant: sicuti sole mundum illuminante in culpam imputatur ei qui oculos claudit, si ex hoc aliquid malum sequatur, licet videre non possit nisi lumine solis præueniatur. Vbi Franciscus Ferrariensis in comment. Nullus est, inquit, qui à Deo non moueatur ad bonum & gratiæ preparationem, iuxta illud Apocal. Ego sto ad ostium & pulso. Et omnibus hoc auxilium impendit, quamuis non sic auxilium gratiæ iustificantis: quod etiam latissimè deducit venerabilis magister noster Dominicus de Soto, lib. 1. de natura & gratia ca. 15. & 18. Et sanctus martyris ac doctor Ioan. Episcopus Rossensis circa articulum 36. qui est de li. arbitrio. Et quia hoc proponitur in prima quæst. ideo super isto, saluo aliorum iudicio, dicam quod mihi videtur sine aliqua diffinitione. Nam scripturæ hic contrariæ videntur, & patrum, imò & scholasticorum sententiæ. Admodum perplexa est, obscura & sublimis huius mysterii cognitio, sicut & terria quæstionis. Pendet enim ab inuicem hæ quæstiones. Mihi quidem certū est non omnibus & singulis semper adesse huiusmodi auxilium quo opus est vt conuertatur aut conuerti possit peccator, & hanc esse sententiam beati Augustini. Nam huiusmodi effectus vocationis suæ non semper in quolibet peccatore operatur Deus: aliquando tamen & secundum temporum vicissitudines omnibus adesse, à multis sanctis doctoribus piè creditur: quamuis ex scripturis nec hoc, nec contrarium efficaciter probari possit, neutrumq̄; eis manifestè aduersetur. Et ideo nullum esse fidei periculum si secundum hanc pietatem de Deo sentiamus, de quo latius sumus loquuturi.

Cap. 159.

Cap. 3.

De natura et gratia ca. 28. & 9. li. 2. contra duas epi. Pelagianorum lib. 4. contra Iulian. cap. 8. & epist. ad Vitalem.

Non omnibus per æqualem gratiā adest Deus.

Cap. 8.

Cap. 7.

Epist. 107.

Cap. 8.

De prædestinatione sanctorum, cap. 19. Sep. 4.

Quod autem omnibus per æqualem gratiam adsit Deus, improbable est & scripturis aduersatur. Plerumque enim secundum altitudinem inscrutabilis iudicii nobis oculi indignis dat auxilia superabundantia, quæ aliis æquè vel minus indignis negat: quod fieri in paruulis & adultis scribit & sentit beatus Augustinus lib. 4. contra Iulianum, & contra duas epistolæ Pelagii, lib. 2. Item in epistola ad Vitalem, & de prædestinatione sanctorum. Et populo Iudæorum dedit Deus signa & virtutes ex quibus non erat crediturus, Tyriis autem & Sydoniis qui ex eis (teste Salvatore) fuissent in melius etiam vitam commutari non dedit. Item Ioannes inter matris viscera Spiritu sancto repletur & exultat: Hieremias in vtero sanctificatur. Et beatus Paulus persequens ecclesiam in terram prosternitur & illuminatur. Et quosdam rapit Deus ne malitia intellectū mutet, aut fidei decipiat animam. Placita enim (inquit Sapiens) erit Deo anima illius, & propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Non omnibus hanc misericordiam & gratiam facit Dominus, nec æqualiter omnes expectat, locū & tempus pœnitentiæ eis relinquens: quod apertè docere videtur Dominus Lucæ 13. cap. in Galilæis, quorum sanguinem miscuit Pilatus in sacrificiis eorum: & in decem & octo viris super quos cecidit turris Siloe. Puratis, inquit, quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerunt, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Idem de decem & octo viris illis pronunciat & declarat similitudo quæ ibi à Salvatore proponitur. Hęc est sententia b. August. de prædest. sanctorum: item de bono perseverantia, quam etiam declarat b. Thom. 3. contra gentiles cap. 161.

Cap. 8.

An verò quosdam ita deserat Deus vt nunquam ostium cordis pulsè, nunquam inspiret cogitationes pacis & desiderium vitæ melioris, hoc est, vt nunquam in eis operetur effectus misericordiæ suæ, per quos peccatores ad veram pœnitentiam adducere solet, nihil certitudinis nec pro affirmatiua nec negatiua parte ex scripturis habemus. Nam vtraque pars pro se scripturas habet. Et re vera iniustitiâ argui non possent Deus, nec misericordiæ eius præiudicaretur, si dignos deserat & in damnationem æternam statim præcipitari permitteret, ac relinqueret, & gratiam qua sola conuerti possent, nollet largiri: sicut nec si in sanos statim faciat, vel rationis vltu priuet, aut de vita tollat. Et certum est & parvulum vnum ex gratia Dei percipere baptismum, & ex eius iudicio sine eo mori alterum. Imò si sine peccato esset genus humanum, ex illo tamen posset quosdam damnare, vt habet cap. vltimum, li. de prædest. & gratia: & epist. ad Paulinum, quæ est 106. Et Sapiens ait, *Quis stabit in his omnibus contra iudicium tuum? & quis tibi imputabit si perierint nationes quas fecisti? Pœnitentiam tamen credere & de immensa Dei bonitate, & erga filios hominum misericordia confidere possumus, neminem adulatorum sic gratia destitit, vt nunquam ad ostium cordis eius pulsset Dominus nunquam salutare ei suggerat cogitationes, ex quibus credere, pœnitere, & saluari possit. Quin potius vicissitudines esse instinctuum & inspirationum diuini spiritus euntis, & ad peccatores redeuntis, quibus eos singulos & vniuersos trahit, vt suam agnoscant turpitudinem, & cum filio prodigo ad patrem reuertantur, ne quis excusationem prætere de possit, quod saluus fieri non potuerit: tamen scriptura huius non meminerit. Ideo Beatus August. lib. 83. quæstionum, q. 68. dubitando de vocatis ad nuptias, dicit, Hæc autem vocatio, siue in singulis hominibus, siue in populis, atque in ipso genere humano per temporum opportunitates operatur, altæ & profunda est ordinationis. In lib. tamen de prædestin. & gratia, de Pharaone, cuius cor fuisse obduratum contra Domini monitiones & flagella testatur scriptura, dicit, An forte si pœnitentia de Deo, sicut expedit, sentiamus, etiam Pharaoni datam misericordiam reperimus? Patientia enim Dei valere ei debuit ad salutem, qua differens iustum meritumque supplicium miraculorum verbera crebra dentabat. Nunquid non potuit, sicut flagellis cedens expulit populum, ita miraculis credens Deum tantæ virtutis agnoscere? & c. quæ sequuntur cap. sequenti. Porro hæc pia credulitas fundamentum habet ex lib. Sapient. vbi Sapiens de habitatoribus terræ sanctæ hominibus pessimis ait, O quam bonus & suavis est Dominus spiritus tuus in omnibus, ideoque hos qui exerrant partibus corripis, de quibus peccant mones & alloqueris, vt relicta malitia credant in te Domine, & partibus indicans dabis eis locum pœnitentiæ. Et tamen si inimicos seruorum tuorum & debitos morti cum tanta cruciali attentione & liberasti, dans tempus & locum, per quæ possint mutari à malitia, cum quanta diligentia iudicasti filios tuos? Hæc tamen est differentia inter filios & alios, quod illi vocantur & mouentur, quomodo natos & dispositos nouit Deus vt sequantur, sicuti dicit Beatus August. quæst. 2. ad Simplicianum: alios verò vocat non sic vt sequantur, sequi tamen possint: Quod vocationis discrimen sæpè magis est ex qualitate & affectu eorum qui vocantur, quam ex vocationis, inspirationis, aut suasionis varietate aut differentia. Eadem namque suasio, vt dicit B. August. quæst. 18. super Exodum, aliter mouetur auarus, aliter pecuniæ contemptor, aliter castus quam intemperatus aut incontinentis: id quod & aperte videntur monstrare verba Domini de Tyro, & Sydone, Cappharnao, & Bethsaida, de quibus idem August. de bono persè. cap. 19. Vnde autem sit discrimen in ecclesia B. August. docet in li. ad articulos sibi falso impositos. Quod multi, inquit, pereunt, pereuntium est meritum: quod multi sanantur, sanantis est donum. Vt enim reus damnatur, inculpabilis est Dei iustitia: vt autem reus iustificetur, ineffabilis Dei gratia est. Item alio articulo, Prædestinatio Dei multis est causâ standi, nemini causâ labendi. Perditio tua, ait Osee propheta, ex te Israel, tantummodo in me auxiliium tuum. Quod vocati ad cœnam & qui venire poterant non venerunt, ex eorum erat culpa & libertate: Qui autem venerunt, nisi vocati fuissent venire non poterant. Et seruus qui negociando sua industria multum lucri Domino fecit, poterat abscondere talentum domini sui, poterat & plus lucri adferre, poterat & minus: sed Domino cooperante, sine quo cæsi & frustranei essent omnes eius conatus. Similiter qui abscondit pecuniam Domini sui in sudario, poterat negociari & lucrum facere, quod sua culpa neglexit. Quod igitur peccatori vita transacta displicet & proponit meliora, ex Dei est gratia nostrum arbitrium sua misericordia præueniente: sequimur autem, sed cum iudicio & consilio ex deliberatione, ideoque liberè, ita vt possimus non sequi. Quod deinde*

Sap. 12.

Cap. 14.

Cap. 12.

Matth. 11. Lucæ 10. Vnde sit in ecclesia discriminè an à libero arbitrio.

Cap. 13.

progredimur in mandatis Domini, & in charitate crescimus ex Dei gratia est, sed faciente nos liberè & voluntariè currere ad brauium propositum. Discretio itaque bonorum qui vsum habent rationis à malis, ac meliorum à minus bonis, est Dei donum & ex liberi arbitrii industria ac ministerio, quo ille vt dignatur in iustificando impios & pios saluando, vt iustitia nostra & salus modo quodam sit & nostra & simul Dei, sicut dicit B. August. de fide lib. 1. retract. Ad hunc modum à nobis quoque diuinitus motis & directis est hæc discretio: & ideo scripturæ sacræ hæc iam Deo, iam nobis tribuunt. Si quis se emundauerit ab istis, inquit D. Paulus, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino. Item apud Ezechielem Dominus: Facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Alibi, Laua à malitia cor tuum. Emundate manus peccatores, & purificate corda. Et Act. 3. Vobis prius Deus suscitans filium suum misit eum benedicientem vobis, vt conuertat se vniuersique à nequitia sua, multa sunt similia scripturarum loca, quibus aperte declaratur, quod peccatores se segregant (præparata tamen prius à Domino voluntate) ab impiis, relinquentes viam iniquitatis. Cognouit Dominus ait Apostolus Paulus, qui sunt eius. Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. Sed segregant & se discriminant ab impiis electi, diuinitus prius tracti & suasi. Quare huius discriminis causâ originalis & primaria est gratia Dei ventis nostræ voluntatis cooperatione. Quod verò multi maneant in massa damnata, vel ad eam semel liberati relabatur, ex eorum voluntate & culpa est, quam vitare poterant manendo in sanctorum societate. Non deserentes, inquit Paulus, collectionem nostram: electos autem continet & seruat ne deserant, ne quis eos de manu sua rapiat: alios abire finit. Cuius exemplum habemus Ioannis 6. de discipulis qui abierunt retrò, Christum Dei filium deserentes. Et in Psal. de quibusdam dicit Dominus, Dimissi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentationibus suis. Hæc sunt iudicia misericordiæ & iustitiæ Dei quorundam miserentis & alios iusto iudicio relinquentis. Inducit enim Beatus August. lib. de bono perseuerantiæ, quendam interrogantem, Cur in eadem causâ me potius quam illi puniet, aut illum potius quam me liberabit. Cur quibusdam qui eum coluerunt bona fide perseuerare vsque in finem non dedit, & respondet ipse: Cur puras nisi quia non mentitur qui dicit, Ex nobis exeirunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, mansissent vti que nobiscum. Hominibus quidem videtur, omnes qui boni apparent fideles perseuerantem vsque in finem accipere debuisse, Deus autem melius esse iudicauit miscere quosdam non perseueraturos certo numero sanctorum suorum, vt quibus non expedit in huius vitæ tentatione securitas, non possint esse securi. Multos enim à perniciosa elatione reprimi quod ait apostolus, Quapropter qui videtur stare, videat ne cadat: Voluntate autè sua cadit qui cadit, & voluntate Dei stat qui stat. Potens est enim Deus statuerè illum: non ergo ipse seipsum, inquit, sed Deus.

Est autem hæc sententia de discretione bonorum à malis & meliorum à minus bonis ex doctrina Beati Augustini: qui hoc discrimen aliquando refert ad liberum arbitrium, frequentius tamen ad Deum tanquam causam primariam & originalem. Nam lib. 2. de peccatorum meritis. Cum voluntate inquit humana, gratia adiuuante diuina, sine peccato in hac vita possit homo esse, Cur non sit, possem facillimè & veracissimè respondere, Quia homines nolunt: Nolunt autem homines facere quod iustum est, siue quia lateat an iustum sit, siue quia non delectat: Vt autem innorescat quod latebat, & suauis fiat quod non delectabat, gratiæ dei est, quæ hominum adiuuat voluntates, qua vt non adiuuentur in ipsis itidem causâ est, non in Deo. Et tract. 53. in Ioannem circa locum, Propterea non poterant credere. Quare non poterant, inquit, si à me quæratur, cito respondeo, Quia nolebant. Malam quippe eorum voluntatè præiudicauit deus, & per prophetam Esaiam, pronunciauit ille cui abscondi futura non possunt. Ad prædestinationem verò totum istud discrimen refert in lib. de bono perseueran. quod Iudæi quamuis excæcati non crediderunt visis miraculis, & quod Tyrii ac Sydonii naturaliter propensum habentes ad credendum animam, quo credere potuissent visis miraculis ac virtutibus: & tamen ea non viderunt. Non erant, inquit, sic excæcati oculi istorum, nec sic induratum cor, quin credidissent, si qualia viderunt illi signa vidissent: sed nec eis profuit quod poterant credere, quia prædestinati non erant ab eo, cuius inscrutabilia sunt iudicia & investigabiles viæ. Nec illis obfuisse quod non poterant credere, si ita prædestinati essent vt eos cæcos Deus illuminare, & induratis cor lapideum vellet auferre. Item cap. 8. docet ex Apostolo Ioanne causam esse, propter quam quidam non perseuerant, Si fuissent ex nobis, ait, vnus prædestinatorum, mansissent vti que nobiscum. Quæ est tandem ista discretio?

Cap. 13.

2. Tim. 2. Cap. 18. Iere 4. Iacobi 4.

2. Tim. 2.

Heb. 10.

Psal. 80.

Cap. 8.

2. Ioan. 2.

1. Cor. 10.

Cap. 17.

Cap. 14.

1. Ioan. 2.

discretio? Non erant, inquit, ex eis: quia non erant secundum propositum vocati: non erant in Christo electi ante constitutionem mundi: non erant predestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur. Nam si hoc essent, ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent. Et eadem hæc causa est (vt eodem loco dicitur) quare ex duobus paruulis originali peccato pariter obstrictis iste assumatur, ille relinquatur: & ex duobus ætate iam grandibus impiis, cur iste ita vocetur vt vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur vt vocantem sequatur: item quare vnus sic vocetur quomodo aptum est ei vt sequatur, alius non. **O**ccurrat quoque capitulo de predestinat. sanctorum, Cur vnus sic audiat à Patre vt discat & veniat ad filium, & non alius. Illud, inquit, fidelibus debet esse certissimum, vnum esse ex predestinatis, alium non esse. Et eodem cap. Quare inquit non omnes docet? Si dixerimus, quia nolunt discere quos non docet, respondebitur nobis, Vbi est quod dicitur, Domine tu conuertens adiuua nos? Aut si non facit volentes ex nolentibus Deus, quid orat Ecclesia pro persecutoribus suis? quid ergo oramus pro nolentibus credere, nisi vt Deus in illis operetur & velle? Et istud vsque ad finem capitis prosequitur. Et hanc causam respiciens tanquam principalem à qua pendet sequela liberi arbitrii, & quia altera non in omnibus locum habet: lib. 4. contra Iulian. cap. 8. non probat responsum quam dedit in lib. de peccat. merit. & in tract. 53. super Ioan. non quod erronea sit, sed quia altera est causa principalior. Nam Iuliano intelligente sententiam Apostoli, Deus omnes homines vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, ideo non omnes saluos fieri, quia ipsi nolunt petere, cum Deus velit dare: nolunt querere, cum Deus velit ostendere: nolunt pulsare, cum Deus velit aperire. Ponebat enim ille ante gratiam præcedere petere, querere & pulsare: quia dixerat Dominus, Petite & accipietis, querite & inuenietis, &c. vt his meritis debita illa reddatur, ac sic gratia inaniter nuncupetur, tanquam gratia nulla præcesserit, & cor tetigerit vt beatificum bonum peteret à Deo, vt quereretur Deus, vt pulsaretur ad Deum, frustra que sit scriptum, Misericordia eius præueniet me. Et calumniabatur Augustinum docere, nihil studij debere expectari ab humana voluntate. Propterea respondet Aug. Sensum vestrum infantes ipsa sua taciturnitate conuincunt, qui nec petunt, nec pulsant, imò etiam cum baptizantur reclamant, accipiunt tamen & inueniunt: non pulsant & aperitur eis, & intrant in regnum Dei, vbi sit eis æternitatis salus & agnitio veritatis, longè pluribus infantibus in istam gratiam non adoptatis ab eo qui vult omnes homines saluos fieri: quibus dicere non potest, Volui & nolulistis, quia si voluisset, quis eorum qui nondum habent voluntatis arbitrium voluntati eius omnipotentissimæ restitisset? Cur ergo non sic accipimus quod dictum est, Qui omnes homines vult saluos fieri & in agnitione veritatis venire, quomodo & illud accipimus quod idem Apost. dixit, Per vnus iustificationem in oēs homines ad iustificatione vite: Hos enim oēs vult Deus saluos fieri, in quos oēs per vnus iustificatione gratia peruenit ad iustificatione vite, ne dicatur nobis, Si Deus vult oēs homines saluos fieri, & in agnitione veritatis venire: sed ideo nō veniunt quia ipsi nolunt, Cur tot milia paruulorū qui nō percepto baptisate moriuntur non veniunt in regnum Dei, vbi certa est agnitio veritatis? Nunquid aut homines non sunt vt non pertineant ad id quod dictum est. Omnes homines: aut aliquis potuit dicere, Deus quidem vult, sed ipsi nolunt, qui nondum velle aut nolle ista nouerunt? quando nec hi qui paruuli baptizantur atque moriuntur, & per illam gratiam ad agnitionem veritatis certissimam veniunt, ideo veniunt quia ipsi renouari Christi baptisate voluerunt. Cum ergo nec illi propterea non baptizentur quia noluerunt, nec isti propterea baptizentur, quia volunt, cur Deus qui vult omnes homines saluos fieri, tam multos in regnum suum, qui nullo ei resistunt voluntatis arbitrio, patitur non venire? nisi fortè dicturus es, ideo paruulos non in eorum numero deputandos quos Deus omnes vult saluos fieri, quia ea salute que hic intelligenda est salui sunt ipsi, nihil trahentes omnino peccati: atque ita te intolerabilior sequetur absurditas. Isto enim modo beneuolentior facit Deum omnibus impiissimis & sceleratissimis hominibus, quam innocentissimis & purissimis ab omni labe peccati: quandoquidem illos, quia vult eos omnes saluos fieri, vult etiam intrare in regnum suum. Hoc est enim illis comsequens si salui fuerint: sed qui nolunt, ipsi sibi obstant: immensum verò numerum paruulorum qui sine baptisate moriuntur suo regno adici non vult. Sic fit vt esse christianos omnes velit quorum multi nolunt, non omnes velit quorum esse nemo qui nolit: quod abhorret à vero: id quod toto hoc capite prosequitur, & cap. 6. de prædest. sanctorum: Multi audiunt verbum Dei: sed alii credunt, alii contradicunt: volunt

lunt ergo isti credere, nolunt autem illi: Quis hoc ignoret? quis hoc neget? sed cum in aliis præparetur voluntas, in aliis non præparetur, à Domino discernendum est vtique quid veniat de misericordia, quid de iudicio. Item in epistola ad Vitalē docet male dici, *Epist. 107.* quod omnes homines gratiam acciperent, si non sua voluntate respuerent: quodq; multos saluos fieri noluit: ac multi non saluantur, non quia ipsi non volunt, sed quia Deus nō vult eos saluos fieri. Rursum cap. 7. de correptione & gratia docet neminem discerni à damnata conspersione suis meritis, sed per gratiam mediatoris. Itaque cum audimus inquit, *1. Cor. 4.* Quis enim discernit, quid habes quod non accepisti, ab illa perditionis massa que facta est per primū Adam, debemus intelligere neminem posse discerni, nisi quia hoc donum habet quisquis habet quod gratia Saluatoris accepit. Quicumque ergo ab illa originali damnatione ista diuinæ gratiæ largitate discreti sunt, non est dubium quod & procuratur eis audiendum euangelium: & cum audiunt credunt, & in fide que per dilectionem operatur vsque in finem perseverant: & si quando exorbitant, correpti emendantur: & quidam eorum & si ab hominibus non corripiantur, in viam quam reliquerant redeunt: & nonnulli accepta gratia in qualibet ætate periculis huius vite mortis celebritate subtrahuntur. Et cap. præcedenti fructum & utilitatem correptionis refert ad electionem & ad filios promissionis. Atque cap. 15. de gratia & lib. arb. dicit per gratiam fieri, vt bona voluntas que iam esse cœpit augetur, & tam magna fiat vt possit implere diuina mandata. Principalis igitur discretionis causa est eterna Dei electio & voluntas. Causa verò subordinata est hominis voluntas Deo subserviens & ministrans. Et ideo B. Tho. in Summa de veritate quest. 29. art. 7. in solutione 4. arg. Meritum, inquit, Christi quantum ad sufficientiam equaliter se habet ad omnes, non autem quantum ad efficaciam: quod accidit partim ex libero arbitrio, partim ex diuina electione per quam quibusdam subreptis effectus meritorum Christi cōfertur, quibusdam verò iusto Dei iudicio subtrahitur. Et 12. quest. 112. art. 4. quod vnus perfectus illustratur à lumine gratiæ quam alius, potest esse ratio aliqua ex parte præparantis se ad gratiam. Qui enim magis se ad gratiam præparat plenior gratiam accipit: sed ex hac parte non potest accipi prima ratio huius diuersitatis: quia preparatio ad gratiam non est hominis, nisi in quantum liberum arbitrium eius præparatur à Deo. Vnde prima causa huius diuersitatis accipienda est ex parte ipsius Dei, qui diuersimodè suæ gratiæ dona dispensat, ad hoc vt ex diuersis gradibus pulchritudo & perfectio ecclesiæ confingat: sic etiam diuersos gradus rerum instituit, vt esset vniuersum perfectum. Vnde Apostolus *cap. 4.* ad Ephesios, postquam dixerat, Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi, enumeratis diuersis gratiis subiungit. Ad consummationem sanctorum in ædificationem corporis Christi. Eandem sententiam tradit in 22. questione, 24. art. 3. & 4. Ex quibus manifestum est modo quodam esse verum, nullum esse discrimen aliquorum in ecclesia Dei nisi ex libertate arbitrii, quia videlicet quidam gratia nō vtuntur, alii autem variè vtuntur. Nam in vtentibus ratione verum est respiciendo causam proximā & immediatā: & in paruulis etiā, si consideretur negligentia & diligentia eorū, quibus illorū cura incumbit. Quod enim prædicato euangelio verisimiliter, vnus credat, alius non, causa proxima est, quia vnus vult credere, alius non. Et vnus paruulus à peccato liberatur, & non alius, quia vnus baptizatur, alius nō. Et vnus peccator recipitur in gratiā, non alius, quia solum alter poenitet. Quare autem vnus velit credere & verè poenitere, causa est quod ei sic intus suadetur, quomodo secundum suas affectiones aptus est vt sequatur, & quomodo à patre doctus idoneus est vt discat: cuius causa est eterna Dei electio. Et ideo verū nō est quod Deus quantum in se est omnibus equaliter suā gratiam impartitur: quamvis scripturis sit consentaneum quod Deus quantum in se est omnes iuuat, & suam impartitur gratiam: sicut docet B. Thomas 2. contra gentiles, vt supra dictum est. Et ideo omnibus gratiam impartiretur, si non esset in homine obstaculum impediens diuini luminis ingressum: quod impedimentum nō ipse Deus, sed homo posuit in homine, & est vel actuale vel originale peccatum, vel vtrumque simul. Si aut ipsū tollat Deus, gratiæ est indebitæ: si autem non tollit, iusto facit iudicio: vt docet B. Thomas eodem lib. cap. 161. Et originale peccatum esse gratiæ diuinæ impedimentum, docet in 22. quest. 2. art. 5. in solut. primi argumenti. Item in 12. quest. 98. art. 4. ad 2. argumentum. Quod tamen ex abundantia misericordiæ suæ omnium & singulorum corda aliquando sic moueat Deus, vt credere possint & conuerti, diximus esse piè credendum, & in quibusdam locis hoc insinuari à Beato Augustino. Sed quod semper & omnibus præsto sit gratia Dei, qua peccator credere & conuerti potest (nisi à Deo prorsus



proffus sit derelictus ob peccatorum enormitatem, vt dicit Reuerendus Episcopus Ioannes Roffensis vel quod sine exceptione omnino omnibus quoad hic sunt in via & peregrinantur, vt docet Reuerendus magister Dominicus à Soto lib. de natura & gratia cap. 15. circa 4. argumentum quod proponit, & cap. 18. (qui propterea arguit Roffensem, quòd scripserit Deum nonnullos ita deserere vt respicere nequeant) Doctrinæ beati Augustini non est consentaneum, nec ex scripturis probari potest: de quo tractat ipse Augustinus libro de natura & gratia, & libro 4. contra Iulianum. Ait enim Episcopus Roffensis, Vbi que, inquit, præsens est tam generalis influxus ille, quàm istud auxilium speciale, nec deest aut hoc aut ille cuiquam peccatori, nisi vel indurato (qualis Pharao fuerat) vel in sensum reprobum tradito: de cuiusmodi Paulus loquitur ad Roma. 1. de quibus vtrisque certum est quòd auxilio Dei speciali fuerunt destituti. Et superius distinguendo tres gradus libertatis, Peccator, inquit, post peccatum per præsentissimum auxilium Dei quod nemini deest, ad gratiam se præparare potest, & ex hoc nimirum ingentis libertatis esse conuincitur. Nam vt influentia illa semper adest voluntati, ita & auxilium diuinæ gratiæ cunctis ad manum est præsens; quod probat ex testimonio Ioannis, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vnde colligit, Peccatoribus itaq; quantumlibet ingentibus hæc potestas oblata est, vt si faciant quantum in se fuerit ad hanc gratiam consequendam, præsto aderit auxilium Dei. In cuius confirmationem beatum Hylarium 1. lib. de trinit. adducit. Et huic opinioni multum fauere videtur B. Chrysolto. in sine homil. 16. circa epistolam ad Hebr. Si voluerimus inquit, & in celum ascendere, velle hic opus est tantum, & omnia sequuntur. Non potest enim dici, Non possum, neque accusari potest conditor. Habemus quippe cooperatorem & adiutorem Deum, tantum rem assumamus, tantum veluti ad opus accedamus. Quòd verò Deus omnibus sit præsentissimus, ad ostium semper pulsans, vt à se nihil omnino officii desit, quin perditissimo cuique opem ferat, nisi per se homo ipse abnuerit, latissime profertur magister noster Dominicus à Soto, lib. 1. de natura & gratia, cap. 15. & 18. quod certe non videtur consentire sententiis B. August. supra citatis. Potest enim nolentes conuertere vt velint, & rebelles vt obediant, quemadmodum supra citauimus ex cap. 8. lib. de prædestinatione sanctorum, & libro 1. contra duas epistolas Pelagianorum, cap. 19. Item Enchirid. cap. 32.

Quòd autem Pharao fuerit speciali Dei auxilio destitutus & induratus, vt credere & conuerti non potuerit, dicit etiam Thostatus episcopus Abulensis quæst. 12. circa 4. cap. Exodi. Item B. August. videtur fuisse aliquando in ea opinione, quòd peccatum in spiritu sanctum sit simpliciter irremissibile: similiter venerabilis Beda in còment. epist. 1. Ioan. cap. 5. sed eam ille retractat lib. 1. retract. Harum difficultatù quæ maximæ sunt, perfecta declaratio magis pertinet ad materiam de prædestinatione, quàm ad concordiam gratiæ cum libero arbitrio: quarum tamen vna sine altera plenè intelligi nequit, & eadem est vtriusque obscuritas & difficultas, non solum propter materiarum in se profunditatem, sed & propter diuersitatem scripturarum & sententiarum Doctorum. Quædam enim scripturæ videntur omnia tribuere gratiæ Dei, aliæ verò libertati arbitrij. Si quidem nonnullæ testantur quòd Deus homines quosdam despiciat, & in sensum reprobum tradit, excæcat, indurat: non solum deserendo, sed visum destruendo, & per potestiam in desideria peccandi impellendo (secundum sententiam B. Augustini lib. 5. contra Iulianum) quòdque aliquando seducit, & in operationem erroris mittit, vt credant mendacio: facitque declinare semitas nostras à via sua, & conuertit cor populi peccatoris vt odiant populum eius. & Christus orans patrem optat oculum impiorum Iudæorum obscurari, & iniquitatem apponi super iniquitatem: corda eorum excæcari, aures agrauari ne populus conuertatur & saluus fiat. Ait enim, Ne forte conuertantur & sanentur: Et, Recessit à te zelus meus, non irascar tibi amplius. Item, Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ. Rursus, Diruam maceriam eius & erit in conculcationem, & nubibus mandabo desuper ne pluant imbrem super illam. Et quod hæc faciat non tantum iratus & per peccata prouocatus, atque ita his qui digni sunt & merentur hæc pati, iis quoque qui propter peccatorum suorum enormitatem merentur destitui sufficente auxilio quo credere & conuerti valeant, sed promiscuè etiam aliis, testatur Apostolus Paulus, Cum enim, inquit, nondum nati fuissent, nec boni vel mali aliquid egissent, vt secundum electionem propositum Dei maneret non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autè odio habui: ad quod inducit exemplum de Pharaone & luto figuli, qui sua voluntate ex eadem

Cap. 2. 8. et 9. Cap. 8.

1000. 1.

Cap. 18.

Eccl. 7. Ad Rom. 4. 1. Esai. 6.

Cap. 3. Ezechiel. 11. 2. Ihesu. 2.

Psal. 43. Esai. 6.

Ezech. 16. Osee 4. Esai. 5.

Rom. 9.

eadem massa facit aliud quidem vas in honorem, & aliud in contumeliàm, quòd B. August. fieri docet lib. 4. còtra Iulianum, etià in adultis, exèplo paruulorum quorum vnus sine baptismo moritur, quia electus non est, & alter statim post baptismum, quia æterno Dei decreto est electus: propter quod idem August. multis in locis, & præsertim lib. de prædest. sanctorum refert causam discriminis, ob quam inter audientes Euangelium quidam credunt, alii aut non credunt, non ad diuersitatem humanarum voluntatum, vt prædiximus: quòd illi credant quia credere volunt, isti verò non credant, quia credere nolunt, sed ad diuinam voluntatem. Credunt, inquit, illi quia in eis preparatur voluntas à Domino: isti nò credunt, quia in istis nò preparatur voluntas à Domino. Ex his igitur scripturis sequi videtur quòd non omnibus adest auxilium sufficiens quo salui fieri possint, quòdque omnis diuersitas fidei & morum referenda sit ad æternum Dei propositum. Aliæ verò scripturæ omnino contrarium sonare videntur. Nam sine discrimine & vniuersaliter docent Deum illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum. Deum velle omnes homines saluos fieri. Ipsum neminem velle perire. Patienter inquit beatus Petrus agit propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reuertit: Deum non fecisse mortem. Nolle mortem vllius peccatoris, sed velle vt conuertatur & viuat. Item, Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas. quid est quòd debui vltra facere vineæ meæ? An quòd expectaui vt faceret vvas, fecit autem labruscas? Et cap. 30. Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri. Rursus: Dixit Sion, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei: Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Cui consentiunt parabola Domini Luca 15. de dragma vna perdita & filio prodigo. Et de viro dimittente vxorem suam, vbi Dominus, Tu inquit fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Item ipse ait, Ego sto ad ostium & pulsus, si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Ipse dixit, Non te deseram neque derelinquam. Et dissimulat peccata hominum propter poenitentiam. Rursus, ipse dat spiritum bonum poenitentibus se. Propè est omnibus inuocantibus illum: Ait enim, Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Perite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & non impropert, & dabitur ei. Et, Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multa misericordia. Ad te, inquit Propheta, leuati animam meam, quia tu Domine suavis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Et 1. ad Corint. 5. Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, obsecramus, Pro Christo reconciliamini Deo. Ex quibus scripturis visum est patribus consequens esse quòd diuina voluntas inuariabilis & immutabilis sese æqualiter semper habet ad omnia, quemadmodum sol sese semper habet æqualiter ad omnium oculos, tamesi non omnes æqualiter luminis eius influxu, propter diuersas oculorum dispositiones percipiunt. Nam sicut causa, inquit, propter quam isti percipiunt præsentis solis lumen, aliis in tenebris remanentibus, nò à solis mutatione, sed ab oculorum confurgit diuersitate: ita sol iustitiæ æqualiter præsens est omnium hominum mentibus, cui æqualiter cura est de omnibus. Nam in fine 2. libri de vocat. gentium, irrefragabilis defensor gratiæ simul & libri arbitrij eiusdem libri author, inquit Apostolus, dicendo, Qui est saluator omnium hominum, confirmat bonitatem Dei super vniuersos homines esse generalem: adiciendo autem, Maxime fidelium, ostendit partem quandam humani generis specialibus beneficiis prouehi ad æternam salutem. Et beatus Augustinus tractans versiculum psal. Deus in medio eius non commouebitur. Aequaliter, inquit, omnibus consulit, personas non accipit, æqualiter fauet omnibus. Item Apostolus Paulus, Qui vult omnes homines saluos fieri, subintellecta conditione, ait beatus Ambrosius, Si & ipsi velint. Si Deus, inquit, qui omnipotens dicitur omnes homines saluos vult fieri, cur non impletur eius voluntas? Sed in omni locutione sensus est, conditio later. Vnde dicit Petrus Apost. Omnis scriptura indiget interpretatione. Vult enim Deus omnes saluos fieri, sed si accedant ad eum. Non enim sic vult vt nolentes saluentur, sed vult illos saluari, si & ipsi velint. Nam vtique qui legem omnibus dedit, nullum excipit à salute. Nunquid non medicus idcirco proponit in publico, vt omnes se ostendant velle saluare, si tamen ab ægris requiratur. Ipse etià illuminat omnem hominem, sed quantum in se est, inquit, B. Chrysolto. Est ergo Deus quantum in se est paratus omnes amplecti & suscipere. Ad omnes enim Christus clamat,

Cap. 4.

Cap. 6.

1000. 2. 1. Tim. 2. 2. Pet. 3. Sapient. 1. Ezech. 18. 33. Esai. 5. 30. 30.

Esai. 49. Hier. 3.

Apoc. 3. Heb. 12. Psal. 144. Luc. 11.

Iaco. 1.

Iob. 22. Psal. 85.

Dionysius Areopagiti d. ca. 9. celestia hiera.

1. Timoth. 4.

Psal. 45.

1. Tim. 2. 2. 2. Pet. 3. 1. Pet. 1. 2. Pet. 1.

Matth. 11.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Et sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non peccet, sed habeat vitam æternam. Et omnes scientes ad se inuitat Dominus. Et cum non sit personarum acceptio apud Deum, videtur quod omnibus equaliter sese offerat, id quod Saluator etiam significasse videtur in parabola de talentis quæ dispensauit secundum propriam vniuersi cuiusque virtutem. Ideo b. Ansel. lib. de causa diaboli docet diabolum non habuisse gratiam perseuerantiæ, non quia Deus non dedit, sed quia Deo volente dare, ipse non accepit. Et idem videtur de quolibet homine. Nam Theophyla. & OEcumenius in comment. loci 1. ad Timoth. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, Quare inquit non fit quod vult? Non fit inquit quia illi nolunt, Nihil enim ex necessitate facit Deus in nobis. Ex quibus consequitur causam propter quam isti illuminantur, ceteris in tenebris remanentibus, non emergere ex voluntate Dei aut prædestinantis aut reprobantis, sed ex diuersis qualitatibus & dispositionibus rationalis creaturæ, quæ prodeunt ex liberis voluntatibus eorum qui eliguntur vel reprobantur: sicq; cõsequens erit quod æternæ etiã dilectionis, prædestinationis, & reprobationis sunt causæ quædã à Deo præuisæ, aut originalia aut actualia peccata, aut bonas arbitrii vsus, dum pulsanti Deo aperimus per liberum arbitrium cordis nostri ostium: & ideo referendum esse omnino discrimen ad libertatem arbitrii, quandoquidem Deus omnibus paratus adest & offert sufficiens salutis auxilium. Nam gẽtem peccatricem, populum graui iniquitate & reprobam inuitat & hortatur Dominus, Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum ab oculis meis. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, gladius deuorabit vos. vbi B. Hiero. in comment. ait. Liberum, inquit, seruat arbitrium, & in vtramque partem, non ex præiudicio Dei, sed ex singulorum meritis vel pœna vel præmiũ sequitur. Et vniuersi ferè patres B. Ambrosius Origenes, Chrysof. & alii, definiunt electionem & prædestinationem, odium & reprobationem, secundum præscientiam fidei & bonorum operum, & non secundum æternũ Dei propositum. Ait enim B. Amb. in coment. 9. capitis epistolæ ad Rom. loquens de Iacob & Esau. Sciendo enim, qualis vnusquisq; illorum futurus esset dixit, Hic erit dignus qui erit minor, & qui maior, erit indignus: vnus elegit in præscientia, alterũ spreuit, & hoc quasi præsciens, non personarum acceptor. Præscientia Dei olim hos non saluandos decreuit. Præsciens itaq; Deus male illos voluntatis futuros, non illos habuit de numero bonorum. Præscientia enim Dei est qua definitum habet qualis vniuersi quisque futura voluntas erit, in qua mansurus est, per quam vel damnetur vel coronetur. Et declarans locum, Miserebor cuius misertus ero, hoc est, eius miserebor cuius præsciens erã, quod misericordiam daturus essem, sciens conuertendum illum & permaniturum apud me: & misericordiam præstabo ei cui misericordiam præstitero, id est ei quem præsciui post errorem recto corde reuersurum ad me, hoc est, dare illi cui dandum est, & non dare illi cui dandum non est, ut eum vocet quem sciat obaudire, illum autem non vocet quæ sciat minimè obaudire: Et similiter interpretatur cap. 9. ad Roman. Origenes & circa locum eiusdem epist. Sicut in vno corpore multa membra habemus, dicit quod sic vnusquisque dispenset diuina providentia, ut vniuersi cuiusque meritum arbitrii libertate collectum materiam præbeat dispensandi, eo quod iustus est Deus & iniustitia non est apud eum. Item circa textum sequentem dicit quod pro meritis etiam dispensauit in præteritis generationibus. Et B. Chrysof. super parabola de operariis conductis in vineam, Deus inquit, ab initio omnes conduxit, sed quod non omnes eodem tempore paruerunt à voluntate vocatorum hæc differentia resultat. Idcirco alii mane, alii hora tertia, alii hora vndecima vocantur, quia tunc obtemperaturi erant. Deus voluit vocare Paulum quando obtemperaturus erat. Nã & ipse à primis cunabulis illi vocare voluisset, sed quia illum renitentem fore sciebat, tunc voluit cum sciret vocationem penetraturã esse ipsius animam. Id quod propheta Elias prædixisse videtur quem ait, Expectat Dominus ut vestri misereatur. Et idem homil. 52. in Genes. Sicut, inquit, nisi gratia Dei adiuti nihil vnquam possumus rectè agere, ita nisi quod nostrum est attulerimus, non poterimus supernũ acquirere fauorem. Nam prius dixerat, Ut non totum diuini sit auxilii, simul nos aliquid adferre oportet. Frequens enim apud ipsum est, Adferamus quod est nostrum: reliqua Deus supplebit. Nam interpretatur locũ Genes. vbi dicitur, quod Iacobus obtulit & dedit patri suo edulia & panes priusquã ab eo benediceretur. Et in cõmẽt. euang. secundum Ioannem circa locum, Nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum, dicit illum accipere qui se accipiendi dignum exhibet. Et eodem loco Theophylactus,

Sæpe,

Sæpe, inquit, diximus quando audieris quod pater dat fidem in filiũ ne existimes quod aliis benefaciat pater quos segreget, aliis autem non, hæc enim iniuste agentis esset, sed illis benefacere puta patrem, & illis dare dona fidei quibus cooperatur electio & voluntas. Nam qui à voluntate non adiuuatur, etiam si à Deo assumitur, non percipit vtilitatem: omnibus dat Deus, sed hoc quidam & sumunt, & vtuntur bene eo quod datur, & custodientes illud ostendunt Dei donum: quidam autem recipiunt, sed ea quæ dantur disperdunt, ita vt nihil accepisse videantur. Ille itaque venit ad filium, cui daturus est pater, hoc est à quo custoditum fuerit donum, quod à Deo illi datum est. Huiusmodi innumera sunt loca apud Chrysof. & Theophylact. Apud illum in Homilia de prodicione Iudæ, & Homil. 18. in Genes. Circa locum in Matth. Petite & accipietis, & Non omnes capiunt verbum hoc. Rursum circa locum Matth. 13. Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. Item homil. 12. in epistolam ad Hebræos dicere videtur, quod arbitrii libertas læderetur si gratia sua ipsum præueniret. Apud hunc eodem cap. circa locum, Nemo potest venire ad filium nisi pater traxerit eum. Similiter loquitur Damasc. lib. 2. de fide orthodoxa: Rursum lib. 4. tractans locum Pauli ad Rom. 9. An non habet potestatem figuræ lutæ ex eadem massa, &c. Et B. Hieronymus lib. 3. dialogi contra Pelagian. Ex quibus omnibus videtur quod veteres scriptores ante & post tempora B. Augustini, docuerint Deum omnium conditorum gratiam suam omnibus offerre atque ingerere, imò & fidem esse generale donum, iustitiam quoque esse generale munus, quasi fontem quandam in medio huius mundi expositũ, & in cõmune cõcessum, patentem omnibus ad hauriendũ, vt meritò reus sit, qui accedere & haurire neglexerit: sicut docet venerabilis Faustus Gallig Episcopus duobus libris de gratia Dei, & humanæ mentis libero arb. qui 2. lib. reprehendit eos, qui ex doctrina Apostoli Pauli concludunt deum inter duos perditos non habita vlla consideratione laborum, vnũ cessantibus officiis sine ratione assumere, alterum in perditione relinquere. Quare B. Prosper scribit ad B. Aug. & similiter Hilarius, quorũ epistola præmittuntur libro de prædestin. sanct. quod plurimi credant doctrinam eius in libris contra Pelagium æditis, & præsertim in lib. de prædest. sanct. in eo quod docet reprobationem & electionem ad gratiam salutarem, non secundum præscientiam operum futurorum à liberis hominum arbitriis, sed secundum æternam Dei propositum prædestinationis aut reprobantis homines, non propter vlla præuisa merita, esse contrariam omnium patrum sententiis, aliter hanc electionem intelligentium, aliterque quam ipse nonum ad Romanos caput interpretantium, quodque omnes patres dilectionem Isaac & Iacob, populique electi in illis designati, odium autem Ismael & Esau populique reprobi in illis designati definiunt esse propter opera futura à Deo in illis præuisa. Pertractatis, inquit Prosper, priorum de hac re opinionibus penè omnium intuenitur vna sententia qua propositum & prædestinationem Dei secundum præscientiam acceperunt, vt ob hoc Deus alia vasa honoris, alia contumeliæ fecerit, quia finem vniuersi quisque præuiderit, & sub ipso gratiæ adiutorio in qua futurus esset voluntate & actione præscierit. Et quantum ad Deum pertinet omnibus paratam esse vitam æternam, quantum autem ad arbitrii libertatem ab his eam apprehendi qui Deo sponte crediderint: Verbum autem Apostoli ad Rom. dicentis, Cum enim nondum nati essent, &c. aliter intelligunt considerantes eiusdem capituli finem, vbi peruenire ad iustitiam attribuitur motui fidei, & non peruenire, propriæ arrogantia & incredulitati. Gentes, inquit, quæ non scẽtabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, & id ex fide: Israel verò scẽtando legem iustitiæ in legem iustitiæ non peruenit, quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Atque secundum hunc sensum omnes ferè patres intelligentes superiora eiusdem capituli dicta, aliter quam Augustinus sunt interpretati, nihil commemorantes de prædestinatione illa, qua secundum æternum Dei propositum vnus est electus ad preparationem gratiæ iustificantis, alter verò derelictus. Intelligunt enim in Ismaele & in Esau reprobari arrogantiam Iudeorum in propriis operibus confidentiũ, ac Christum contemnentium: in Isaac autem & Iacob, fidem & obedientiam gentium commendari, & hanc geminorum fratrum historiam non propter res ipsas, sed propter istarum rerum mysteria futura describi, dicente Domino: Duę gentes in vtero tuo sunt, & duo populi in vtero tuo diuidentur: & populum designatum in Israel & Iacob diligi, quia credit obediť; euangelio: populum verò in Ismaele & Esau designatum odio haberi & in legẽ iustitiæ nõ peruenisse, quia nõ ex fide, sed quasi ex operibus voluit iustificari, offendens in Christũ. Atq; exponit, Non ex operibus legis, aut nõ ex operibus sine

X 2

fide &amp;

Secundũ præscientiam bonorũ Iacob et Esau præscitii

Rom. 13.

Matth. 20.

Cap. 30.

Cap. vltimũ  
Cap. 20.

Cap. 6.

Prosper et Hilarius reprehendunt b. Augustinum.

Rom. 9.

Genes. 25.

fide & gratia factis, sed ex vocante, hoc est inuitante Deo. Non enim ob originale malum Ismael & Esau sunt damnati, quibus circumcisionis sacramento fuerat remissum. Videtur itaque in ipsis damnatum, non quod sunt nati, sed quod sunt operati. Non enim in Adâ ille iniquus est aut damnatur, qui post susceptum legitime baptismum delinquit, sed in peccato quod ipse operatur. Et ipse Augustinus hac in re sibi ipsi videtur fuisse contrarius. Dicit enim in questionibus contra Porphyrium quod Christus tunc voluit apparere hominibus, & apud eos prædicare doctrinam euangelij, quando & vbi sciebat eos esse qui in eum fuerunt credituri. Salus, inquit, huius religionis per quam solam salus vera veraciter promittitur, nulli vnquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit dignus non fuit. His enim temporibus & his locis quibus euangelium eius non est prædicatum, præsciebat omnes in eius prædicationem tales esse futuros, quales multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui etiam suscitatis ab eo mortuis in eum credere noluerunt. Quid ergo mirum si Christus prioribus seculis apparere vel prædicare noluerit eis, quos nec verbis nec miraculis suis credituros esse præsciuit? Hic si dixeris quod beatus Augustinus sententiam hanc tractauerit, & seipsum ad meliorem intellectum sit interpretatus, docens diuinam gratiam eos quos elegerit præuenire atque subiicere sibi hominum voluntates, iam videbis beatum Augustinum aliter sensisse quam totam veterum patrum scholam, beato Prospero planè affirmante veteres ea quæ de epistola Apostoli Pauli ad Romanos scribentis ad manifestationem diuine gratiæ præuenientis electionis merita ab Augusti. profertur, à nullo vnquam ecclesiasticorum sic esse intellecta, vt nunc sentiunt. Hæc enim, inquit, eorum definitio ac professio est, omnem quidem hominem Adam peccante peccasse, & neminem per opera sua: sed per Dei gratiam regeneratione saluari: vniuersis tamen hominibus propitiationem quæ est in sacramento Christi sine exceptione esse propositam: vt quicumque ad fidem & ad baptismum accedere voluerint, salui esse possint. Hoc autem propositum vocationis Dei, quo ante mundi initium eligendorum & reiciendorum dicitur facta discretio, vt secundum quod placuit creatori alii vasa honoris, alii vasa contumeliæ sunt creati, & lapsis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem teporis adferre: eò quod in vtramque partem labor superfluis sit, si neque reiectus vlla industria possit intrare, neque electus vlla negligentia possit excidere. Scribit præterea B. Hilarius in epistola ad Augustinum quod multi moleste ferebant doctrinam eius distinguentis inter adiutorium gratiæ primo homini datum, & adiutorium quod nunc datur prædestinationis, admittentes quidem neminem posse perseverare nisi accepta perseverandi virtute: nolentes tamen hanc perseverantiam ita prædicari vt simpliciter emereri & contumaciter amitti non possit, & vnumquemque posse à perseverantia deficere volunt. Præterea vt cui datur (inerti licet) præcedenti tamen proprio arbitrio tribuatur, quod ad hoc tantum liberum asserunt, vt velit vel nolit admittere medicinam. Asserunt, inquit, idem inutilem exhortandi consuetudinem, si nihil in homine remansisse dicatur quod correctio valeat excitare, nec sic esse prædestinatos ad vtramque partem, vt de aliis ad alios nullus possit accedere. Nata est autem ex scripturis & patrum scriptis nunc citatis sententia doctorum scholasticorum, homini scilicet facienti quod in se est Deum semper adesse, & largiri quæ saluti eius sunt necessaria: de qua statim sumus latius acturi: habet enim variam intelligentiam, nec ab omnibus illis similiter est intellecta. Tractat autem has duas quæstiones de sufficientia auxilij, & de discrimine bonorum à malis diligenter & late magister noster Ioannes Driedonis tractatus quarti cap. 2. de redempt. generis humani. Item cap. 1. & 2. tractatus 5. & priorem sanctissimus dominus noster Adrianus sextus in 1. quæst. de penitentia.

**Q**uædam modum scripturarum loca quæ citauimus, nihil inter se pugnant, sed consentire inueniuntur bene excussa. Idem enim est spiritus qui in eis loquitur, & hic spiritus est pacis non dissentionis: Ita nec contrariæ sunt veterum sanctorum sententiæ, quantumlibet inter se discrepare videantur. Colliguntur enim ex supradictis locis scripturarum: nec ab istis ita multum variant doctores scholastici, & præcipue Magister Sententiarum distin. 40. & 41. primi Sententiarum, qui in omnibus consentit, & sequitur sententiam B. Augustini, & similiter B. Thomas perpetuus beati Augustini sectator. Nam scripturæ quæ promissionem vel Dei infallibilem ordinationem sonant, loquuntur de vocatis & gratia præuenientis, quorū voluntas iam vtique est à Domino per vocationem preparata. Fuit enim populo fideli ad quem solū diriguntur, cui non deest, sed adest semper iuxta easdem scripturas auxiliū sufficientes, ex quo conuerti possit, & suā operari salutē.

Nam

Nam locum apud Matth. Petite & accipietis, &c. tractans B. August. contra Iulian, qui suam & Pelagianam hæresim his verbis stabiliebat, ei responderet, Sine gratia præueniente, neminem posse petere, querere, aut pulsare. Necesse est, inquit, gratiam præcedere & cor tangere, vt beatificum bonum à Deo petatur, & vt pulsetur ad Deum. Item cap. quinto de gratia & libero arbitrio tractans locum Zachariæ quinto, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos, dicit vos non posse conuerti, nisi ex dono Dei. Quapropter in Psalm. dicitur, Deus virtutum conuerte nos. Et, Tu conuertens viuificabis nos. Et in Enchiridio cap. 32. Voluntas hominis bona præcedit multa Dei dona, sed non omnia: quæ autem non præcedit ipsa, & in eis est ipsa. Et lib. 1. contra duas epistolas Pelag. cap. 19. dicit quod proponere & velle bonum est ex Dei dono, & similiter 1. lib. retract. cap. 26. Nam petere, querere, & orare quemadmodum oportet, præsupponunt agnitionem gratiæ, & fiduciam quandam inueniendi & obtinendi eam: principium enim gratiæ est eam agnoscere & desiderare. Surdi qui non habent aures audiendi, nihil excitantur, nec iuuantur vocatione & inuitatione Domini. Scripturæ verò quæ seueritatem iudicij diuini sonant, vt quod Deus derelinquit, deserit, excæcat, indurat, & similia, loquuntur de reprobis. In scripturis enim sacris aliquando Deus loquitur ad vnum genus hominum, aliquando ad aliud, & si ad idem genus, non tamen secundum eandem eius partem. Quomodo Apostolus Paulus in epistola ad Roma. cap. 11. docet Deum non repellere populum suum, propterea quod non totaliter repellat & vniuersos. Non repulit (inquit) plebem suam quam præsciuit: tacite declarans scripturas in quibus Deus loquitur ad populum Israeliticum, Ego non te deseram neque derelinquam, ego non obliuiscar tui, intelligendas esse de vasis electis in populo Israel: Scripturas autem quibus Deus significatur relinquere populum Israel intelligendas esse de veteri synagoga. ad quam Christus, Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina, &c. & noluit. Ecce relinquetur domus vestra deserta. Subtrahit ergo Deus suæ misericordiæ dona ab his qui merentur hæc pati: iustos autem non derelinquit, nisi desertus ab iis fuerit: nec tamen ex toto ab illis se subtrahit, sed secundum aliquos gratiæ effectus quibus peculiariter præsens erat, nunquam autem relinquit absque vilo amoris stimulo, & absque vilo conuersionis instinctu: atque ita quamuis anima quæ semel acceptam gratiam deserit, iuste repudietur, & digna sit quæ ea semper indigeat: si tamen ita cadat vt supra lapidem Christum maneat, non negans aut contemnens ipsum, quin potius per fidem tenens illum vt manum sibi diuinitus suppositam, sic lapsa non prorsus contemnit, sed gratuitum Dei auxilium habet, quo per penitentiam reseruatur ad salutem hauriendam ex fonte gratiæ Christi, vt interpretatur beatus Hieronymus in comment. Matth. 21. Alia namque est ratio credentis: alia nondum credentis: qui incipit credere in Christum, iam iuuari incipit ab illo: nec desunt pro loco & tempore conuersionis auxilia, quamdiu in illum credit, si etiam peccet per mala opera, quamuis consideratis aliis scripturis docentibus Deum nolle mortem peccatoris, & velle omnes ad penitentiam reuerti, ita piè vt diximus de Deo sentire expedit, quod nec tales prorsus deserat & abiiciat, qui in tenebris infidelitatis habitauerunt nondum accepta testa fidei in Christum, qua hauriant aquas gratiæ ex fonte Saluatoris. Nullum enim hominem in hac vita absque spe veniæ relinquendum vt sperare nec possit nec debeat, probant nonnulla testimonia scripturarum prius citata, & certè quod dicit Dominus apud propheta Ezechiel. cap. 18. Nunquid voluntatis meæ est mors impii? &c. & concludens singulos hortatur: Conuertimini ergo & agite penitentiam, &c. vbi Hieronymus: Ergo diuine inquit voluntatis est omnes saluos fieri, & ad notitiam veritatis venire: Vbiunque autem truculenta videtur sententia Dei, non homines, sed peccata condemnat, non dicit, Conuertimini, nisi his qui cum Deo prius erant, & eius comitatum deseruerunt, Nam misericordia Dei superexaltat iudicium eius. Quæ late persequitur M. N. Ioannes Driedonis loco citato.

**N**ec re ipsa dissentit B. August. ab aliorum patrum B. Ambr. Chrysof. Fausti catholici Galliæ Episcopi, & aliorum sententia: quamuis si verba nuda spectentur, videatur horum sententiam improbare, & hi doctrinam August. Alio namque modo ipsi vtuntur verbo prædestinationis & reprobationis, odij & amoris, quam Augustin. Loquuntur enim de electione siue amore ad vitam æternam, & ab hac hereditate reprobatione, ad supplicium quæ æternam destinatione. Beatus verò Augustinus initium electionis & vocationis constituit in separatione à massa damnata: & ideo illi ad præscientiam meritorum (propter quæ Deus largitur vitam æternam, & retribuit æternam supplicij)

X 3

referunt

Videri possit  
Augustinus  
sibi contrariusLib. 4. ca. 8.  
Cap. 7.Psalm. 40.  
Psalm. 84.In scripturis  
Deus nunc vult  
hominum ge-  
neri loquitur  
nunc alii, nunc  
eiusdem gene-  
ris vni partem  
nunc alii.

Matth. 23.

*Et habet Aug. 22. lib. 1. de gratia Christi ca. 14. Et sequentibus de Amb.*

referunt electionem & reprobationem: Et B. August. ad misericordiam Dei liberantis à peccato interna vocatione & inspiratione & ad iudicium deserentis. Beatus namque Ambrosius, Chrysostratus, & Faustus, optimè nouerunt regulam fidei quæ habet, quod nemo ex damnata massa humani generis liberatur, nisi quem gratia Dei miserentis erexerit, & eundem ab æterno fuisse electum ac scriptum in libro vitæ, nullumque esse hominis meritum ut præparetur voluntas à Deo, & fiat bona, aut ex massa perditionis vocetur, siue ad regenerationis lauacrum, siue ad fidem, inuisque ita doceatur à Deo ut credat, aut ut dignus sit ita adiuuari, ut ex fide in Iesum fiat vas in honorem, respiscendo à veteri vita. Proinde si ex hac massa faciat vas in contumeliam, secundum exigentiam materiæ debitam operatur: si autem ex illa faciat vas in honorem sublato peccato, & infundat formam nobilem, ex sola facit liberalitate, non propter vllum hominis meritum: ad quæ considerationem habuit venerabilis pater August. definiens dilectionem seu electionem qua ita diligitur homo, ut ex massa perditionis segregatus Dei suggestione & inspiratione fiat fidelis. Cùm autem homo diuinitus vocatus fidelis factus est, spiritu fidei & charitatis desuper accepto, multa sunt illius merita, quibus superlucrarur alia Dei dona seu talenta: ad quod considerationem habuerunt alii patres definiens dilectionem, qua homo diligitur ab bonum aliquid suo tempore tribuendum illi propter præuisam illius fidem, obedientiam, inuocationem, seu elemosynam: quemadmodum Deus dilexit Cornelium Centurionem, ad tribuendum ei regenerationis lauacrum, propter orationes & elemosynas ex fide quadam procedentes. Et ideo si quis dixerit in Iacob & in populo designato per ipsum antequam nasceretur præuisam fidei fidem & obedientiam, & propter hæc opera præuisa, illi fuisse dilectum ad præmium quoddam & remunerationem & coronam gloriæ, verissimum quidem dicit, sed ex sacris scripturis simul discat fidem illam & obedientiam esse Dei dona, quodque nihil fecerit operis boni quo merebatur ad fidem vocari, inuisque ita præparari, adiuuari, atrahì, seu doceri ut crederet, & credendo spiritum fidei principium omnis meriti acciperet, Augustinus itaque arguit eos qui docuerunt Deum dilexisse Iacob & populum in illo designatum, & Esau odio habuisse propter futura opera præuisa in illis, vocabulis dilectionis & odii acceptis pro prædestinatione & reprobatione, de quibus tractat scriptura, docens Deum electos ante mundi constitutionem prædestinasse, ut fiant vasa gratiæ secundum propositum suum, operando omnia secundum consilium voluntatis suæ: alios autem deseruisse in vasa contumeliæ. Nam si Deus suos electos ad primam gratiam aut auxilium, quo ad illam præparantur, prædestinasset, propter opera in iis præuisa eiusdem gratiæ meritoria, consequens esset primam gratiam dari propter merita liberi arbitrii sine gratia operantis, & ita principium salutis esse ex nobis tanquam ex nobis, & statueretur hæresis Pelagiana. Nequaquam autem reprobat beatus Augustinus sententiam eorum tanquam falsam, qui docuerunt Deum dilexisse Iacob ad præmium, tum in hac vita, tum in futuro seculo tribuendum propter præuisa ab illo opera bona, per gratiæ adiutorium futura, & alterum odisse ad seruitutem supplicii irrogandi propter futura opera mala ab æterno præuisa. Firmissima enim fide tenendum est Deum venturum esse iudicem, & vnicuique secundum opera sua redditurum, & ipsum dare gratiam & remissionem peccatorum præparantibus se, credentibus, pœnitentibus, orantibus, & supplicantibus: & ita propter opera quædam tanquam dispositiones & præparationes ad gratiam dandam ordinatas. Verùm Augustinus textum Apost. ad Roma. non secundum tales sensus est interpretatus, imò arguit eos qui sic interpretantur, tanquam non affectos illic verum Apostoli sensum, habens argumenta & rationes quibus sibi videbatur Apostolus Paulus nō loqui de dilectione qua Deus vult dare bonum aliquid propter præuisa opera quæ sunt tanquam merita, seu dispositiones & præparationes ad bonum illud, sed de dilectione prædestinationis præparantis hominem ad primam gratiam, qua valeat bene operari, & sine qua bene operari non potest: qua ita præparatur ut fiat iustus qui prius erat impius, & hunc sensum huius 9. capitis, ad Roma. delegit August. disputans cum Pelagio afferente primam gratiam dari propter solius liberi arbitrii opera: beatus autem Chrysostratus, Ambrosius, Faustus, & alii venerandi patres quibus disputatio erat contra eos qui ex textu Apostoli arbitrabantur sublatum esse liberum hominis arbitrium, ad alium quendam sensum etiam verissimum intellexerunt huius capitis doctrinam, elicientes, ex eo sententias ex quibus demonstraretur liberum hominis arbitrium, & opera illius bona & mala contra Manichæos. Non sunt igitur sententiæ patrum in hac re contrariæ, quamuis eundem scripturæ locum

*Cōsentit patres Aug. 22. circa gratia Dei.*

*B. Augustinus aliter interpretatur c. 5. ad Roma. quam Ambrosius, Chrysostratus, et alii antiqui patres.*

locum aliter interpretentur: vtrisque afferentibus sententias verissimas, ex aliis scripturæ locis euidenter demonstrabilibus, quæ omnia latè prosequitur M. N. Ioannes Driedonis in secunda parte libri de concordia liberi arb. & prædestinationis, 3. cap. in solutione tertij argumenti. Et quod eadem & omnino consentiens fuerit B. Augustini doctrina, Ambrosij, & aliorum patrum de necessitate gratiæ ad omne opus bonum & eorum initia, docet & demonstrat tertio cap. primæ partis in solutione tertij argumenti: Nullus enim patrum docuit aliquid esse hominis meritum propter quod à Deo aut vocetur, aut præparetur ut credat, & ex impio iustificetur, neque eorum aliquis docuit aliquando Pelagij hæreses: quantumlibet ipse Pelag. eas stabilire conaretur eorundem patrum sententis, ut patet ex lib. B. August. de natura & gratia cap. 16. & sequentibus, in quibus refert dicta sanctorum Hylarij, Ambr. Chrysostr. B. Hiero. imò & sua, hoc est ipsiusmet August. ad quæ responderet & ostendit eos non tenuisse ad quod Pelagius ea citabat, sed id ipsum quod ipsemet August. & semper tota ecclesia catholica ex ipsis eorum libris, maxime Ambrosij: & in lib. 1. de gratia Christi contra Pelagium & Cælestium, ca. 93. & lib. 4. Contra duas epist. Pelag. cap. 11. multa ex Amb. loca adducit: & in fine epist. ad Sixtum quæ est 96. & cap. 9. de prædestinatione sanctorum interpretatur quod scribunt sancti, quod dixerit & ipse in lib. de sex quæstionibus contra Paganos, quæst. 2. tunc voluisse apere hominibus Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando & ubi sciebat esse qui in eum essent credituri, quodque salus religionis Christianæ nulli vnquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit, dignus non fuit: ac per hoc quibus omnino annuntiata non est, non credituri præsciebantur: de quibus etiam in principio capitis sequentis, & quæst. 68. in lib. 83. quæst. Cui respondet. Vtrum prædicato Christo à seipsis habituri essent fidem, an Deo donante suscepturi, id est, vtrum tantum eos præscierit, an etiam prædestinauerit Deus, quærere ac differere tunc necessarium non putauit, & cap. 10. Si discutiatur vnde quis dignus sit, non defunt qui dicant voluntate humana: nos autem dicimus gratia vel prædestinatione diuina. Nam lib. 5. contra Iulianum cap. 3. Nullum, inquit, dignum eligit, sed eligendo facit dignum. Et lib. 1. retractat. cap. 9. & capite 23. & 24. & 26. regulam constituit quod in scripturis sacris & libris veterum commemorata gratia non excluditur libertas arbitrii, nec in huius prædicatione & inuitatione intelligenda est excludi gratia, quin potius in operibus pietatis, commemorata gratia intelligitur etiam lib. arb. & ediuersis. Constatendum est tamen quod ante exortam Pelagij hæresim nondum fuerat exactè disputatum de diuinæ prædest. & reprobationis iudiciis, quia nondum huius mysterij difficultates in quæstionem venerant, hæreticis Pelagianis nondum ecclesiam perturbantibus, ut dicit B. August. de prædest. sanctorum, cap. 14. & cap. 19. de bono persecutorum, in quibus libris respondet etiam epistolis B. Prosperi & Hylarij de Massiliensibus in Gallia, & fratribus in Aphrica offensis ex libris quos aduersus Pelagianos scripserat.

**D**OCTORES autem scholastici variè & contrariè sunt opinati de sufficientia auxilij, per quod quique credere potest, & de peccatis pœnitere: atque etiam super discriminis bonorum à malis causa & origine, ferè tamen conueniunt omnes, quod facienti quod in se est, Deus non deest in his quæ sunt ad salutem necessaria, paratus intellectum eius illustrare & inspirare salutaria: quamuis non similiter hoc intelligant & applicet. Cùm igitur, ut aiunt, in vniuscuiusque potestate sit facere quod in se est, ut credat & salutem consequatur, videtur quod cuiuslibet adulto, etiam si ethnicus sit, adest sufficiens auxilium quo credere potest, & saluus fieri, vel saltè eò peruenire ut credere possit & fieri saluus: & ita videretur principium discriminis esse in libero hominis arbitrio. Cui cōsentire videtur B. August. 2. de libero arbit. cap. 20. Ante meritum, inquit, boni operis, non parum est accepisse naturale iudicium quo mens ipsa sapientiam præponat errori, & quietem difficultati, ut ad sapientiam non nascendo sed studendo perueniat: quod si agere noluerit peccati rea tenebitur tanquam non bene vsa sit facultate ea quam accepit. Et B. Ambrosio, nulli pereuntium excusatio suppetit de abnegato lumine veritatis, quoniam siue oculte siue manifestè Christus (ut ait Apostolus) est saluator omnium hominum maxime fidelium: & B. Hieron. tractans locum Pauli ad Galat. 1. Segregauit me ex vtero matris meæ, naturaliter omnibus Dei inesse notitiam dicit, nec quenquam sine Christo nasci, & vnumquemque habere in se sapientiæ & iustitiæ reliquiarumque virtutum semina: & quod sicut sol omnes homines corporaliter illuminat, ita Deus spiritualiter illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Multo namque magis curam gerit animarum, quam corporum: Si ergo solem facit oriri super iustos & iniustos: si pluit super bonos

*In concordia gratiæ et lib. 1. arbitrii cōsentit B. Ambrosius, Chrysostratus, et alii patres.*

*Variè sententia de sufficientia diuini auxilij hominibus datur.*

*Dionysius c. 2. 9. Cælest. et alii patres.*

& malos, multo magis videtur semina fidei & pluuiam salutaris doctrinae super impios & iniustos dispergere. Sic & beatus Basilius in cap. 7. regula: & B. Chryost. neminem sine Dei noticia & amore nasci docent. Ex quibus videri possit, quod omnes gentes, idololatræ, & impij (quamuis sine fide Deo placere non possint) aliquid tamen habeant quo possint assurgere ad id quo Deo placeant, & ostium cordis aperire, quærere, pulsare, & impetrare fidem qua iustificentur. Habent nempe lumen rationis internæ, quo naturaliter cognoscunt Deum, qui intus pulsât semper, huius mundi fabricam oculis obijciendo, & fideli misericordiam & iudicium solum. Nulla est anima quantum peruersa, inquit August. cuius in conscientia non loquatur Deus, vt Paulus in Actis inquit, Deus quamuis præteritis generationibus reliquerit gentes ingredi vias suas, non tamen sine testimonio sui reliquit eas, & proinde Deum agnitionem non colentes facti sunt inexcusabiles, & traditi in reprobum sensum & in passionem ignominia, vt faciant ea quæ non conueniunt: manet tamen in peccatore sic tradito naturale lumen synderesis semper illustre: Semper namque habet facultatem discernendi inter sanctum & prophanum, licitum & illicitum, sicut dicit Apost. Gentes legem non habentes naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: per quam naturalem legem, vt dicit B. Hiero. Cain homicidia peccatum suum nouit, & Pharao per eam stimulat sua crimina confitetur, dicens, Iustus Dominus, ego autem & populus meus impius. Videntur ergo etiam ethnici habere auxilium sufficientem, quo si rectè vti vellent ad fidem qua Deo placerent, ascenderent, vt videtur accidisse in Cornelio Centurione. Et propter hanc deductionem plerique scholastici docent, quod in cuiuslibet hominis potestate positum est & relictum, quod infundatur ei fides & charitas, quamuis à se illa habere non possit. Nam aliquid facere potest, quo facta fides & charitatem, Deo dante secundum suam infallibilem ordinationem accipiat: quemadmodum qui in domo est, fenestris ex omni parte clausis, non potest se ipsum illuminare, nec lumen in oculis suis producere. fenestram tamen aperire potest, quo facto lumen ei statim accedet. Vnde Alexander de Hales, in 3. parte summa, quaest. 69. Fenestra, inquit, comparatur actui voluntario, qui est consentire vel dissentire, tenebræ comparantur peccato. vnde sicut in potestate hominis non est vt remoueat tenebras, nisi aperiat prohibens lucem, scilicet fenestram, & lux ipsa remouet tenebras: ita in potestate hominis non est vt remoueat peccatum à seipso, sed si remoueat actum suum voluntarium, scilicet dissentium à bono, & consensum ad malum, tunc remouet illud quod est prohibens gratiam: sicut fenestra prohibet lucem, & intrat gratia in ipsum, ac tenebræ diuino adiutorio remouentur. Respondet enim argumento in quo dicebatur quod ita se habet in nobis peccatum, quod est remouens lumen gratiæ, sicut fenestra clausa est in illuminare domus, si autem in homine non est vt ab eo remoueat peccatum, non est in ipso quo ad lumen diuinæ gratiæ recipiendum se disponat. Quam sententiam etiam sequi videtur Faustus venerabilis Gallia episcopus, lib. 1. de gratia Christi. Pro huius pleniore intellectu considerandum est aliud esse, hominem facere quantum in se est, & facere quantum potest ex his quæ à se habet. Nihil enim à se habet homo præter peccatum quod per vnum hominem intravit in hunc mundum, quo modo peruersus Mart. Luthe. interpretatur hominem facere quantum in se est, docens eum peccare quando facit quantum in se, art. 36. suæ assertionis. In homine autem tria reperiuntur per quæ liberum arbitrium operatur, primum est natura & quæ naturam sequuntur, secundum est gratia per Christum facta, pulsus, illustrationes, vocationes, inspirationes diuinitus immisissæ, & tertium est peccatum in natura habitans, secundum quod operantes semper peccamus. Homo autem relictus in solis naturæ talentis, per ea Deo generaliter cooperante, discernit inter multa licita atq; illicita, & pro tempore & loco potest non peccare, & iuxta Apostoli Pauli sententiam naturaliter ea quæ legis sunt facere, vt docet B. August. de spiritu & litera, cap. 26. & duobus sequentibus. Et ideo quod eiusdem libri cap. 3. dicit liberum arbitrium non valere quicquam nisi ad peccandum, si lateat veritatis via, intelligit ipsum nihil valere ad opera bona quæ valeant ad iustitiam, remissionem peccatorum, aut vitam æternam, quale bonum nemo agere potest sine cognitione veritatis, quæ est per fidem, & sine dono dilectionis, quod est charitas: & ita intentio eius est quod ad nullum meritum valeat nisi malum, quale est peccatum. Loquitur enim contra Pelagium de operibus quibus redditur merces post hanc vitam. Nam manifestum est sine gratia liberum arbitrium posse edificare domos, plantare vineas, comedere & bibere pro sustentatione naturæ, honorare & alere parentes, nolle mentiri & adulterari: sicut ipse docet lib. 3. Hypog. Et sibi contrarius esset in eodem libro de spiritu & litera, si intelligeretur liberum arbitrium

Ad Rom. 1.

Rom. 2.

Exod. 9.

Aliud est hominem facere quod in se est, aliud facere quantum potest ex his quæ à se habet. Tria sunt in homine in quibus liberum arbitrium operatur.

Rom. 3.

trium sine gratia simpliciter nihil posse nisi peccare. Docet enim cap. 27. in impiis reperiri quædam facta secundum iustitiæ regulam non vituperanda. Sine gratia igitur in talentis naturæ homo relictus agere aliquid potest, & hoc ipsum faciendo non peccare: Sed an possit se ad gratiam fidei præparare, aut gratiam gratum facientem qua à peccato liberetur, non æquè certum est. Nam B. August. in libro de natura & gratia, cap. 2. aperte docet, quod si fieri vel potuit vnquam, vel adhuc potest, vt quispiam reperitur, qui non sit vlla fide in Christum imbutus, qui vel ante Christi aduentum non audiuit hoc futurum, vt adhuc non comperit factum, & tantum credit in Deum qui fecit cælum & terram, à quo se naturaliter factum sentit, & honestis moribus viuendo Dei impleat voluntatem: Si illud inquit fieri potest, hoc ego de natura, id est, naturali lege, quod de lege Moyse dicit Apostol. Ergo Christus gratis mortuus est, ita, inquit, & ego dico, Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si enim Apostolus hoc dixit de lege quam accepit gens vna Iudæorum, quanto iustius hoc dicitur de lege quam accepit vniuersum genus humanum? Si ergo Christus non est gratis mortuus, consequens est quod omnis humana natura iustificari & redimi ab ira Dei nullo modo potest, nisi per fidem & sacramentum sanguinis Christi, & cap. 8. Rectè ergo non admittitur paruulus in regnum cælorum quamuis Christianus non solum fuerit, sed nec esse poterit. Et cap. 9. De infante modo non loquor, Iuuenis vel senex in ea regione defunctus est vbi non potuit Christi nomen audire, potuit fieri iustus à natura & libero arbitrio, an non potuit? Si potuisse dicunt, ecce (quod est crucem Christi euacuare) sine ea quenquam per naturalem legem & voluntatis arbitrium iustificari posse contendere, dicamus & hic, Ergo Christus gratis mortuus est, & quæ sequuntur. An verò homo in naturalibus suis relictus sine auxilio gratiæ, si legitime vtatur naturalibus, quamuis per hoc iustificari non possit sine fide in Christum, an tamen se aptum faciat ad accipiendum salutis auxilium à Domino, & salutarem quandam fidem, qua diuinitus illustretur, maior & perplexior est difficultas: an scilicet huiusmodi homini facienti quod in se est, seu vtenti naturalibus suis, sufficienter adsit Deus instruens eum per hominem vel angelum aut per seipsum, super his quæ sunt ad salutem ei necessaria, sicut accidisse videtur Cornelio Centurioni, Act. 10. qui antequam in Christum crederet, elemosynis & orationibus impetrauit vt ad eum mitteretur Petrus. Quod significasse videtur Paulus cap. 10. ad Romanos, dicens: Verbum prope est in ore tuo & corde tuo, hoc est verbum fidei: quasi auxilium, quo sufficientes sumus vt valeamus credere, omnium cordibus adsit, licet non omnes credant, quippe qui intus ad cor non conuertuntur vt audiant Deum intus per lumen rationis internæ loquentem, vel si audiant, obedire nolunt. Et quamuis iniuria faciat diuinæ gratiæ quisquis dixerit hominem ex ingenitis legis naturæ stimulis per vim liberi arb. posse credere, placere Deo, absque peccato, siue iuste & rectè viuere, non tamen eidem gratiæ derogare videtur, si dixerit hominem ex solis ingenitis naturæ stimulis sese modo quodam præparare, aptumq; facere ad quem adiuuandum veniat Deus: non quoddam adiuuari mereatur, vt dicit Pelagius, sed quod se tam docilem & tractabilem exhibeat vt deceat Deum, & dignum sit eius bonitate, illum adiuuare, præsertim si per lumen rationis internæ ad vnum Deum ex mundi fabrica suspiret, eumque vt parentem diligat, accolat, & iniurias sibi fieri nolens, alteri non faciat: qui etiam si passione ac infirmitate vel occasione alia victus transgrediatur naturalis legis præcepta, ingemiscit ad Deum naturalis legis & naturæ authorē. Hoc enim sonare videntur sententiæ ex Aug. & Hiero. Basilio citatæ superius: non aut quod absq; gratuito Dei auxilio ad gratiam sufficienter se præparare possit. Hoc enim falsum esse patet ex verbo Christi, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus cælestis traxerit eum. Vnde sequitur quod post lapsus Adam nemo sibi relictus facies quantum in se est ex solis naturæ talentis, si non peculiariter intus à patre trahitur, habet potestatem veniendi ad Christum, cum ex solo tractu nascatur hæc potestas: atq; ita nec sufficienter sese ad gratiam præparare quisquam potest antequam superueniat specialis tractus Dei intus suggerentis animæ, vt dissentiens à peccatis Deo consentiat, tanquam authori gratiæ gratis iustificanti. Non enim potest se homo præparare per virtutem naturæ sic vt ad gratiam sit sufficienter & vltimatè præparatus, nisi præcesserit tractus Dei inspirantis initia quædam gratuita fidei aut charitatis. Vnde & Cornelius Centurio antequam Christum iam natū & passum distinctè credidit, initia quædam habuit fidei ex qua & orabat & elemosynas dabat, non suis fidens operibus, sed diuinæ misericordiam. Homo itaq; sibi relictus absq; omni auxilio Dei gratuito faciens quantum in se est, non ita tractabilem & docilem se exhibet, vt se faciat aptū

An homo ex talis nature ad gratiam se preparare possit.

Galath. 2.

Homo iustificari non potest nisi per fidem & sacramentum sanguinis Christi.

Potestas veniendi ad Christum ex solo tractu naturæ.

& suf.

& sufficienter preparatum ad accipiendam Dei gratiam, nisi intercesserit tractus & inspiratio Dei qua accipiuntur initia quaedam fieri & pius erga Deum affectus. Quamvis enim homines secundum humanam vitam conuersionem laudabiliter secundum leges naturae uiuentes tales se praestent, qui minus sint inepti, minusq; indigni gratia accipienda, non tamen aptos se faciunt, & praeparatos eidem gratiae, propterea quod non habeant in sua potestate tollere impedimenta prius apposita, hoc est peccata: in quo se corripit beatus Thomas in prima secundae quaest. 109. articulo 6. docens hominem non posse se sine Dei gratia speciali ex viribus naturae ad fidem seu gratiam gratum facientem praeparare: cuius contrarium docuerat in 2. sententiarum dist. 28. Vbi concludit q. 3. art. 4. Et ideo aliis consentiendo dicimus quod ad gratiam gratum facientem habendam, ex solo libero arbitrio se homo potest praeparare. Faciendo enim quod in se est, gratiam a Deo consequitur: hoc autem solum in nobis est, quod in potestate liberi arbitrii est constitutum.

A solo enim Domino voluntas hominis proprie praeparatur ad fidem & ea quae sunt salutis, hoc est, ut fidem capiat vel charitatem: quamuis fortassis remota quaedam dispositio seu praeparatio fieri possit per naturam, sed haec non sufficit nisi tractu & inspiratione diuina accedente, qua trahatur & doceatur in his quae sunt salutis. Et si dicatur, Homo nondum habens fidem sua oratione potest eam impetrare, Respondetur, quod absque fide homo orare non potest. Attamen sicut iam diximus non fallit perniciosae, nec in haeresim consentit Pelagij, si quis tam pie de diuina sentiens misericordia credat omni homini adulto aliquid gratuiti auxilij pro loco & tempore adesse, quod diuinitus trahitur, ut valeat se ad accipiendam seu obtinendam gratiam praeparare: & ita neminem ex adultis sic esse derelictum per totum vitae suae tempus in solis naturae talentis, aut si fuerit sic derelictus, eundem per ea quae facta sunt, & mundi fabricam posse astringere ad cognoscendum Dei creatoris inuisibilia: ex qua cognitione si quantum in se est faceret ut Deum glorificaret, ad illumque per peccatorum remissionem suspiraret ex mera Dei gratia, prius tamen per eam attractus intus illuminaretur, vel prouideretur ei de magistro quem doceret eum super his quae credere aut facere oporteat: quemadmodum dici solet conrigisse in Cornelio Centurione Acto. 10. & in Macedonibus Act. 16. quibus quantum in se est facientibus diuinitus de magistris prouidebatur. Quo sensu videntur intelligenda esse quae superius citata sunt ex 3. lib. de libero arbit. cap. 20. Ambro. Basilio, Hieronymo in commentariis epistol. ad Galatas. Quod autem sic docens non consentit haeresi Pelagij ex hoc patet, quod Pelagius docebat hominem ex sola naturalis arbitrii possibilitate posse esse sine peccato, mereri gratiam ac fidem qua Christianus fiat, placere Deo, recte viuere, & haec solum esse Dei dona, quia Deus liberum condidit arbitrium, sine quo nemo credere potest, & praecipua dedit quibus doceret quomodo sit viuendum, & credibilia reuelauit: Illi autem docent quod ista sunt Dei dona, qui per spiritum sanctum diffundit fidem scilicet & charitatem in cordibus eorum, qui pro loco & tempore coelitus inuitati intusque vocati voluntarie consentiunt diuino spiritui reuelanti & pulsanti, non suis solum viribus, sed praecedente suauitate sancti Spiritus, ad quam praestandam eius bonitas & liberalitas inuitatur bono vsu naturalium, non tanquam merito, sed ut dispositione quam eum non decet contemnere. Sic dicit beatus Thomas materia 14. summar de veritate, quaestione 11. in solutione primi argumenti. Ad diuinam, inquit, prouidentiam hoc pertinet, ut cuilibet prouideat de necessariis ad salutem, dummodo ex parte eius non impediatur. Si enim aliquis in syluis nutriatur, ubi nihil de fide audiat nec cognoscere possit, ductum tamen rationis naturalis sequeretur cum appetitu boni & fuga mali, certissime est tenendum quod Deus ei per internam reuelationem inspiraret, quae ad credendum sunt necessaria, vel fidei praedicatorum mitteret, ut Cornelio Centurioni Petrum misit. Similiter loquuntur Alexander de Hales parte 3. quaestione 68. articulo 3. & Alciusdorensis lib. 3. quaest. 5. & Cerson de regulis morae. alfabeto 24. M. Gabriel dicit in dist. 22. 2. sentent. dubio primo. Nullum enim est periculum haeresis Pelagianae, quando auxilium sufficiens, quo possent salui fieri, non ponitur esse naturae talentum, sed fides, aut excitatio ad fidem, aut initia quaedam fidei. Nec tamen omnino simile est, quod adducitur de homine in domo clausa, qui etsi non possit illuminare domum, potest tamen facere aliquid quo facto domus a sole illuminabitur. In hac enim similitudine cauendum est ne homo arbitretur suis viribus absque Dei auxilio posse ostium cordis aperire: sed quemadmodum languidus in domo clausa nequit absque adiutorio sese erigere ad aperiendum fenestram, sic nemo, nisi diuinitus attractus potest ostium cordis sui aperire Deo pulsanti. Nam & ipse interior pulsus est quidam animae tractus. Possumus quidem

Non sentit et Pelagio qui dicit nemini deesse auxiliu sufficiens ad salutem.

Interior pulsus est animae tractus ut ostium aperiat.

quidem ex nobis aliquid facere quo accipiamus Dei dona, sed non ex nobis solis, sed diuino spiritu excitatis & attractis. Certum est nos, inquit B. Augustinus, credere si volumus, & seruare mandata si volumus, & bene viuere si volumus, Deum intrare ad nos si aperiemus illi corda, eum nos suscipere si ad illum confugiamus, & accedamus ad thronum illius: sed ut haec velimus, aperiemus, & tantum velimus quantum sufficit ut mandata faciamus, adiuuatur & praeparatur voluntas a Domino. Proinde interrogantibus nos, Cur non omnes quibus euangelium praedicatur credant & resipiscant, cum Deus velit omnes saluos fieri? bene respondetur, quia non omnes qui audiunt volunt credere, non omnes vocati volunt resipiscere & poenitere: Credere enim & poenitere, sunt a libero hominis arbitrio calicis attracto. Si vero ultra interrogemur, cum Deus in sua potestate omnium habeat corda, quare non omnium corda sic praeparat, attrahit & suadet, qualiter aptum nouit ut non contemnant, sed velint & obediant: cur non praeparat illis auxilia quibus illos scire obedituros? Iterum forsitan respondebimus, quia Deus quoscunque trahit, sic trahit ut eos dimittat in libero arbitrio, ex quo qui contemnant, aut reluctantur Deo vocanti, aut negligenter audiunt, suo merito malo se faciunt indignos, & permittuntur ire secundum desideria cordium suorum mala: Sed per hoc factus sit interrogantibus cur quidam credunt, & alij permittuntur ire secundum desideria sua: At si rogetur, cur Deus omnipotens habens in sua potestate omnium hominum corda, non sic ea omnia trahat, ut velint credere, cur dimittens omnes in libero arbitrio, habens in sua potestate illos trahere quando vult, cur non secundum aeternum suum propositum omnibus praeparat auxilia per quae obedirent, nec contemnerent, nec euangelium audiret negligenter? Haec certe quaestio inquit occultissima diuinae sapientiae iudicia, & eius quaerit rationem, quod ab hominis intellectu est impenetrabile, nec ad hominis voluntatem vilo modo referri potest, qua faciunt quod in se est: quod etiam facere non possunt, nisi speciali Dei directione tanquam naturae auctoris & directoris. Ex quibus manifestum est ad quid condidit & valere possit, quod homo faciat quod in se est ex solis naturae dotibus, sine gratuita Dei praeparatione, sine qua nemo fidem vel initia fidei accipere potest, ad quam tamen utcumque praeparatur bono vsu naturalium. Homini vero iam iustificato quantum in se est facienti ex spiritu inhabitante, & auxiliis quae semper praesto adsunt, nunquam deest Deus in his quae sunt, & ad permanendum in iustitia, & ad salutem necessaria. Spiritus enim Dei inhabitans paratus est adiuuare imbecillitatem eius, ad Roma. 8. cap. de quo etiam variae sunt promissiones Dei in scripturis, Non te deseram neque derelinquam, ita ut confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo: & similitudines superius citatae ex Hiere. cap. 3. & Esai. cap. 49. Insuper & homini nondum iustificato, imò nondum fidem habenti, tamen ad accipiendam gratiam fidei attracto, Deus in necessariis ad salutem non deest, si sic attractus, quantum in se est Deo adiuuante faciat, & colat atque custodiat semen cordi diuinitus insitum. Ex multis enim scripturis notum est Deum adiuuare, illuminare, & suscipere homines etiam non iustificatos, sic tamen attractos, si quantum in se est faciant, & non in vanum gratiam hanc Dei suscipiant. Nam ipse dat spiritum bonum petentibus se, ipse prope est omnibus inuocantibus se, aperit pulsantibus, illuminat omnes accedentes ad se, inuenitur ab his qui fidem habentes in illum, quaerunt eum ex toto corde suo. & Iacobus ait, Si quis vestrum indiget sapientia postulet a Deo qui dat omnibus affluenter & non improperat. Omnis qui petit accipit, qui quaerit inuenit, & quicquid ad salutem est ei necessarium. Proprie itaque & simpliciter verum est de iusto & etiam impio diuinitus attracto, quod nunquam ei Deus deest in his quae sunt ad salutem necessaria: & ideo comunem hanc sententiam quae dicit, quod Deus adest facienti quod in se est in necessariis ad salutem, B. Tho. in 1. 2. q. 109. art. 6. in solutione secundi arg. & in art. 3. q. 112. in solutione primi arg. intelligit de faciente quod in se est, praevento per motionem diuinam. Et in 4. dist. 17. q. prima ar. 2. Et de veritate materia 28. dicit quod nemo facit quod in se est, nisi affectu & desiderio conuertatur ad Deum per spem & amorem, & peccatum detestatur. Et Cardinalis Caiet. in art. 6. q. 109. 1. 2. dicit quod commune dictum, Homo faciendo quod in se est, disponit se ad gratiam, intelligitur de dispositione & praeparatione non simpliciter, sed quantum est ex parte sua: & rursus de dispositione simpliciter accipiendo, intelligitur ut faciat quod in se est, motus specialiter a Deo, obsequendo videlicet diuinae motioni: & B. Thomas (inquit) dicta sua in secundo Senten. ad meliorem sensum hic reduxit, declarando & addendo. Et similiter B. Bonauen. dist. 28. 2. Senten. art. 2. quaest.

Cur non est credant qui audiunt euangelium, nec se huantur qui vocantur.

Deus quoscunque trahit, ita trahit ut eis velint quaerit libertatem se querendi.

Ad quid con ducit facere quod in se est ex solis naturae dotibus.

Hebr. 13.

Cap. 3.

Luc. 11.

Quid si hominem facere quod in se est

quæst. i. in solutione argument. Argumentatur enim, Sufficienter ad gratiam se disponit, qui facit quod in se est: facere autem quod in se est dicitur homo, quando facit illud quod in sua est potestate, sed liberum arbitrium omni gratia destitutum potest facere quod in sua est potestate: ergo se disponere ad gratiam gratum facientem. Cui respondet. Facere quod in se dupliciter exponitur: vno modo potestati, quia facit aliquid ordinatum ad gratiam, & tantum quantum potest: & hoc modo veritatem habet sermo prædictus. alio modo potestati, ut dicatur facere quod in se est quia facit quod potest, quavis illud non sit ordinatum ad gratiam susceptionem: & hoc sensu prædictus sermo non habet veritatem. Qui enim hoc modo facit, quod in se est, nihil facit respectu gratiam suscipiendæ. Plenè etiam explicat Alexander de Hales, quæst. 99. art. 3. ad 6. argumen. quid sit facere quod in se est. Et doctores hac sententia vtentes citant scripturas quæ loquuntur de iustificatis, vel saltem de fidelibus aut attractis: his enim non deest in necessariis ad salutem procurandam, aut perseverandum & progrediendum modò iugiter orent ne intrent in tentationem, vtq; perficiat Deus quod incepit. Confidens ait Apost. Paulus ad Philippens. i. quia qui cepit in vobis opus bonum perficiet vsque in diem Christi Iesu, sicur est mihi iustum hoc sentire de omnibus vobis. Quod tamen Deus adest etiam facienti quod in se est, ex puris naturalibus ad illustrationem & instinctus diuinos, ad quos ex immensa erga peccatores charitate inuitatur, non autem ex vllò merito aut dignitate piè creditur, sed quòd semper & quasi ex infallibili ordinatione eis adfit, vt necessaria salutis largiatur, diximus superius ex scripturis non certò constare posse, piè tamen hoc confidimus, nec de aliquo desperet. Et ideo alia est ratio quòd ad hanc assentiam de paruulo baptizato, & à paganis sublato, & alio non baptizato, qui in locis educantur vbi de Christo & religione nostra nihil auditur. Illi enim postquam ad ætatem peruenerit adultam, si faciat quantum in se est, non deerit Deus in his quæ sunt necessaria ad salutem propter spiritum sanctum inhabitantem, & custodientem omnem hominem iustum qui est Christi membrum, si faciat quantum in se est: id quod non ita certum est de alio paruulo non baptizato. Nam & doctores scholastici super hoc non conueniunt, an omnibus adfit saltem aliquando auxilium sufficiens in hac vita, per quod pœnitere possint, & ad Deum se conuertere, & est inter eos super illo opinio contrarietas. Nam quòd huiusmodi auxilium nulli negetur, dicit Nicolaus de Lyra super verbum Iacobi 4. Appropinquate Deo & ipse vobis appropinquabit, Sicut Deus, inquit, influxu generali conuertit omnia ad seipsum, sicut ad finem vltimum secundum esse nature, sic influxu speciali conuertit humanam naturam ad se sicut ad finem supernaturalem. Nec hic influxus specialis & motio diuina siue instinctus quo mouet humanam naturam ad bonum meritorium alicui negatur, quamdiu est in hac vita præsentis, sed homines diuersimodè ad hunc instinctum se habent: quia aliqui acquiescunt & sequuntur, & sic ad gratiam habitalem de congruo disponuntur quibus Deus eam dat, per quam meritorie operantur: alij resistunt instinctui, & sic meritò eis hæc gratia negatur. Patet ergo quòd dispositio ad gratiam de congruo quæ fit ab homine modo prædicto, præcedit collationem gratiam habitalem quæ est à Deo: & sic dicitur appropinquate Deo & c. Veruntamen hanc dispositionem præcedit diuinus instinctus aut motio ad bonum meritorium, ad quod natura hominis de se non potest assurgere: & sic dicit Saluator Ioannis 6. Nemo potest venire ad me. Et idem dicit super verbo Apocal. 3. Ego sto ad ostium & pulso, nisi quòd hîc paulo restrictus loquitur, dicens, quòd talis influxus Dei communiter fit omnibus hominibus quàm diu sunt in vita præsentis, non ita absolutè vt nulli negetur. Et eiusdem sententiæ videtur esse Alexand. de Hales, quæst. 69. art. 3. tertiæ partis summæ, vbi quærit, An omni facienti quod in se est detur gratia. Deus inquit benefacit omnibus quantum est de se, non tamen in omnibus efficitur bonum, propter defectum recipientis, non autem summæ bonitatis te ponit exemplum, Si quis proppergeret eleemosynam duobus pauperibus, & vnus extenderet manum & non alter, ille qui manum extenderet reciperet donum non alter, ita Deus semper porrigit omnibus gratiam suam, non tamen omnes extendunt manum, id est, voluntatem siue consensum suum. Cui cò sentire videtur beatus Anselmus in lib. de casu diaboli, vbi quaerens quare Lucifer non habuit perseverantiam, an quia Deus non dedit, an quia ipse quod offerebatur non accipit, determinat quod non habuit, non quia Deus non dedit, sed quia ipse non accipit cum Deus paratus esset dare. Ex quo similiter argumentum fit, Si aliquis homo non habet gratiam, hoc est, non quia Deus non dat, sed quia ipse non vult, nec paratus est accipere. Secundum hanc viam magis apparet inexcusabilitas hominum si peccata non caueant, aut per

Alia est ratio paruuli baptizati & non baptizati, si ambo apud Ethnicos educantur.

aut per pœnitentiam non resurgant: quia si non negetur auxilium sufficiens ex parte Domini, manifestum est ex parte ipsorum esse, si peccata non vitent, vel non pœniteant. & hoc modo planissimè saluator sententia Apoc. i. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri, quia dat auxilium sufficiens, quantum est ex parte ipsius quo omnes homines ad salutem perueniant, nec ipsius est, sed eorum defectus, si non saluentur: quamuis & plures aliæ sunt huius authoritatis expositiones, vt videre licet apud August. Et hanc expositionem magis acceptat Ioannes Scotus circa distinct. 46. primi senten. in solutione ad primum dicens, quòd licet dictum Apostoli exponi posset secundum distributionem accommodam pro omnibus qui salui sunt, multo tamen melius exponitur de voluntate antecedente, pro quanto dedit eis dona naturalia & leges rectæ rationis, & adiutoria communia sufficientia ad salutem. & paucis interpositis, Quamuis inquit Deus non habeat voluntatem beneplaciti ad istum saluandum, tamen vult ei dare adiutoria communia ad salutem omnium antecedentia, quibus etiam ipse bene viuere potest & saluari si velit: propter quæ dici potest quod vult omnes homines saluos fieri, quantum est ex parte sui. Et fundatur hæc opinio super sententia Apocal. 3. Ecce ego sto ad ostium, & c. quæ quum generalis sit, videtur nulli deesse pulsatio Dei ad ostium cordis, per quam intelligitur auxilium Dei gratuitum, per quod excitatur voluntas ad bonum, & insinuat auxilium esse sufficiens. cum dicat, Si quis mihi aperuerit, & c. Deus etiam omnes inuitat absque distinctione, vt conuertantur ad ipsum, & pœnitentiam agant. Ezechie. 18. Conuertimini & agite pœnitentiam: facite vobis spiritum nouum, & cor nouum: & similiter Ioelis 2. Et saluator. Venite ad me omnes qui laboratis. Vana autem esset huiusmodi vocatio si dirigeretur ad eos quos sciret non posse conuerti & pœnitere. Cum ergo sine gratuito Dei auxilio nemo hoc possit, sequitur quòd Deus omnes ad pœnitentiam vocans nulli negat huiusmodi auxilium, quòdque illud sit sufficiens ex parte Dei. Idem etiam ostenditur ex longanimitate Dei. Nam peccatores expectat ad pœnitentiam, 2. Petri vltimo: & indistinctè dicit, Nolo mortem peccatoris. Vana autem & stulta videretur expectatio ad pœnitentiam, vt pote impossibile, nisi adesset sufficiens auxilium. Et addunt, Si quibusdam huiusmodi auxilium negaret, maxime illis quibus sciret ipsum non profuturum, & c. hoc est, qui sequi nollèt, sed nec talibus ipsum negat, qui loquitur ad Hierusalem. Quoties, inquit, volui congregare filios tuos, & c. dicens, Volui congregare, significat se ad auxiliandum paratum: dicens autem, Et nolui, insinuat eos repulisse. Et scriptura de Cain Genes. 4. Subter te erit appetitus tuus, significat huiusmodi auxilium gratuitum adfuisse, sine quo non poteret dominari super appetitu suo. Addunt præterea, Si quibusdam peccatoribus huiusmodi auxilium negatur, sequitur huiusmodi non posse conuerti & pœnitere, atque ita præceptum de agenda pœnitentia eos non astringere, cum nullus ad impossibile obligetur. Ex quo vltierius sequitur quòd excusentur, si non pœniteant à nouo peccato. Pro hac opinione videtur esse definitio Concilij generalis de summa Trinit. & fide cath. cap. Firmiter, quod habet de baptizatis, Si post susceptionem baptismi quisque prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper pœnitentiam reparari. Multa etiam pro ea adducit sanctissimus Dominus Adrianus sextus in 1. quæst. de pœnit. lib. 4. sentent. Adduximus etiam superius plurima pro hac pia credulitate. Alia tamen opinio magis consentanea est Augustino & patrum Concilij, quod non omnibus Deus concedit tale auxilium: sed sicut mera voluntate prædestinat aliquos ad salutem, quibus ex sola bonitate sua disponit dare bona gratuita necessaria ad salutem, ita mera voluntate, non propter præuisam aliquam rationem ex parte reprobatorum, aliquos reprobat à gloria. Non est ergo paratum quantum in se est dare illis gloriam nec finalem gratiam, & pari ratione nec auxilium gratuitum ad tenendam & recuperandam huiusmodi gratiam. Quam sententiam præter videtur processus Apostol. ad Roma. 9. Et huius opinionis est Grego. de Arimino & eius sequaces: qui positionem prædictam Ioannis Scoti dicit esse falsam, eamque impugnat tribus rationibus, quarum prima est de paruulis discedentibus in vteris matris vel sine baptismo, quibus non dat Deus adiutoria sufficientia antecedentia. Secunda quia non est adiutorium sufficiens sine fide quæ donum Dei est, nec tamen omnibus à Deo datur. Et simile argumentum fieri posset de aliis gratuitis donis ad salutem necessariis. Tertia est, quia si dicitur Deus velle omnes homines saluos fieri, quia omnibus vult, & dat antecedentia sufficientia, multo fortius dici possit quòd vult omnes antecedenter peccare, quia dat antecedentia quæ ad peccatum sufficientiunt: cuius etiam sententiæ videtur esse Isidorus lib. 2. de summo bono, ca. 15. Nonnulli, inquit, ita despiciuntur à Deo,

In Enchirid. ca. 103. & de cor. gratia cap. 14. & 15

Math. 11

Ezech. 18

Math. 23

Opinio dicit non omni homini dari sufficiens auxilium ad salutem conuenienter est Augustinus et patribus.

Argumenta pro 2. opinione.

vt deplorare sua mala non possint. Pro qua opinione multa etiam adducuntur argumen-  
 ta. Nam ad Roman. 9. concludit Apostolus de Deo, igitur cuius vult miseretur, & quem  
 vult indurat, equaliter indurationem peccatoris diuinæ ascribens voluntati, sicut ele-  
 ctionem & misericordiam: ascriberetur autem induratio soli peccatori recusanti acci-  
 pere oblatam gratiam vel adiutorium, si Deus sufficiens auxilium ex parte sua paratus  
 esset cuiilibet communicare. Nam indurat Deus quando non communicat gratiam pec-  
 catori, qua possit cor eius ad penitentiam emolliri. Aequaliter etiam ascribit Apo. nu-  
 dæ voluntati diuinæ electionem & reprobationem dicens, Non ex operibus, sed ex vo-  
 cante dictum est. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, adducens exemplum de Pharao-  
 ne & de luti figulo, qui sua voluntate ex eadem massa facit vnum vas in honorem, & al-  
 terum in contumeliam: Deum autem aliquos reprobare est non velle vel nolle eis dare  
 gratiam finalem, & per consequens nec adiutorium, per quod eam recuperare, aut in re-  
 cuperata perseverare possint. Nam saepe dicit B. August. & præcipue in epistola ad Vira-  
 lem, & de prædestinatione sanctorum, cap. 8. & 6. & de bono perseverantia, cap. 8. Et En-  
 chirid. cap. 103. quod quibusdam Deus nolit dare gratiam. Citant etiã Ecclesiasten, ca. 7.  
 Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexit. Non autem vide-  
 tur sufficiens auxilium ad salutem offerre his quos ipse despexit: & clarissimè dicit B.  
 August. de Tyrrii & Sidonii, quod eis negatum est vnde crederent, quia non erat eis da-  
 tum vt crederent. de bono perseverantia, ca. 14. Quibus igitur non est datum penitere,  
 nec eis datur auxilium sufficiens quo peniteant, Ioan. 12. dicitur de Iudæis, quod credere  
 non poterant, quamvis coram eis multa fierent signa, quia excæcavit Deus oculos eorū,  
 & induravit cor, quibus propterea nõ videtur concessisse sufficiens adiutorium quo cre-  
 dere poterant & saluari. Est præterea argumentum quod valde ponderant, Si, inquit, cõ-  
 municetur omnibus hominibus sufficiens auxilium, sequitur quod per illud non discer-  
 nuntur peccatores qui conuertuntur, ab aliis qui non conuertuntur: quæritur ergo per  
 quid primo ab illis discernuntur, & non videtur quod aliunde, quam quia consentiunt,  
 & sequuntur illud auxilium, quod alij non sequuntur: & si sic, qui conuertitur se primo  
 discernit ab eo qui non conuertitur contra Apostol. prioris epist. ad Corinth. Quis te di-  
 scernit? Harum autem opinionum prior magis videtur commendare diuinam boni-  
 tatem, vt pote quæ sic sit sui ipsius diffusiva, vt nulli neget adiutorium sufficiens ad salu-  
 tem: altera magis videtur ostendere Dei iudicium & diuinam libertatem, per hoc quod  
 quibusdam vult dare salutem & adiutoria sufficientia, & aliis non vult dare tanquam  
 Dominus vitæ & mortis. Quæ autem earum sit verior difficillimum, vt diximus, est  
 iudicare. Diximus autem superius pie credendum esse, & valde probabile, quod cui-  
 libet adulto habenti vsum liberi arbitrij communicatur sufficiens adiutorium, quantum  
 est ex parte Dei, quo possit credere, penitere, & ad Deum conuerri, sed aliquando,  
 non semper. pro quo superius citauimus scripturas & patrum sententias. Quoties autem  
 & quando Deus hoc auxilium communicet ad occulta diuinæ prouidentia decre-  
 ta & multam iudiciorum eius abyssum pertinet, & quandoque aliquos iustissimè de-  
 serit in hac vita, sed an sic deserat, vt penitere non possint, maxime fideles, statui via-  
 toris adhuc à Domino peregrinantis conuenire non videtur: quædam tamen sancto-  
 rum dicta hoc sonant. Est autem considerandum pro pleniori intellectu, quod tripli-  
 citer se homo habere potest ad huiusmodi auxilium seu diuinum instinctum: primo illi  
 renitendo: secundo nec consentiendo, nec renitendo: tertio illum sequendo. Primum  
 ex se potest voluntas, & ne faciat monet propheta, Hodie si vocem Domini audieritis,  
 nolite, &c. Secundum etiam ex se potest, similiter & tertium, præsupposito tamen  
 huiusmodi auxilio: &, vt diximus, probabiliter, sine vilo alio vteriori auxilio. Et si  
 dicatur sine vteriori adiutorio voluntatem non posse consentire, & sequi diuinum  
 hunc instinctum, videtur tunc quod media illa dispositio voluntatis quæ est nega-  
 tiua, scilicet non reniti, sit talis vt congruum sit & deceat bonitatem Dei vterioris au-  
 xilium ad consentiendum & sequendum non negare. De dispositione autem hac me-  
 dia & negatiua dicit Henricus Gandensis 4. quodlib. quæst. 19. quod si sint duo homi-  
 nes habentes vsum liberi arbitrij infideles vel fideles, quorum corda aliquo motu gra-  
 tia præuenientis stimulat Deus ad bonum spirituale, & vnus respuat, recalcitret, &  
 contradicat, alter verò negatiuè se habeat, nec resistendo, nec contradicendo: quamuis  
 nullum motum bonum eliciat, non est, inquit, congruum vt Deus equaliter se ha-  
 beat erga istos duos. Nam contradicens fortè mortaliter peccat & meretur aternã dam-  
 nationem: alter verò quamuis nihil meretur, congruum tamen est vt diuina liberalitas  
 ei pro-

Cap. 4.  
 Collatio hanc  
 inter se opi-  
 nionum.

Tripliter ho-  
 mo se habere  
 potest ad in-  
 stinctus Dei.  
 Psal. 94.

ei prouideat de adiutorio gratiæ vterioris, quo possit de peccatis verè penitere, et quod-  
 lib. 8. quæst. 5. ponit quandam scalam seu processum ab huiusmodi dispositione negatiua  
 per diuersos gradus ad gloriam, & ait, Sicut post primam admonitionem qua Deus prin-  
 auenit peccatorum bonus vsum liberi arbitrij saltem negatiuè est ratio conferendi primam  
 gratiam gratificantem, sic bonus vsum in cooperando gratiæ gratificantis est ratio augmen-  
 tandi ipsam, cuius augmentatæ vsum bonus ratio est ipsam perficendi: & bonus vsum gra-  
 tiam perfectæ, finaliter eam custodiendo, est ratio conferendi gloriam. Notat tamen  
 in quodlib. 4. quod gratia gratificans non habet aliquam rationem præcedentem meriti-  
 toriam de digno, sed de congruo tantum. Quæ hoc modo declaratur, Quum Deus pul-  
 sat ad osium cordis per suos instinctus ad bonum, si voluntas renititur, iuste hoc auxi-  
 lium ei subtrahitur, quãdiu diuina prouidentia hoc decreuerit: & si iterum clementer  
 pulset, & ei resistatur, & hoc multoties contingat, tandem post huiusmodi repulsam fie-  
 quentem quosdam Deus deserit, negando eis deinceps tale auxilium gratuitum exhibe-  
 bere, quos propterea despiciere dicitur: de quibus Ecclesiastes, Considera opera Dei, cap. 7.  
 quod nemo corrigere possit quem ipse despexit. De his loquitur Isidorus de summo  
 bono libro 2. cap. 15. qui post verba superius citata subiit; Ingemiscendum est iugiter,  
 & postposita securitate lugendum, ne Dei iusto iudicio & secreto deseratur homo, &  
 perdendus in potestate demonum relinquatur: vbi loqui videtur de deseritione Dei fi-  
 nali. Nam nonnullos ad tempus relinquit, & non finaliter, docet D. Gregorius in com-  
 ment. super Iob circa locum cap. 30. Non fuit qui ferret auxilium; Omnipotens, inquit  
 Deus, quos in aeternum diligit, aliquando ad tempus relinquit. Et de Antichristo &  
 aliis quibusdam qui pertinent ad mysteria eius, doctores quidam scribunt quod finaliter  
 & simpliciter tandem eos Deus deserit, & illum maxime quise dicit esse Deum, &  
 extollet super illud quod dicitur Deus. De Pharaone idem diximus superius scripsisse Re-  
 uerendissimum dominum Rossensem, & Thostatium episcopum Abulensem super Ex-  
 odo: Rationes autem pro prima opinione adductæ, non aliud probant quam auxilium  
 istud omnibus & singulis adesse non semper, nec pro tota vita, sed solum secundum di-  
 spositionem diuinæ prouidentia, vt diximus; nec Deus ad penitentiam omnes & sem-  
 per expectat, sed postquam frequenter neglectus fuerit iustissimo iudicio eos deserit (se-  
 cundum hanc opinionem) quos tamen viuere permittit ad purgationem & exercitium  
 bonorum, vel vt aliquod felicitatis temporalis pro bonis operibus per eos factis acci-  
 piant. De his verò quos non penitet ob defectum auxilij, dicunt quidam hanc impo-  
 tentiam non excusare à peccato, si eos non penitet, ex eo quod sua culpa in eam vene-  
 runt, & in tempore & statu sunt penitendi, sed noquam culpam non contrahunt, quam-  
 uis ira Dei maneat super eos propter peccata præcedentia. Alij dicunt quod in scrip-  
 turis, non ab omni homine Deus exigit, vt illum peniteat & conuertatur, sed ab eo dum-  
 taxat ad quem huiusmodi præceptorum excitatio & monitio potest peruenire.  
 Dicunt enim quod animæ non deputatur in peccatum quod non querit Iesum, quod  
 non inuocat, quæ nondum vt hæc possit, accipit: quod certum est, de pueris & adul-  
 tis tamen scriptura ad huiusmodi opera generaliter, significans neminem saluari a-  
 dultum absque motu & consensu propriæ voluntatis. Et ad argumenta, secundæ opi-  
 nionis dicitur, quod Apostolus indurationem attribuit diuinæ voluntati, quia gratia  
 gratum facientis, viuificantis, & mollificantis priuatio & subtractio, in qua induratio  
 consistit, vt docet post beatum Augustinum Magister in distinct. 40. primi Sententia-  
 rum) est à Deo, sed ob culpam hominis præcedentem: & ideo causam habet ex par-  
 te hominis: quamuis non aeterna Dei reprobatio. Nec sequitur ex eo quod quibusdam  
 Deus non vult dare gloriam nec finalem gratiam, quod nolit dare auxilium gratui-  
 tum, quod, sicut alia gratia gratis data, conceditur etiam multis reprobis, qui & si  
 huiusmodi auxilio sufficienti possint non reniti, & consentire, & peruenire ad finalem  
 gratiam, non tamen hoc facient, si eos ab aeterno reprobauit Deus. Nec ex verbis Sal-  
 uatoris, nec B. Augustinus concludi potest Tyrrii, & Sidonios non habuisse sufficientes  
 adiutorium, aut eis defuisse instinctum interiorem diuinum, quo stimularentur ad bo-  
 num, sed solum quod negatum est eis auxilium abundans, quod si priori auxilio suf-  
 ficienti Deus adiecisset, operationem scilicet miraculorum, moti fuissent ad peniten-  
 tiam, ad quam ex priori quamuis sufficiente moti non fuerunt: & ex opposito illi de  
 Capharnaum & Corozaim habentes etiam abundans auxilium, mala voluntate reni-  
 tebantur, nec penitentiam egerunt. Illud autem quod dicitur peccator à nõ peccatore,  
 Y 2 est ipsa

Opinio Henr-  
 ci de Gãdano  
 de prepara-  
 tione ad gra-  
 tiam & aug-  
 mentum eius

Cap. 7.

Responsio ar-  
 gumentis pri-  
 mæ opinionis

Ad argumen-  
 ta secundæ  
 opinionis res-  
 ponsio.



Solutio argumenta Gregorii de Armino.

est ipsa grata sive spiritus Christi inhabitans, qui est à Deo tantum. Per hoc enim quod peccator non remittitur diuino instinctui, aut illum sequitur, non ponitur ad statum iustorum quamdiu spiritum Christi non accipit. Nihil etiam concludunt argumenta Gregorii de Armino contra positionem Scoti. Nam primum est de paruulis qui relinquuntur in peccato originali, in quibus non habet locum hæc quæstio, sed in adultis tantum, qui compotes sunt liberi arbitrii, & capaces diuinæ morionis & instinctus ad bonum. Et ad secundum dicitur, quod quisque fidem habere potest, sicut diximus superius, & paratus est Deus fidem dare, & alia auxilia ad salutem necessaria. Queritur enim hic magis an Deus paratus sit omnibus auxiliū & media salutis conferre, si per nos non prohibeatur, quam an ea nobis conferat, de quo B. Thomas distinctione 28. super secundo sententiarū quæstio. 4. in solut. 4. arg. Multa etiam de hoc quod vnusquisque aliquando intus ad fidem inuitatur diximus supra. Item nec sequitur, quod Deus antecederet velit homines peccare, si hoc modo omnes saluos fieri velit, quod dat auxilia antecedentia que sufficiunt ad operandum salutem. Quia principia quibus abutimur ad peccandum, non sunt nobis data ad illum finem: data sunt autem, vt nostram operemur salutem. Ex quibus manifesta est responsio ad primam & tertiam quæstionem superius propositas: manifesta est etiam responsio ad quæstionem secundam, quæ erat. An gratia data à Deo alij per naturam & vim liberi arbitrii vtantur, & alij per eandem eam reiciant. Ostendimus autem quod per naturam & vim liberi arbitrii alij vtuntur gratia, adiuti, tracti, ac siua si diuinitus, alij eam reiciunt & contemnunt, concupiscentia sua abstracti & illecti. Liberi enim arbitrium; neque peccati in natura habitans, neque per gratiam quicquid agit, quod non agit per naturam suam, quæ tam peccati quam gratiæ est subiectum seu fundamentum: non enim est actio libera, nisi per naturam liberi arbitrii, quæ omnis libertatis actionum est principium, vsus autem gratiæ & neglectus libera sunt actiones. Quod autem opus gratiæ opus est, & quod liberum est, habet à natura liberi arbitrii: sicut quod opus pietatis est, à gratia: & vt opus pietatis est à libero habet arbitrio gratia adiuta, sicut frequenter dictum est superius.

Circa concordiam gratiæ et liberi arbitrii sunt multæ sunt difficultates, in quibus licet tunc in suo sensu abudare, cano. 12.

Canone 8.

Lib. 3. Hypothesis Catholicum non est qui negat liberum arbitrium.

Manifestum est ex nunc dictis quod totus articulus est certa fide tenendus, quamuis plurimæ circa ipsum contingunt difficultates, de quibus à doctoribus catholicis in vtriusque partem disputatur probabiliter, circa quas etiam licet vnicuique in suo sensu abundare: propter quod Cælestinus papa post regulas fidei de gratia & libero arbitrio addidit, profundiores verò difficilioresque partes occurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis resisterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus astringere: quia ad constendum gratiam Dei, cuius operi & dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quicquid secundum prædictas regulas Apostolica sedis nos scripturæ docuerunt: vt prorsus non opinemur catholicum quod apparuit prædictis regulis esse contrarium. Inter quas regulas, vna est quod à auxilio & munere Dei non auferatur liberum arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prouidum. Quia præparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei, vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium; & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium. Et concludit beatus Augustinus. Est igitur liberum arbitrium, quod quisquis esse negauerit, catholicus non est: & quisquis sic esse dixerit, quod sine Deo bonum opus, id est, quod ad eius sanctum propositum pertinet, nec incipere, nec perficere possit, catholicus est. Quomodo vnicuique secundum suam opera redderetur in die iudicij, nisi liberum esset arbitrium? In omni itaque opere sancto prior est voluntas Dei, posterior est liberi arbitrii, id est, operatur Deus, cooperatur homo. Omnis ergo Christianus cui iam donatum est posse per gratiam, vt Dei faciat voluntatem, abundare debet in operibus bonis: quia labor eius non erit inanis in Domino: sic tamen vt non in se, sed semper in Domino gloriatur, cuius gratia eruditur abnegare impietatem & secularia desideria, vt sobrius, iustus, & pius viuat in hoc seculo. Nemo sit segnis & remissus ad seruendum Deo; nec sic de gratia confidat tanquam Deus liberi arbitrii eius, quod per mortem filij sui reparauit, & sibi præparauit, opera nõ requirit: Vigilet, quærat, petat, pulset, contondat vincere seculum, Deo placere: sic, vt dum per mundi pelagus currit, amore gratiæ ceruicibus retinendum fiducia liberi arbitrii nõ soluat: quia siue in prospero cursu ne extollatur, siue in tempestate tentationum ne mergatur, eius gubernaculo, quoadusque ad portum Paradisi perueniat, poterit

erit permanere securus, & cum impleuerit cursum fidenter dicat cum Paulo, Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, &c. Hæc enim ille cum diceret, non in se, sed in Domino gloriabatur. Item principio 3. lib. Hypognost. inquit idem August. ipsum liberum arbitrium hominibus esse certa fide credimus & prædicamus indubitanter, habes quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum quæ ad Deum pertinent, sine Deo aut inchoare, aut certe perficere, sed tantum in operibus vitæ præsentis tam bonis quam etiam malis. Et in Pelagio damnatum est, quod non est liberum arbitrium, si Deum indiget gratia. Item aliud quod penitentibus venia datur secundum laborem & meritum eorum. Est igitur totus hic articulus certa fide tenendus, & cuiuslibet particulæ eius contrarij, & erroneum est & hæreticum.

2. Timoth. 4. Idem docent canones 4. 5. & 6. concilij Tridentini de iustificacione

Am reliquum est vt proponamus aduersariorum sententias, & eorum argumentis respondemus. Martinus Lutherus primo docuit liberum arbitrium passiuè tantum se habere in moribus fidei, spei, & charitatis, nullamque habere actiuitatem nisi in actibus externis siue imperatis, ait enim libro quem in scribit, Operationes in Psalmos, in digressione quam facit.

Sententia Lutheri de libero arbitrio.

Error est itaque liberum arbitrium habere actiuitatem in bono opere, quando de interno opere loquimur. Velle enim illud quod credere, sperare, diligere iam diximus, est motus, raptus, effectus verbi Dei, & quadam continuata purgatio & renouatio mentis & sensus, de die in diem in agnitionem Dei, licet non semper æquè intensa sit illa passio, tamen semper est passio. Ecce, inquit Hier. 18. sicut lutum in manu figuli, ita vt domus Israel in manu mea. Quid obsecro actiuitatis habet lutum, quando singulus formam ei assignat, Nonne mera passio tibi cernitur: quæ tamen proficit de sua deformitate in formam similem artificis Idæi. Ita per spem tribulatione operante ante nascentem, diuina imagini conformamur, & creamur ad imaginem, iuxta Paulum, eius qui fecit nos. Voluntas verò incarnata, seu in opus exterium effusa, potest dici cooperari & actiuitatem habere: sicut gladius in suo motu prostrans nihil agit, merè autem patitur, at in vulnere facto, cooperatus est per motum suum secanti per ipsum. Quare sicut gladius ad sui motum nihil operatur, ita nec voluntas ad suum velle, qui est diuini verbi motus, mera passio voluntatis, quæ tum cooperatur ad opus manuum orando, ambulando, laborando, &c.

Ex quo itam consequens erat, quod liberum arbitrium nõ habet potestatem in suis actibus. Quod & idem ipse tradit in Resolutionibus circa conclus. 7. Ait enim.

Error est quod liberum arbitrium sit Dominus actuum suorum, quod vna solius Apostoli auctoritas satis confutat ad Rom. 6. Eiusi serui peccati, liberari autè à peccato, serui facti estis iustitiæ: ita in quocumque vitæ statu sanus, serui sanus seu concupiscentiæ, seu charitatis. Vtraque enim dominabitur libero arbitrio. Sic Christus, Ioan. 8. Qui fecit peccatum, seruus est peccati. Ita & Petrus, 2. Pet. 2. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est.

Deinde in deterius proficiens scripsit, quod liberum arbitrium post peccatum est res de solo titulo: quam propositionem, licet per Leonem pontificem cõdemnatam, adhuc pertinaciter asserit, & ex scripturis probare conatur, & tandem reuocans multò pestilentiorem substituit.

Male, inquit, dixit, quod liberum arbitrium ante gratiam sit res de solo titulo: simpliciter debet dicere. Liberum arbitrium est figmentum in rebus, seu titulus sine re, quia nulli est in manu sua quippiam cogitare vel mali vel boni, sed omnia (vt VViclephi articulus Constantiæ damnatus rectè docet) de necessitate absoluta enenunt: quod & poeta voluit quando dixit. Cetera stant omnia lege: & Christus Matth. 6. Folium arboris non cadet in terram sine voluntate patris vestri qui in cælis est. Et, Capilli vestri omnes numerati sunt. Item Esaiæ 41. eis insultat, dicens, Bene quoque aut male si potestis facite. Et paulo superius, Non est dubium Sathana magistro in Ecclesiam venisse hoc nomen, Liberum arbitrium, ad seducendos homines à via Dei in vias suas proprias. Et iterum, Quomodo potest sese ad bonum præparare, cum nec in potestate sit suas vias malas facere? Nam & mala opera in impijs Deus operatur. Vt Prouerbiolum 16. dicit, Omnia propter semetipsam operatus est Dominus, etiam impium ad diem malum. Et Regum 11. Tradidit illos Deus in reprobam sensum, vt faciunt quæ non conueniunt. Et II. Quom vult inducat, cuius vult miseretur. Sicut & Exod. 9. de Pharaone dicit, In hoc ipsum excitauit te, vt ostendam virtutem meam in te. Ideo enim est terribilis Deus in iudicijs & operibus suis.

Philippus Melancthon in locis theologis VVittenbergæ anno 21. impressis absurdum hunc errorem & toti nature humanæ infamem, per quem videlicet spoliatur naturali libertate (secundum quam potissimum bestias & pecora excellit) intolerabili arrogantia & Luciferiana superbia cum omnium veterum doctorum contemptu probat, & latè prosequitur. Ita enim habet circa locum de viribus hominis & libero arbitrio.

August. in 2. qui Philip. multipliciter retractauit quæ scripsit de lib. arbitrio. Bernardus

Scripsit de libero arbitrio Augustinus & Bernardus: & ille quidem sua posterioribus libris, quos aduersus Pelagianos edidit, multipliciter retractauit: Bernardus nõ est similis sui. Sicut hæc de re etiam apud Græcos variis est.

Vide Philippum adolescentis adhuc arrogantiam. Recte sic interpretabantur in re humane rationi subiecta.

Agnosceit Philippus numerosos patris aliter scripsisse de libertate arbitrij, aliamq; doctrinam tradidisse, quam hic tradidit ipse adhuc adolescentens.

Nulla est arbitrij nostri libertas. Paulus ad Romanos II. Quoniam ex ipso, & in ipso, &c. Ad Ephes. I. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue.

Valle sententia hic probatur. Non potest esse libertas in operibus exterioribus sine libertate voluntatis qua procedunt.

Quomodo ergo omnia iuxta divinam predestinationem necessario enuntiantur.

Infirmi affectus non subsumi libertati voluntatis. Male coherere & consentiri vocatur.

Philippus Melanchthonis in commentariis ad Romanos. Proprii Dei operis est Davidis adulterium & quodlibet peccatum. Deus potest peccata operari, & non permissivè iustitiam.

Cap. 4.

Græcos quaedam, sed sparsim. Ego quandoquidem non sequar hominum opiniones, & simplicissimè & planissimè rem exponam, quam serè observarunt auctores tum veteres, tum novi: quia sic interpretabantur scripturas, ut simul vellent tamen rationis humane iudicio satisficere. Patrum civile videbatur docere necessario peccare hominem. Crudele videbatur reprehendi voluntatem, si non posset se ad virtutem à vitio convertere: ideo & plura viribus humanis quàm par erat tribuere, & mirè variavunt, cum rationis iudicio viderent ubique refragari scripturas. Et in hoc quidem loco, cum prorsus Christiana doctrina à Philosophia & humana ratione dissentiat, tamen sensim irrepit Philosophia in Christianissimum, quia receptum est impium de libero arbitrio dogma, & observata Christi doctrina per prophanam illam & animalem rationis nostræ sapientiam, usurpata est vox liberi arbitrij, à sensu & iudicio spiritus alienissimum, quia videmus sanctos viros non raro offensos esse. Additum est à Platonis philosophia vocabulum Rationis æquè perniciosum. Nam perinde atque his posterioribus Ecclesie temporibus Aristotelem pro Christo sumus amplexi, ita statim post Ecclesie auspicia per Platoniam Philosophiam Christiana doctrina labefacta est: ita factum est ut præter canonicas scripturas nullæ sint in Ecclesia sycoræ literæ: Redolet philosophiam quicquid omnino commentariis proditum est. Et paucis interpositis. Est autem libertas posse agere aut non agere, posse sic aut aliter agere. Itaque in quaestione vocatur, Sit ne libera voluntas, & quatenus libera sit.

Responso. Quandoquidem omnia que eveniunt necessario iuxta divinam prædeterminationem eveniunt, nulla est arbitrij nostri libertas. Paulus ad Romanos II. Quoniam ex ipso, & in ipso, &c. Ad Ephes. I. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue. Et Luther. X. Nonne duo passeres esse videntur, & unus ex illis non caderet super terram sine patre vestro. Quid igitur inquit, nullane est in rebus, ut istud in vocabulo utitur, contingentia? Nihil casus, nihil fortuna? Omnia necessario evenire scriptura docet. Istud videtur tibi in rebus humanis esse contingentia, iudicio rationis hic imperandum est: Voluntati nostræ libertatem per prædeterminationem adimit scriptura. Vallam autem Eckius, quod scholarum sententiam de libero arbitrio consutavit, plura voluisse scire quàm didicisset. Et post pauca. Si voluntatis humane vim pro natura capti aestimes, & negare in potes iuxta rationem humanam, quia sit in ea libertas quaedam externorum operum, ut ipse experiris in tua potestate esse, salutare hominè aut non salutare, indui hac veste, vel non indui, vesci carnibus, aut non vesci. Et in hac externam operum contingentiam defixerunt oculos philosophastri qui libertatem voluntati tribuere. Perùm quia Deus non respicit opera externa, sed internos cordis motus, ideo scriptura nihil prodidit de ista libertate: Qui externa & personata quadam civilitate fingunt, huiusmodi libertatem docent, nempe philosophi aut recitantes theologice. Contra, affectus interni non sunt in potestate nostrâ. Experientia enim usque comperimus non posse voluntatem, suam ponere amorem, odium, aut similes affectus, sed affectus affectu vincitur: ut qui læsus ab eo quem amabat, amare desinit. Nā te ardentius quàm quenis alium amat, &c. Quæ prolixè deducit. Et paucis interiectis. Fateor in externo verum delectu esse quandam libertatem, internos verò affectus prorsus nego in potestate nostra esse: nec permitto aliquam esse voluntatem que affectibus serè repugnare possit. Atque hæc quidem de hominis natura. Et in fine huius loci summam colligens dicit. Si ad prædeterminationem referas humanam voluntatem, nec in externis, nec in internis operibus ulla est libertas, sed enuntiantur omnia iuxta prædeterminationem divinam. Si ad opera externa referas voluntatem, quaedam videtur esse iudicio nature libertas: si ad affectus referas voluntatem, nulla planè libertas est, etiam nature iudicio. Et in annotationibus epistolæ ad Romanos, circa locum, Scimus autem quod his qui diligunt Deum, Et locum qui sequitur, Iuxta prædeterminationem Dei, confirmans que superius ex locis eius recitata sunt, quod nulla est rerum contingentia, nec libertas arbitrij, ita scribit. Nos verò docemus non solum permittere Deum creaturas, ut operentur, sed ipsam omnia proprie agere, (Improbatur enim distinctionem scholæ de generali influenza & speciali) sicut fatentur proprium Dei opus fuisse Pauli vocationem, ita fatemur opera Dei propria esse, sine que media dicta Philippus Melanchthonis in commentariis ad Romanos. Constat enim ex capite X. ad Romanos. Deum omnia facere non permissivè, sed potenter (ut Augustini verbo utamur) id est, ut sit eius propria iude productio, sicut Pauli vocatio sicut in Actis Apostolicis scribitur, Convenit Herodes & Pilatus facere que manus tua & consilium tuum decreverunt fieri. Quid enim magis per spicuum dici potuit quàm quod ait, Cuius vultu miseretur, & quem vult in durat. Ergo non est cui frigidum glosoma admittimus, Deum mala permittere, non etiam facere. Nam & illa ipsa mala que sunt ipse ordinat ad suam gloriam: sicut ait Pharaoni, In hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te maiestatem meam.

Et in hoc quidem loco, cum prorsus Christiana doctrina à Philosophia & humana ratione dissentiat, tamen sensim irrepit Philosophia in Christianissimum, quia receptum est impium de libero arbitrio dogma, & observata Christi doctrina per prophanam illam & animalem rationis nostræ sapientiam, usurpata est vox liberi arbitrij, à sensu & iudicio spiritus alienissimum, quia videmus sanctos viros non raro offensos esse. Additum est à Platonis philosophia vocabulum Rationis æquè perniciosum. Nam perinde atque his posterioribus Ecclesie temporibus Aristotelem pro Christo sumus amplexi, ita statim post Ecclesie auspicia per Platoniam Philosophiam Christiana doctrina labefacta est: ita factum est ut præter canonicas scripturas nullæ sint in Ecclesia sycoræ literæ: Redolet philosophiam quicquid omnino commentariis proditum est. Et paucis interpositis. Est autem libertas posse agere aut non agere, posse sic aut aliter agere. Itaque in quaestione vocatur, Sit ne libera voluntas, & quatenus libera sit.

Et in hoc quidem loco, cum prorsus Christiana doctrina à Philosophia & humana ratione dissentiat, tamen sensim irrepit Philosophia in Christianissimum, quia receptum est impium de libero arbitrio dogma, & observata Christi doctrina per prophanam illam & animalem rationis nostræ sapientiam, usurpata est vox liberi arbitrij, à sensu & iudicio spiritus alienissimum, quia videmus sanctos viros non raro offensos esse. Additum est à Platonis philosophia vocabulum Rationis æquè perniciosum. Nam perinde atque his posterioribus Ecclesie temporibus Aristotelem pro Christo sumus amplexi, ita statim post Ecclesie auspicia per Platoniam Philosophiam Christiana doctrina labefacta est: ita factum est ut præter canonicas scripturas nullæ sint in Ecclesia sycoræ literæ: Redolet philosophiam quicquid omnino commentariis proditum est. Et paucis interpositis. Est autem libertas posse agere aut non agere, posse sic aut aliter agere. Itaque in quaestione vocatur, Sit ne libera voluntas, & quatenus libera sit.

hagiographis, quartum ex Prophetis, quintum ex euangelis, sextum ex epistolis Pauli, septimum ex epistolis canonicis. Et in posteriori sigillatim ad ea que contra veritatem de libero arbitrio Philippus scripserat responderet, eaque in vndecim sectiones dividit. Ex quibus doctior factus ipse Philippus plurima eorum que hic scripsit recantavit in iisdem locis anno 36. Argentorati, 38. V Vittembergæ, & 46. Basileę excusis, vniuersa serè damnanis que pertinacissimè & arrogantissimè scripsit superius. Ea etiam recantat que supra ex commentariis ad Romanos recitauimus, adductis scripturis & argumentis sine retractationis. Incipit enim locus hic, De humanis viribus seu de libero arbitrio. Valla, inquit & plerique alii non rectè detrahunt hominis voluntati libertatem, ideo quia faciunt omnia decernente Deo: atque ita in vniuersum tollunt contingentiam. Sed aliena est disputatio ab hoc loco de viribus humanis. Addit autem in locis anno 46. excusis quod hæc Valle imaginatio, & quorundam aliorum orta ex Stoicis disputationibus, deducat eos ad tollendam contingentiam bonarum & malorum actionum, imò omnium motuum in peccudibus & elementis. Dixi autem, inquit, supra non esse in ecclesiam inueniendas illas Stoicas opiniones, nec defendendam esse necessitatem fatalem omnium, sed aliquam contingentiam concedendam: Non necesse fuit Alexandrum interficere Clitum. Nec mitis est disputatio de determinatione diuina quaestio de libero arbitrio. Insuper addit in locis anni 36. & 38. Quum in natura hominis reliquum sit iudicium & delectus quidam rerum que sunt subiectæ rationi aut sensui, reliquus est etiam delectus externorum operum civilium: quare voluntas humana potest suis viribus sine renouatione aliquo modo opera externa legis facere: Hac est libertas voluntatis, quam philosophi rectè tribuunt homini. Nam hanc etiam sacræ literæ aliquo modo concedunt hominibus: quia scriptura docet esse quandam iustitiam carnis, quædam opera legis in his qui non sunt renati, imò hanc disciplinam externam seuerè requirit, cū inquit, Lex est iniunctis posita. Item, lex est pedagogus. Et quantas utilitates habeat hæc pedagogia paulò post dicemus, nunc illud addam, hanc ipsam libertatem efficiendæ civilis iustitiæ sæpe vincti naturalis imbecillitate, sæpe impediri à diabolo: sæpe obtemperant homines prauis cupiditatibus non recto iudicio, sicut inquit, apud poetam Medea, Video meliora proboque, deteriora sequor. Præterea diabolus captiuam naturam impellit ad varia flagitia etiam externa: sed tamen inter has difficultates, vtrumque reliqua est aliqua libertas efficiendæ iustitiæ civilis. Et post pauca interposita, Voluntas humana non potest sine spiritu sancto efficere spirituales affectus quos Deus requirit, scilicet verum timorem Dei, veram fiduciam in misericordia Dei, obedientiam ac tolerantiam afflictionum, dilectionem Dei, & similes motus, quos nec concipere potest sine spiritu sancto: eius autem auxilio & eos concipere & efficere potest. Quæ multis prosequitur & ex scripturis probat consentiens articulo, in eo quod dicit hominem per liberum arbitrij cum gratia Dei bene agere. Et concludit, Hęc sententia de libero arbitrio nihil habet absurdum, & est germana cum aliorum scriptorum ac synodorum, tum verò etiam Augustini sententia, nec adigit ad desperationes bonas mentes, nec deterrere quod minus conetur, Imò ampliat spiritus sancti auxilium & acuit curam ac diligentiam nostræ voluntatis: Non probo deliramenta Manichæorum qui prorsus nullam voluntati actionem tribuebant, ne quidem adiuuante spiritu sancto, quasi nihil interesset inter statuam & voluntatem. Arque hinc facillè possunt conciliari sententia de libertate. Ecclesiasticus inquit, Deus reliquit hominem in manibus consilij sui. Dico voluntatem in piis actionibus & conatiibus non esse ociosam, sed tamen adiuuandam esse à Spiritu sancto, ita fit verius libera. Et in cap. præcedente quod est de causa peccati & contingentia. Est autè hæc pia & vera sententia vtræque manus, ac verius toto pectore tenenda, quod Deus non sit causa peccati, & quod Deus non velit peccatum: sed cause peccati sunt voluntas diaboli & voluntas hominis, quæ sua libertate abuti potuit seque à Deo auertere. Id quod ex scripturis probat. Nec figure ille verborum, ait, in scripturis offendunt, Indurabo cor Pharaonis & similes. Certum est enim hebraica phraasi significare eas permissionem, non voluntatem efficacem, ut, Et ne nos inducas in tentationem, id est, ne finas nos induci. Constituta autem hæc sententia quod Deus non sit causa peccati, planè sequitur contingentiam concedendam esse. Quia enim peccatum proprie à voluntate diaboli & hominis ortum est, nec Deo approbante aut cogente voluntates nostras factum est, ideo nequam est necessitatio factum necessitate absoluta. Et quidem voluntas nostra ante peccatum verè libera fuit: Est autem libertas voluntatis causa contingentiæ nostrarum actionum. Hęc ratio sumpta à causa peccati, opponenda est aliis rationibus, quæ omnino tollunt

Valla falso detrahit voluntati libertatem. Valla imaginatio, & quorundam aliorum orta ex Stoicis disputationibus, deducat eos ad tollendam contingentiam bonarum & malorum actionum, imò omnium motuum in peccudibus & elementis. Dixi autem, inquit, supra non esse in ecclesiam inueniendas illas Stoicas opiniones, nec defendendam esse necessitatem fatalem omnium, sed aliquam contingentiam concedendam: Non necesse fuit Alexandrum interficere Clitum.

Libertati voluntatis subiectæ naturæ libere cognoscuntur.

Scripturæ sacræ cōcedunt hominibus libertatem voluntatis, quæ sit tribuunt philosophi.

Voluntas per naturam civilem iustitiam efficiere potest, per spiritum sanctum affectus spirituales.

Probat sententiam Augustini et patrum de libero arbitrio. In piis actionibus et conatiibus voluntas quam habet actionem adiuuante spiritu sancto.

Toto pectore tenenda sententia, quod Deus non est causa peccati. Permissio significatur non operatio Dei, quando dicitur, Indurabo cor Pharaonis.

Contingentia  
concedenda in  
actibus hu-  
manis.  
Curiosa sunt  
ingenia que  
sollunt cōtin-  
gentiā et ma-  
gnos exci-  
tumultus.  
Præsentia  
Dei nō tollit  
modū libere  
agendi indi-  
um nature.

Concordia li-  
beri arbitrii  
et præfere-  
ntie dei deter-  
minantis cō-  
tingentia sa-  
perat huma-  
nā intelligen-  
tiam.  
Determina-  
tio Dei circa  
contingentiā  
nō tollit mo-  
dū libere  
agendi.  
Necessaria est  
distinctio ne-  
cessitatis con-  
sequētis seu  
absolute et  
consequētie.  
Opinio neces-  
sitas huma-  
narum actio-  
nū necesse  
tati et mori-  
bus.  
Philosophia  
et recta ra-  
tio docēs sine  
hominis esse  
obedire rati-  
oni propter  
Deū et Deo  
primam.  
2. Eth.  
Virtus est ha-  
bitus medio-  
crinā effi-  
cēt in affecti-  
bus et actio-  
nibus.

tollunt contingentiam, quæ in curiosis ingeniis sepe magnos tumultus excitant. De-  
inde concedendum & hoc est, quod scriptura tribuit homini nunc etiam post pec-  
catum, libertatem aliquam diligendi ea quæ sunt subiecta rationi ad civilem iustitiam  
efficendam. Sicut igitur Deus vniuersam naturam condidit, ita condidit etiam hoc na-  
ture donum seu modum agendi, videlicet libertatem: Est autem libertas, vt dictum est  
sōns cōtingentiæ in actionibus humanis. Ergo cōtingentia præuidet Deus ac determi-  
nat, ita vt non tollat modum agendi inditum naturæ, sed determinat actiones sicut sicut  
permittit vt voluntas Saulis sic agat, & non impellit vt agat secus, & decernit vbi Sau-  
lem repressurus sit. Sicut autem creatio ipsa non potest intelligi, & iudicari ab vlla  
creatura, ita hæc neque perspicere possunt, quomodo maneat libertas, cum & Deus im-  
partiat naturæ vitam & vires, & determinat contingentia: nec satis hæc explicari possunt.  
Ideo defendenda est contingentia, ne Deum faciamus autorem seu causam  
peccati, & libertas donum Dei est seu ordinatio Dei in voluntate. Quare etiam si  
præuidet Deus & determinat contingentia, tamen ita determinat ne modum agendi  
voluntatis seu ordinationem suam tollat. Ceterum illa distinctio necessaria est, Ne-  
cessitatem alia est consequentis seu absoluta, qualis est hæc, Necesse est Deum esse,  
Deum esse bonum, iustum, & cæ. alia est consequentia, vt oportet eueri Hierosoly-  
mam. Hæc non sunt natura sua necessaria, sed sunt immutabilia postquam decreta sunt,  
vt quod mortui reuiuiscant: Vel quia sequuntur propter præcedentes causas, vt Oportet  
hæreses esse. Quia enim diabolus odit Deum & incitat impios contra euangelium qui  
obsequuntur, ideo oportet hæreses esse. Hæc sunt natura contingentia. Neque enim  
hæc consequentia libertatem voluntatis tollit. Nec inuenienda sunt in Ecclesiam delira-  
menta de Stoico fato aut de necessitate. Nihil enim habent veri aut firmi, sed sunt  
merè prestigie, ac sophisticæ conueruaciones. Deinde non est obscurum, quantum hæc  
opinio nocet pietati & moribus, si sic sentiant homines, vt Zenonis seruulus dicebat,  
non debere se plecti, quia Stoico fato coactus esset peccare. Ab his opinionibus decet  
pios auriibus & animis abhorreere.

Ex his manifestum est, quod Philippus Melanchthon vniuersam suam sententiam lo-  
corum communium ann. 21. simul & magistrj sui Martini Lutheri opinionem, tan-  
quam impiam & pietati atq; moribus pessilentem reuocauit in locis postea excusis, &  
multo apertius Epitome moralis philosophiæ impressa anno. 36. Recantauit etiam lo-  
cum citatum ex annotationibus in epistolam ad Rom. quod proprium Dei opus sit Iu-  
dæ proditio, sicut Pauli vocatio, quodq; Deus mala operatur, vt Davidis adulterium:  
quem passus non est manere in operibus impressis anno 41. imò vniuersum sustulit. In  
Epitome autem probat & sequitur doctrinam quam Aristoteles tradit in Ethicis: &  
primò de fine nature humanæ dicit quod philosophia constituit eius finem obedire rati-  
oni, theologia obedire Deo, ex quo oriri dicit, quod finis sit obedire rationi. Significat  
enim Aristoteles hominem regi debere ea parte, ratione videlicet, quia natura con-  
ditor hanc velut gubernatricem cæteris præfecit. Sit igitur finis hominis iuxta phi-  
losophiam obedire rationi: sed magis philosophicum est constituere eundem finem quem  
lex Dei constituit, scilicet obedire Deo. Nam philosophia & recta ratio statuere debet  
finem hominis esse, obedire Deo, cum intelligat Deum esse conditorem iustum, Deoq;  
parendum esse & homines propter Deum esse conditos, sicut sanctissimè dixerunt  
Stoici omnia condita esse hominum causa, homines verò deorum causa. At secun-  
dum euangelium finis hominis est agnoscere & accipere misericordiam oblatam  
propter Christum, vicissim pro illo beneficio gratum esse, Deo obedire, & eius glo-  
riam illustrare. Cum autem philosophia pars sit legis diuinæ, pertinet etiam præ-  
mia ad has virtutes scilicet ciuiles ac morales quæ in philosophia traduntur. Proinde  
diligenter meminerimus Deo reddere præmia his ciuilibus beneficiis, & punire flagitia:  
sicut ipse gentium historiæ & sapientum sententiæ testantur, quales sunt, Habet Deus  
vindictam oculum, & Sophocles, in iusto est spes salutis. Et demonstrat finem hominis  
esse virtutis actionem, & recte rationi obedire. De virtutis definitione, inquit, quam  
tradit Aristoteles, Virtus est habitus electiuis qui mediocritatem efficit, quam ratio  
præscribit sicut sapiens iudicat, dicit quod in ea singularis eruditio & prudentia Aristo-  
teles conspici potest, quæ definitio re ipsa conuenit cum alia, quæ dicit quod virtus est ha-  
bitus qui inclinatur voluntatem ad obediendum recte rationi: sed illa, inquit, addit  
effectum virtutis, estque eius sententia: Virtus est habitus quo voluntas obtemperat  
rationi

rationali & efficit mediocritatem in affectionibus & actionibus. Est & prudentissimè ab  
Aristotele addita rationis descriptio, Vt sapiens iudicat: quia non debet valere iudicium  
imperatorum, sed periti artifices iudicare debent. Deinde docet, quid Aristoteles vocet  
habitum electiuum. Et tractans de humane voluntatis libertate, Cum præcipua, inquit,  
causa virtutis sit voluntas, necesse est quærere an sit libera, hoc est, an possit obtempera-  
re rationi rectè mouenti. Suprà autem iam aliquoties dixi procul fugiendas esse nouas  
opiniones, præsertim si noceant moribus. Quare & in hac questione prudenter adhiben-  
da est, ne quas amplectamur opinionones in vramque partem, quæ aut moribus noceant  
aut beneficia Christi obscurent. Porro ingenia turbulenta multas finxerunt contentio-  
nes, quæ ex quibus fontibus oriuntur, & quos habent prætextus, paulò post dicemus.  
Prius enim simplicem & veram sententiam proponam. Sic igitur sciendum est sine  
vlla dubitatione, quòd humana voluntas aliquo modo libera sit, hoc est, quòd possit ob-  
temperare iudicio rationis, expetere aut fugere res, oblatas, & imperare inferioribus  
membris ac viribus, in externis actionibus. Docent enim & sacre literæ quandam esse  
humanam seu legis iustitiam, quæ homines efficiunt propriis nature viribus. Necesse  
est igitur in hominibus delectum quandam & libertatem esse, qua sibi officia legis im-  
perant, cum constet eos alioqui posse contrarias actiones facere. Altera ratio sumitur  
ab experientia, quæ in communi vita testatur homines libertatem quandam & delectum  
habere, vt etiam in artibus apparet. Videmus homines posse applicare animos ad certas  
artes, & in illis assuescere. Præterea Deus vult legibus & disciplina coerceri homines,  
quorum autem opus esset legibus, si prorsus non posset obsequi voluntas? Hæc rationes  
& pleræque aliæ ex sacris literis & experientia desumptæ nō obscurè testantur aliquam  
esse humanæ voluntatis libertatem. Sciendum est autem alios bifariam detrahere li-  
bertatem hominibus, quidam omnia humana consideratione respiciunt ad de-  
lectum gubernationem, & disputant omnia necessariò fieri, quia reguntur Dei consti-  
tio: sed hæc ratio nequaquam tollit libertatem humanæ voluntatis, quia Deus guber-  
nat naturas pro ipsarum conditione, aliter mouet rationales naturas, aliter brutas. Nam  
vtraque condidit, & suum modum agendi addidit vtrique. Ideo seu Stoicas illas de fato,  
seu Vallè absurdas imaginationes, quæ propter diuinam gubernationem adimunt liber-  
tatem voluntati fugiamus. Altera ratio est tollenda libertatis ipsa nature imbecillitas.  
Etsi enim sunt in natura hominis aliqui boni affectus & rationi consentientes, tamen  
propter vicium originis accesserunt & alii viciosi & contrarii affectus, qui rapiunt ho-  
mines ad turpitudinem. Plerumque enim propter imbecillitatem magis obtemperant  
hominis affectibus, quam recte rationi. Sepe etiam diabolus impellit homines ad fla-  
gitia. Habet enim impios in potestate: sed hæc partiales cause non penitus tollunt liber-  
tatem voluntatis. Hanc in natura hominis discordiam valde mirati sunt Philosophi,  
& fontes huius mali ostendit, monstrat etiam auxilium aduersus hoc malum. Ideo sa-  
tenti prudentes coguntur hoc loco mancam esse Philosophiam. Ac prodest bonis menti-  
bus hoc loco conferre doctrinam Christianam & Philosophiam. Non volo misterii &  
confundi hæc doctrine genera: collatio iuuat. Obseruandum est enim quousque pro-  
gredi ratio seu philosophia possit: Videndum que beneficia Christus attulerit. Illud etiā  
gratissimum est bonis, intelligere quam placeat Deo hæc diligentia in componendis mo-  
ribus, de qua præcipiunt Philosophi, & quòd hanc diligentiam Spiritus sanctus adiuuat.  
Quanquam igitur actiones ciuiles aliquo modo sunt in potestate nostra, tamè quia sepe  
vincuntur naturali animi imbecillitate, aut ad diabolo impelluntur ad aliquod facinus,  
discamus hic duas causas externarū honestarū actionū, in piis scilicet diligentia nostra,  
& auxilium Spiritus sancti, quòd vero pectore petere debemus, vt resistere diabolo &  
vincere imbecillitatem nostram possimus. Nam in his actionibus externis cerèe diligen-  
tia nostra seu conatus aliqui valent, & illa ipsa moderatio, & suauitas multò verius effi-  
citur, cum illa cælesti luce animus perfunditur, & fit tranquillior cum Deum agnosci-  
mus, & ab eo auxilium petimus, nosque ei subiicimus, & in ipso acquiescimus. Hæc  
sententia de libero arbitrio, quod ad has actiones attinet, est vera, pia & utilis moribus.  
Acute enim curam & studium bene operandi, & tamen admonet auxilium Dei petendū  
esse. Ceterum de moribus spiritualibus de quibus concionatur euangelium, profecto  
etiam sciendum est nos non debere repugnare Spiritui sancto mouenti, aut verbo Dei  
non indulgere imbecillitati nostre, sed nos excitare verbo Dei atque assentiri, quòd cum  
facimus, nosque verbo erigimus, efficax est Spiritus sanctus. Et prædicatio penitentia  
& pro-

Absurda et  
genda est op-  
ino que acti-  
nibus huma-  
nis tollit li-  
bertatem.

Simplex et ve-  
ra sententia de  
libertate arbitrii  
secundum  
Philippum.

Ex propriis na-  
ture viribus  
iustitia legis  
sue moralium  
homo potest ef-  
ficere sine au-  
xilio gratia.  
Christiana do-  
ctrina ad philo-  
sophia et hu-  
mana ratione  
non dissentit,  
sed magis sub-  
jernit.

Gubernatio  
Dei non tollit  
humana vo-  
luntatis liber-  
tatem.

Absurda im-  
aginatio fallit  
in natura ho-  
minis post pec-  
catū sunt alii  
qui affectus  
boni.

Philosophi  
causam infir-  
mitatis nature  
non potuerunt  
necesse est phi-  
losophia.

Voluntas ad  
iura à spiritu  
sancto repu-  
gnat nature  
imbecillita-  
tis.

& promissio euangelii est vniuersalis. Itaque viderimus ne reptugnemus Deo vocanti & mouenti. Hoc modo quum à verbo Dei ordinari facile intelligi potest concurrere has causas, Verbum Dei, Spiritum sanctum & voluntatem, quæ adiuta à Spiritu sancto reptugnat naturali imbecillitati, & sustentat se verbo Dei: sicut ille apud Marcum inquit, Credo Domine, sed adiuta incredulitatem meam. In hoc certamine constat humanam voluntatem posse eicere verbum Dei. Itaque cum retinet adiuta à Spiritu sancto, certè ipsa secum luctatur, nec est prorsus ociosa. Et quamquam in his diligentia nostra aliquid valet, tamen sciamus auxilium Dei perendum esse, vt resistere valeamus diabolo.

Docet etiam per virtutem internos hominis affectus moderari ac dirigi, eosque subesse libertati voluntatis

In hac autem retractatione & doctrina Philippi, nihil fere eorum desiderari potest quæ sana fides sanctaq; scriptura tradit de libertate arbitrii & gratia Dei, sed omnia patrum traditioni nostroque articulo consensunt. Idem etiam docet articulus 18. confessionis Augustinæ & eius Apologia: quamuis hæc falsà quædam admittat, & doctoribus scholasticis imponat, quæ nunquam scripserunt. Et cum Philippus retractet & euertat fundamenta impij erroris, quem in locis anni 21. asserit, superuacaneum esset eadem tractare & rationibus oppositis respondere. Quod enim ex Apostolo citat, Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Item, Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, nihil facit contra libertatem voluntatis: quia (vt ipse respondet) Deus hæc operatur per hominis voluntatem, saluo modo liberè operandi, qui naturaliter ex Dei dono ei est inditus. Et generalis cura patris & providentia à Saluatore significatur, quando dicit passerem non cadere super terram sine patre nostro. Prouidentiam autem & prædestinationem idem Philippus docet non derogare libertati voluntatis, imò nec determinationem voluntatis diuinæ circa rerum contingentiam: quod clarius adhuc explicat in locis anni 46. vbi ait, Quod Deus dicitur determinare contingentiam, discernimen tenendum est: aliter determinat ea quæ vult, aliter illa quæ non vult: aliter quæ partim ipse facit, partim voluntas humana: Præuidet Deus delicta Saulis, sed non vult ea nec impellit eius voluntatem, sed permittit vt voluntas Saulis ita grassetur. Hæc igitur præuiso non adfert necessitatem, nec mutat in voluntate hominis modum agendi, In his locis latissimè & apertissimè prosequitur & complectitur vniuersa quæ ex alijs locis anni 36. & 38. & Epitome sunt citata. Respondet etiam scripturis quæ contra voluntatis libertatem facere videntur. Nam sententiam Hier. 6. Scio Domine quod non est hominis via eius, nec est viri dirigere gressus suos, intelligendam dicit de euentu seu successu, non de electione voluntatis. Respondet præterea ad dictum Apostoli ad Ephe. 1. Electi secundum propositum eius, qui facit omnia secundum consilium voluntatis. & 1. ad Corin. 12. Idem est Deus agens omnia in omnibus. Loquitur enim (vt rectè dicit) Apost. de salutaribus actionibus, quas Deus excitat & regit in Ecclesia sua, nec excludit Dei operatio naturalem modum agendi liberi arbitrii.

Ad ea quæ adducit Martinus Lutherus contra voluntatis actiuitatem, facilis patet responsio ex superioribus. Offensum est enim quod credere, sperare, diligere, & reliqui virtutum actus, adiuuante spiritu Christi, in nostra sunt potestate, & à nobis efficiuntur. Dedit enim potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Et secundum sententiam domini Saluatoris facere possumus arborem bonam & malam, & facere nobis cor nouum. Nemo enim credit, sperat aut diligit, nisi volens, & ex suæ voluntatis libertate potes cessare & non operari. Et quamuis amorem salutis nostræ eiusque complacentiam plerumque nobis inspiret, & suggerat salutaris cogitationes Deus, non tamen actus fidei, spei, charitatis, aut virtutum sine nobis operatur, cum ex consilio, deliberatione, & rationis prudentia necessariò proficisci debeant. Et quamuis sine nobis, hoc est, nostro libero arbitrio huiusmodi cogitationes, salutareque affectus immitrat, verisimilius tamen est, quod actiue se habeant intellectus & voluntas. Nec tamen tunc liberè, sed naturaliter ab iis procedunt. Est enim cogitare propria operatio intellectus, & voluntatis amare. Et ideo ab his potentijs producuntur, sicut calefacere ab igne. Et tamen si sint raptus & ductus verbi Dei, non tamen propterea prohibentur esse operationes potentiarum quæ illas efficiunt. Dicit enim beatus Augustinus lib. 1. contra duas epistolas Pelagian. A patre trahimur, vt velimus. Ad hoc itaque etiam ducimur & rapimur. Ita enim habet, Non ait Saluator, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me duxerit eum: ne aliquo modo intelligamus voluntatem præcedere, sed dicit, Nisi pater

Humana voluntas potest eicere verbum Dei & resistere.

Rom. 11.

Philippus,

Responsio ad argumenta Lutheri, contra actiuitate voluntatis.

Ezech. 8. Augustinus de Spiritu et littera c. 13. et sequentibus. Lib. 1. retract. cap. 22.

Cap. 19.

pater traxerit eum. Quis trahitur si iam volebat? & tamen nemo venit nisi venit. Trahitur ergo miris modis vt velit, ab illo qui nouit intus in ipsis hominum cordibus operari, non vt homines (quod fieri non potest) nolentes credant, sed vt volentes ex nolentibus fiant. Horum autem operum Dei effectus quidem sunt purgatio & renouatio mentis. Fide inquit B. Petrus, corda est purificans: non autem ipsa opera propriè sunt purgatio mentis. Ea tamen ratione dici possunt passionis, quia in his viribus animæ recipiuntur, & sunt actus immanentes principio à quo proficiuntur: propriè autem sunt operationes quas efficiunt. Nec simile est quod Martinus de luto figuli adducit, quia lutum omnino passiuè & receptiuè se habet sine actiuitate formæ quæ ei affingitur, nec vlla ei operatio imprimitur, sed forma siue figura tantum. actus autem virtutum interni, videlicet intelligere, cognoscere, assentiri, sperare & diligere sunt actus vitales intellectus & voluntatis. Similiter dicendum est de altera similitudine quam de gladio adfert, qui recipit motum & vim instrumentaliter actiuam respectu vulneris. Nam hic motus & vis impressa non est operatio à gladio procedens, sed aliud de extrinsecus impressa. Maior esset similitudo motus grauis deorsum à proiciente procedens, ad quem cooperatur natura & grauitas eius: sicut in actibus virtutum cum Deo operantur intellectus & voluntas. Diximus tamen quod amor quidam voluntati diuinitus imprimi potest & etiam quoddam velle, sine libera eius cooperatione: atque probabiliter defendi posset quod etiam sine eius efficientia, quemadmodum & cogitationes: Sed longè aliter se habent actus fidei & aliarum virtutum. Et quamuis erroneum sit, quod intellectus & voluntas non habeant efficientiam suorum actuum, non tamen certò constar esse hæreticum. Nam quidam doctores scholastici hoc ipsum sunt opinati, saluantes nihilominus libertatem voluntatis in vtramque partem contradictionis: vt videre est apud Ioannem Scotum, distinct. 3. primi Sentent. Sed à minoribus erroribus qui fortassis vtrunque defendi poterant, Martinus progressus est ad maiores, atque adeo pestilentissimas hæreses. Nec ex Apostoli sententia quam citat ex epistola ad Romanos, concludi potest, quod non habemus actuum nostrorum potestatem aut dominium. Libera enim & voluntaria est hæc seruitus de qua loquitur. Liberè enim sequimur dominum & inclinationem iustitiæ & peccati: item seruus liberè obtemperat mandatis domini sui, in potestate habens non obtemperare, Hortatur Apostolus Paulus Ephesios, & Colossenses, Serui obedite dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate. Et beatus Bernardus distinguit libertatem à peccato & à miseria, ab ea libertate quæ naturæ instita est, quam dicit inamissibilem, & libertatem à necessitate. Vbi enim, inquit, necessitas est, ibi nec libertas nec voluntas. Huic igitur libertati opposita seruitus, non potest esse in voluntate, eius naturæ reptugnantem. Et certum est Apostolum hoc loco non loqui de hac libertate, nec de seruitute ei opposita: sicut nec Saluator de hac seruitute naturæ concreata, sed peccati loquitur, Qui facit peccatum, seruus est peccati. Consistit autem hæc peccati seruitus in duobus, quorum vnum est, non posse illud à se abicere, nec eius reatum, nec maculam, nec fines quibus per ipsum ligamur dissoluere. Est enim in potestate nostra facere vel non facere peccatum, factum autem abicere non est in nostra potestate. Hanc ergo seruitutem primò incurrit is qui peccat, vt necessariò subiectus ei maneat consideratione potestatis eius. Hoc modo intelligit hanc Saluatoris sententiam Bernardus libro de gratia & libero arbitrio. Alterum est quod peccatum remanens in animo dominatur, trahendo ad aliud peccatum, & tanta efficacia vt oporteat hominem peccato subiectum, nisi poeniteat, denudè peccare: quia animus auersus est ab incommutabili bono retinente ne peccemus. Est enim peccator velut nauis gubernaculo destituta, vt habet Chrysostronus h. omil. 22. in Mattheum, & beatus Augustinus circa versiculum, psal. 77. Immisiones per angelos malos. Sed hic tractus vel inclinatio nec necessitatem adducit, nec coactionem. Nam beatus Bernardus de hac sententia loquens, Liberum inquit arbitrium liberatore indigere Saluator significabat, qui illud liberaret non à necessitate, quam voluntas (cum esset) poenitus non nouerat, sed à peccato, in quod tam liberè quam volutariè corruerat: similiter à poena peccati: quo vtroque malo liberari omnino non poterat, nisi per illum qui solus factus est inter mortuos liber. Idem dicendum est de sententia Apostoli Pauli, 2. Timor. 2. Et respiciant à laqueis diaboli, à quo captiui detinentur ad ipsius voluntatem: Similiter ad dictum Petri 2. epistolæ cap. 2. A quo quis superatus est, huius est seruus est: potest tamè effugere & se à seruitute eximere, vinculaque dissoluere qui detinetur Deo adiutate quando

Cap. 6. cap. 30

Ioan. 8. Peccati seruitus in actibus consilij.

quando vult, Quo sensu interpretatur sancta synodus Tridentina servitutem peccati cap. 1. quintę sess. quę est de iustificatione.

Ad ea verò quę adducta sunt ex assertione Martini Lutheri circa art. 36. in qua multis scripturis & argumentis conatur stabilire impietatem hanc, quòd nulla est humani arbitrii libertas: & aliam quòd homo faciens quod in se est mortaliter peccat, quòdque ad gratiam se nemo preparare potest, copiose atq; catholice respondet clarissimus Christi martyr Ioan. Episcopus Rossensis. Quare ea hic repetere quę in omnium manibus sunt operæ precii nò est, & plurimis eius argumētis etiam respondet Philippus Melanchtho, vt superius videre licet. Nobis iam ineunda est disputatio cum Ioanne Caluino qui absurdissimam impietatem quam docuit Martinus Lutherus resuscitat, & nouis scripturis atque argumentis eam probare molitur: nihil deterretis quòd nouerit Philippum & Confessionem Augustinam principum & statum imperii, ab ea tanquam impia recessisse, & iam doctrinam omnino contrariam proponere & confiteri. Huius ergo sententias & argumenta simul cum nostra responsione in medium adferemus. Ioannes Caluinus post Martinum Lutherum docet cap. 2. Iustificationis suę, nullum esse in homine liberum arbitrium, per quod in nostra sit potestate agere & non agere, ne in indifferenribus quidem, & his quę sunt sensui & rationi subiecta: propter quod nomen ipsum liberi arbitrii tanquam fidei & moribus perniciosum censet abolendum, ait enim.

Censio cauendus eas voces quę absurdam aliquid sonant, præsertim ubi perniciose erratur: Quotus autem queso quisque est qui dum assignari bonum liberum arbitrium audit, non statim concipit illum esse & mentis suę & voluntatis dominum, qui seclere se in vitam suam partem à seipso possit, & euehitur in exitialem confidentiam? Quod si nos parrum autoritas mouet, qui assidue in ore habent vocabulum, simul tamen declarant quanti faciant illius usum. In primis Aug. qui non dubitat seruum appellare, alibi succenset quidem aduersus eos qui liberum negant arbitrium, sed præcipuum dicit rationem, cum ait, Tam uide audeat quisquam sic negare voluntatis arbitrium, vt velit excusare peccatum:

Lib. 1. contra Iulianum. Homil. 53. in Ioan.

At certe alibi statuer sine spiritu non esse liberam hominis voluntatem, quum cupiditatibus vincuntibus ac vincuntibus subdita sit. Item viciam vitio in quod cecidit voluntate, capisse carere libertate naturam. Item hominem libero arbitrio male usum & se & arbitrium suum perdidisse. Item liberum arbitrium captiuatum. Similes sententias habet lib. 3. contra duas epistolas Pelagianorum, & lib. 1. cap. 3. & lib. 3. cap. 7. De verbis Apostoli serm. 3. & cap. 30. de spiritu & litera, postquam ostendit liberum arbitrium constitui per gratiam, acriter in eos inuehitur qui sibi illud arrogat sine gratia. Vt quis inquit, miseri homines de libero arbitrio audent superbiere antequam liberentur, aut de suis viribus, si iam liberati sunt? nec intelligunt in ipso nomine arbitrii ritque libertatem sonare: ubi autem spiritus domini, ibi libertas. Si ergo serui sumus peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus est huic & seruis additus est. Si autem liberati sunt, quid se iactant velut de opere proprio? An ita liberi sunt, vt nec ferui eius esse velint qui dicit, Sine me nihil potestis facere? Et alio loco iocose cludere videtur huius vocis usum, quum dicit liberum quidem esse arbitrium, sed non liberatum: liberum quidem iustitię, sed seruum peccati. Itaq; si quis vocis huius usum non praua intelligentia sibi permittat per me quidem non vexabitur ob eam rem, sed quia sine ingenti periculo non posse retineri censio, magno contra Ecclesię bono futurum si aboleatur, neque ipse usurpare velim, & alios, si me consultant, abstinere optarem.

Ad Anastasii episc. 144. Enchyrid. ca. 30. cap. 8.

Mirum est Ioannem Caluinum ex Augustino aliquod citare audere contra vocem & rem liberi arbitrii, qui ipse ea vtitur frequentissimè, & pronunciat catholicum non esse quisquis liberum arbitrium esse negauerit, ipsumque in hominibus esse, certa fide credendum & prædicandum indubitanter. Oportebat eum memorem esse, ipsi Augustino hæc obijci à Iuliano Pelagiano, vt testatur ipse lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum. Dicunt, inquit Iulianus, illi Manichæi quibus modo non comunicamus (vocat Augustinum & catholicos Manichæos) quod primi hominis peccato liberum arbitrium perierit, & nemo iam potestatem habeat bene viuendi, sed omnes in peccatum necessitate carnis suę cogantur. Cui responder, Quis nostrum dicat quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? libertas quidem perierit per peccati, sed illa quę in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam: Quapropter natura humana, diuina indiget gratia, dicente Domino, Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Nam liberum arbitrium vsque adeo in peccatore nò perit, vt per illud peccent maximè omnes qui cum delectatione peccat & amore peccati hoc eis placet quod eis liber. Quum itaq; non bene viuat homines, nisi effecti filij Dei, quid est quòd isti libero arbitrio vult bene viuendo tribuere potestatem, cum hæc potestas non detur nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, dicente euangelio, Quotquot ceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, quę prosequitur cap. sequenti, ubi se aper-

De correptione gratia ca. 13.

Missus est Iulianus, illi Manichæi quibus modo non comunicamus (vocat Augustinum & catholicos Manichæos) quod primi hominis peccato liberum arbitrium perierit, & nemo iam potestatem habeat bene viuendi, sed omnes in peccatum necessitate carnis suę cogantur. Cui responder, Quis nostrum dicat quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? libertas quidem perierit per peccati, sed illa quę in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam: Quapropter natura humana, diuina indiget gratia, dicente Domino, Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Nam liberum arbitrium vsque adeo in peccatore nò perit, vt per illud peccent maximè omnes qui cum delectatione peccat & amore peccati hoc eis placet quod eis liber. Quum itaq; non bene viuat homines, nisi effecti filij Dei, quid est quòd isti libero arbitrio vult bene viuendo tribuere potestatem, cum hæc potestas non detur nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, dicente euangelio, Quotquot ceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, quę prosequitur cap. sequenti, ubi se aper-

Responsio.

Missus est Iulianus, illi Manichæi quibus modo non comunicamus (vocat Augustinum & catholicos Manichæos) quod primi hominis peccato liberum arbitrium perierit, & nemo iam potestatem habeat bene viuendi, sed omnes in peccatum necessitate carnis suę cogantur. Cui responder, Quis nostrum dicat quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? libertas quidem perierit per peccati, sed illa quę in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam: Quapropter natura humana, diuina indiget gratia, dicente Domino, Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Nam liberum arbitrium vsque adeo in peccatore nò perit, vt per illud peccent maximè omnes qui cum delectatione peccat & amore peccati hoc eis placet quod eis liber. Quum itaq; non bene viuat homines, nisi effecti filij Dei, quid est quòd isti libero arbitrio vult bene viuendo tribuere potestatem, cum hæc potestas non detur nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, dicente euangelio, Quotquot ceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, quę prosequitur cap. sequenti, ubi se aper-

Cap. 2. Manichæi nò negabunt spon taneam voluntatis inclinacionem in bonum & in malum, sed liberam libertate con tingit: docebat autem necessarium esse ferri in bonum & in malum, et ob hæc causam Iulianus Augustinum vocat Manichæum.

tissimè declarat, & sententias quas citat Caluinus ostendit se intellexisse de libertate quę est potestas bene & iuste viuendi, quam Iulianus docebat esse libero arbitrio naturalem & esse proprietatem ab homine inseparabilem: sicut sunt intellectualitas & sensibilitas. Ipse autem ex scripturis docet eam potestatem libero arbitrio nò competere nisi per gratiam Christi. Diximus enim supra secundam distinctionem Beati Bernardi triplicem esse libertatem: à miseria, à peccato, & à necessitate: quarum postremam Bernardus manere dicit ubi est mentis captiuitas. De hac autē quę est potestas iuste viuendi, loquitur scripturę quas citat Beatus Augustinus, vt docet idem Beatus Bernardus, & ipsę autoritates manifestè insinuant. Ait enim libro de Spiritu & litera, Liberum ergo arbitrium euacuamus per gratiam? Absit, sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam non euacuatur, sed statuitur: Neque enim lex impletur nisi libero arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiam sanatio animæ à vitiis peccati, per animæ sanationem libertas arbitrii, per liberum arbitrium iustitię dilectio, per iustitię dilectionem, legis operatio: gratia sanat voluntatem qua iustitia liberè diligitur: lex dicit, Non concupisces: fides dicit, Sana animam meam, quoniam peccavi tibi: gratia dicit, Ecce sanus factus es, iam noli peccare: sanitas dicit, Domine Deus meus clamaui ad te & sanasti me: liberum arbitrium dicit, Voluntariè sacrificabo tibi: dilectio iustitię dicit, Narrauerunt mihi iniusti dilectiones, sed non vt lex tua. Habent enim hæc omnia voces suas in scripturis sanctis. Et libro 4. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 6. Quid mihi obtendis liberum arbitrium quod ad faciendam iustitiam liberum nò erit nisi ouis fueris. Qui facit igitur oues homines, ipse ad obedientiam pietatis humanas liberat voluntates. Vbi manifestum est, sicut & in aliis sententiis iam citatis de libertate arbitrii, quę sit eius sanitas, nempe qua possit iustitiam diligere & implere legem, quę eadem est cum libertate habendi plenam cum immortalitate iustitiam, non autem de ea de qua Apostolus Paulus dicens, Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suę voluntatis, &c. & alio loco, Nunquid nò habemus potestatem in manducandi & bibendi? & si alii potestatis vestre participes sunt, quare non potius nos? sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum ponamus euangelio. Occasio certè & causa scribendi, & hæresis Iuliani atque etiam Pelagij aduersus quã scribit libris illis vnde desumptæ sunt sententię prædictæ, docere poterat Ioannē Caluinum Augustinum loqui de libertate arbitrii, quę est potestas recte & sine peccato viuendi, quę est per gratiam Christi, & amittitur quando per peccatum mortale gratia aufertur: non autem de ea quę est potestas agendi ac volendi & cessandi, de qua loquitur libro de lib. arbi. & aliis quos scripsit ante natam hæresim Pelagianam, & libro 1. retract. quos conferre oportebat cum aliis libris quos aduersus Pelagium scripsit, & inter se conciliare: quemadmodum ipse facit cap. 9. 22. & 26. lib. 1. retract. Erat enim (vt scribit B. Augustinus) hæresis Pelagii, quòd gratia qua prædestinati sumus in adoptionem filiorum, & qua eruiur de potestate tenebrarum, vt in eum credamus, atq; in regnum ipsius transferamur, & qua diffunditur charitas in cordibus nostris, non sit necessaria ad hoc vt faciamus omnia diuina mandata, sed nos hoc posse per liberum arbitrium: gratiam autem Dei sine qua nihil boni possumus, docet esse in libero arbitrio, Deo tantum adiuuante per suam legem atque doctrinã, vt discamus quã facere & quę sperare debeamus: charitatem dari negat qua piè viuatur, vt scilicet cum sit Dei donum sciētia quę sine charitate inflat, non sit Dei donum ipsa charitas, quę vt sciētia non inflat & edificat: Sic tamen liberum arbitrium (quale accepimus in primo parente, & docebat in nobis omnibus manere Pelagius) scribit B. Augustinus periisse per peccatum, hoc est eam libertatem quę est potestas sine peccato, iusteq; viuendi, credendi, sperandi & diligendi secundum præscripta Saluatoris. Nunc audiamus quid deterreat Caluinum ab vsu huius nominis scilicet arbitrii.

Cap. 363

1. Corinth. 7. 2. Corinth. 9

ca. 88. de hæresibus 6.

Quotus, inquit, quisque est, qui dum assignari bonum liberum arbitrium audit, non statim concipit illum mentis suę & voluntatis dominum, qui seclere se in vitam suam partem à seipso possit?

Sed vt quis hoc concipiat atque firmiter credat secundum scripturas & omnium maiorum concordem traditionem, frequentem oportet esse usum huius nominis. Dixit enim Dominus ad Cain. Quare iratus es & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris recipies, sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit? sed sub te erit aperiturus tuus, & tu dominaberis illius. Item de patrefamilias dicit Apostolus, Potestatem habens voluntatis suę. Et frequens est apud August. nihil tam in nostra esse potestate, quã ipsam

Genes. 4. 1. Corinth. 7a

*Traſta. 53. in Ioannem. Luca. 22.*

*Ioannis 1.*

*Cap. 18. lib. 3. de lib. arbit. De vera religione cap. 14. Item de duabus animabus contra Manichæos ca. 10. 4<sup>o</sup> 11.*

*1. Pet. 4.*

*2. Pet. 1.*

*Calvinus. Aristot. 3. Ethic. cap. 5. Hiero. libro 2. contra Iovinianum.*

ipsam voluntatem. Nec vllum est periculum exitialis confidentia, si arbitrium nostrum liberum esse dicatur in volendo & operando: quin potius, vt dicit b. August. periculum est si hoc negetur: ne nimia nostræ voluntatis diffidentia eiiciamur in negligentiam. Aut diam inquit Dominum dicentem, Rogavi pro te Petre, ne deficiat fides tua, ne sic existimemus fidem nostram esse in libero arbitrio, vt diuino nõ egeat adiutorio. Audiamus & euangelistam dicentem, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ne omnino existimemus in nostra potestate non esse quod credimus: verum tamen in vtroque illius beneficia cognoscamus: Ne audiat quis liberum arbitrium sic defendere, vt nobis orationem qua dicimus, Ne nos inferas in tentatione, conetur auferre. Rursus, ne quisquam neget voluntatis arbitrium & audeat excusare peccatum. Sed audiamus dominum præcipientem & opitulantem, iubentem quid faciamus, & adiuantem vt implere possimus. Nam & quoscũq; nimia suæ voluntatis fiducia extulit in superbiam, & quoscũq; nimia suæ voluntatis diffidentia deiecit in negligentiam. Vtraq; ex parte periculum est. Efflet autem iusta peccati excusatio secundum beatum Augustinum, si vitari non potest, si liberum non est abstinere. Quis enim peccat in eo quod nullo modo cauere potest? Vt quæ adeo peccatum voluntarium est malum, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Et hoc quidem ita est manifestum, vt nulla hinc doctõrum paucitas, nulla indoctõrum turba dissentiat. Tales enim seruos suos meliores esse Deus iudicauit, si ei seruierunt liberaliter: quod nullo modo fieri posset, si non voluntate, sed necessitate ei seruierunt. Quare cap. 19. libri 3. de lib. arb. explicans quod dixerat capite præcedenti, necessitate facta improbanda, vbi vult rectè facere & non potest, quodque per ignorantiam facta quadam improbandur, ait sic facta dici peccata non proprie, sed tropo quodam, quia à peccato illo liberæ voluntatis originem ducunt. Nec est confidentia exitialis, nec improbanda gloriatio, si in Domini nostri donis sit in Domino gloriemur. Plus omnibus, inquit Apostolus, laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum. Item alibi, Omnia possum in eo qui me confortat. Non enim Apostolus prohibet gloriari, quin potius mandat, vt gloriemur (secundum beatum Bernardum) modò in Domino: Quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Et tunc laus erit vnicuiq; à Deo, quando veniet Dominus & illuminabit abscondita cordis. Vt autem solida sit hæc gloria & confidentia, conuenit intelligere quid à Deo, vt naturæ & gratiæ auctore habeamus, quid item ex vitio naturæ, & quid in eis sit nostrum. In donis autem Dei noster etiam est vsus, nostræque industria & libertas in vsu: quamuis horum vtrumque sit à Deo. Vera igitur huius rei consideratio, secundum quam diffidentiam & inanem fugiamus præsumptionem hæc est, si intelligamus vsum donorum atq; munus Dei, esse quidem à Deo, sed nostro vtete ministerio, industria & cooperatione. Gloriarì ergo & confidere quòd pietatis opera faciamus quasi virtute à Deo accepta, in qua ipse magis quam ipsi nos operatur, solida est Deoq; grata gloriatio. Vnusquisque, inquit beatus Petrus, sicut accepit gratiam in alterutrum illam ministrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei: si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquã ex virtute quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum. Item propheta, In Deo faciemus virtutem. Diximus autem supra (iuxta multorum doctõrum sententiam) quod voluntatem esse liberam libertate contingentia, tam euidentis sit per experientiam, vt non possit per aliquod euidentius demonstrari. Certissimũ enim est quod colimus agrũ, manducamus & bibimus, parentes honoramus, subuenimus pauperi quando volumus, eadẽ etiã negligimus atq; ab eis cessamus quãdo libet: Ita & liberum est vitia detestari, homicidium, adulterium, diuitias etiã & honores. Addit Calui. oēs philosophos omnesq; veteres doctores velut à suffragii iure depellens, quòd illi ad quos proprie pertinet de anima eiusque viribus (inter quas potissimum est liberum arbitrium) tractare, nimium ei tribuerunt: veteres quoque theologo ita ambigunt, variè & perplexè hac in re locuti sunt, excepto vno Augustino, vt certi quid ex eorum scriptis haberi nequeat. De philosophis ait, *Hoc extra controuersiam ponunt, virtutes & vitia in nostra esse potestate. Nam si nostra, inquit, electionis est hoc aut illud agere, ergo non agere. Rursum, si non agere ergo & agere. Libera autem electione agere videmur quæ agimus, & ab his abstinere à quibus abstinemus. Ergo si quid boni agimus, vbi libet possumus illud omittere: si quid mali perpetramus, possumus illud quoque fugere.* Quid precor offendere potest in philosophorũ doctrina quã certa experientia euidentiq; ratione & nos & ipsi cõperta habemus, quã & sacra scriptura & oēs catholici constanter profitentur. Ajunt enim quòd liberi arbitrii non considerit Deus, nec ad virtutẽ, nec

ad vi-

ad vitia necessitate tradamur, alioqui vbi necessitas est corona non est.

De theologis autem veteribus dicit idem Caluinus, *Inter scriptores Christianæ professionis, tamen si nemo extitit qui non agnosceret, & sanitate rationis in homine grauitè ex peccato uolueratam, & voluntatem prauis cupiditatibus valde implicatam, multi tamen eorum philosophis plus æquo accesserunt: hoc consilio viues humanas & extulisse mihi videntur, ne si impotentiam discreti essent confesi, primã philosophorum cachinnos, quibus cum tunc certamen habebant, excuterent: deinde inde carni suapte sponte nimis ad bonum torpentis noxam desidia occasionem preberent, ergo ne quid communi hominum iudicio absurdum traderent, scripturæ doctrinam cum philosophiæ dogmatibus dimidia ex parte conciliare studuerunt: & Græci præ aliis, atque inter eos singularitè Chrysoströmus, in extollenda humane voluntatis facultate modum excefferunt: veteres tamen omnes, excepto Augustino, sic in hac re aut variant aut vacillant aut perplexè loquuntur, vt certi forè nihil ex eorum scriptis referre liceat. Apud Latinos liberi arbitrii nomen semper extitit: Græci verò multo arrogantius vserunt vocabulum ἀρετῆς, quod significat sui ipsius potestatem, ac si illa esset penes hominem. Et quibusdam interpositis. Magnum mihi præiudicium attulisse forsan videor qui scriptores omnes Ecclesiasticos, excepto Augustino, ita ambigunt aut variè in hac re locutos esse consensu sum, vt certum quippiã veritatẽ tantum ex eorum scriptis haberi nequeat. Hoc enim perinde nonnulli interpretabuntur, quasi à suffragii iure depellere ideo ipsos voluerim, quod mihi sint oēs aduersarij: Ego verò nihil aliud spectavi, quam quod vbi simpliciter ac bona fide consultum piis ingenijs: que si eorum sententiam hac in parte expectent, semper incerta fluctuabunt: adeo nunc hominem liberi arbitrii viribus & spoliatum ad solam gratiam conuenire docent, nunc propriis ipsius armis instrunt aut videntur instruere.*

Magnum reuera suæ sententiæ præiudicium facit Caluinus, quòd ipse constitetur à se dissentire in hoc dogmate de libertate arbitrii vniuersos pilosophos, ad quorum tamen professionem proprie pertinet tractatio de anima & viribus eius, & excepto Augustino veteres theologos vniuersos, quos tamen cum Augustino cõuenire supra ostendimus in eo quod fidei est in hoc argumento gratiæ & liberi arbitrii. Nunquam enim docuerunt aliquam hæresim Pelagianam. Nec inuenietur aliquis veterum scriptorum vnquã vacillasse, ambigunt scripsisse, vel dubitasse, an homo liberum habeat arbitrium. Et ipse Augustinus quem gloriatur se habere patronum, apertè pronunciat catholicum nõ esse, qui negat arbitrium in homine esse liberum. Et ob impii huius erroris manifestam absurditatem & falsitatem improbabilem, relinquit Philippus Melancthon magistrum suum Lutherũ, in cuius tamen verba iurasse videtur, ac palam constitetur cũ principibus & ciuitatibus protestantibus, quod in politicis & iis quæ subsunt naturalis rationis cognitioni, sine gratia Dei homo habeat liberũ arbitrium, atq; cum gratia in his quæ sunt pietatis & salutis. Hæc namq; fides ab Apostolorum temporibus semper tradita est, & in Ecclesia sanctituda, eamq; vniuersi doctores Ecclesiastici & episcopi plebẽ suam docuerunt. Id quod testatur lib. 2. de lib. arb. Albertus Pighius de Græcis & Latinis scriptoribus, incipiens à B. Clemente, Origine, & Ireneo: Idẽ ostendit li. 3. de B. Aug. Itẽ reuerendus pater Alphonsus de Castro li. quẽ aduersus hæreses scripsit. Hi itaque cum clarissimè suam fidem tradant de libertate arbitrii, falso asserit Cal. in libris scriptorum Christianæ professionis de hoc dogmate philosophico (quod certissima fide semper in Ecclesia susseptum est) esse ambiguitatem, varietatem, obscuritatem, vel perplexitatem. Inueniuntur quidam ante enatam hæresim Pelagianam de cõcursu gratiæ in operibus salutis variè & obscure scripsisse, sed de libertate arbitrii constanter & apertè, sicut ipse Augustinus quem solũ de hac re variè egisse, & priora posterius reuocasse ausus fuit dicere Melancthon: id quo tamen posterioribus in locis recantauit. Nec minus à sententia Caluini. dissentit beatus Augustinus quam reliqui doctores ecclesiastici, qui impias certè iudicauit hæsententias, quod nullę sunt partes liberi arbitrii in opere pietatis. (Tunc enim per gratiam tolleretur liberum arbitrium) quodque articulus sine re sit liberum arbitrium si intelligatur eligendi facultas quæ sit in vtramque partẽ libera & soluta: & quòd hoc affirmantes Christum habeant auctorem qui dicit liberus fore quos filius liberauit, alios esse seruos peccati: Libertas certè, ait, & seruitus contraria sunt. Scribit enim vt diximus Augustinus quod catholicus non est qui in homine liberum negat esse arbitrium. Et argumento huic responderet quòd nõ quilibet libertas cuiuslibet seruituti contraria est. Nã seruituti miserię & peccati ipse Caluinus docet non aduersari libertatem à coactione, cum hac naturam voluntatis sequatur: quamuis enim homo seruus sit miserię & peccati, semper tamen, secundum eum, à coactione manet liber. Nec minus libertas à necessitate ad vnum aliquid determinatẽ, quæ propria est naturali agerĩ, naturaliter & necessario sequitur liberũ arbitriũ in actu electionis, qui proprie eius est, & ita manet in

*\* Agnouerunt scriptores ecclesiastici rationẽ hominis & voluntatẽ vulnera*

*\* Pelagius vt res liberi arbitrii nimũ extulit, Caluinus eius ita veritatẽ tantum tollit: fides catholica ita gratiam defendit, vt salua maneat arbitrii libertas.*

*\* Communẽ hominũ iudicio cõstitetur absurdũ esse, quòd homo nõ habeat potestatem agendi & non agendi.*

*\* Concorditer docet omnes veteres liberũ esse hominis arbitriũ, nec ipsum tolli per gratiã, idq; clarissimè.*

*\* Nimis arroganter oēs veteres scriptores contentis: arrogantia tua decepit te & superbia cordis tui.*

*Hier. 49. \* Nemo catholicoũ hominẽ libero spoliat arbitrio, nec instrunt nisi armatura Dei.*

*Cap. de libertate arbitrii. Caluinus in Iustini. cap. 2. 5. 53.*

*\* In amadoto circa cano. 5. festi. sexta. Argumentum Caluini philosophicum.*

voluntate obnoxia peccato & miseria, nec contrariatur seruituti iustitiæ, peccati vel miseria. Et hanc Saluatoris sententiam certum est loqui de libertate, non ea quæ naturam sequitur, sed qua donauit nos Christus, condonando & tollendo nostra peccata: quam August. dicit in paradiso periisse, manente libertate quæ sequitur rationem deliberantem & consultantem de medijs ad finem. Laborat itaque hæc ratiocinatio Caluini in æquiuocatione, inferendo nullam esse in homine libertatem, ex eo quod ex natura sua non habeat libertatem, qua liberi sunt filii Dei, sed seruitutem qua obnoxius est peccato & seruis eius. Non enim in genere, vt diximus, sunt contraria seruituti & libertas, sed duntaxat si secundum eandem qualitatem intelligantur: quin potius in genere sumpta & secundum diuersa sese consequuntur. Nam liberati atque liberi facti à peccato, eo ipso sunt serui iustitiæ. Cum enim (inquit Apostolus Paulus) serui eratis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, &c. Et diximus beato Augustino hoc argumentum à Iuliano fuisse obiectum, & respondisse illum Iuliano. Nec tacet Apostolus Paulus quam hic vocet seruitutem: non quidem necessitatem, vt ibi sit necessitas (quemadmodum vult Caluinus) vbi seruitus.

Rom. 6.

Lib. 1. contra duas epistolas Pelagii, ca. 2.

Non enim, inquit Apostolus, regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis ei in concupiscentiis eius. An nescitis quoniam cui exhibetis vos ad obediendum serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obediens ad iustitiam? Sequi igitur impetum aut inclinationem peccati vel gratiæ iisque obedire, est seruum esse, siue eis seruire. Hoc autem, vt saepe diximus, in nostra est potestate & libertate: & peccatum regnare in nobis est ipsum ita nos mouere atque inclinare vt eius concupiscentias liberè sequamur. Similiter respondendum est ad argumentum & scripturam quam adfert in defensione aduersus Pighium.

Lib. 2.

Caluini.

Libertas, inquit, & seruitus inter se pugnant, vt qui alterum dixerit, alterum neget. Proinde si serua est hominis voluntas, libera simul nisi improprie dici non potest. Nunc audiamus quid Spiritus sanctus pronunciet. Quum sanctorum conditionem describit Paulus, constringi captiuos sub peccati vinculis testatur, qua parte nondum per Spiritum Dei sunt liberati. Et cum de hominis natura loquitur, dicit eum venditum esse sub peccato. Si serui sunt ex ea parte sancti, qua sibi natura est, sua adhuc relinquuntur, quid de hominibus dicendum erit, in quibus sola viget ac regnat natura? Si post regenerationem non nisi dimidia est libertas, quid in prima carnis generatione, nisi plena seruitus? Quod etiam ipsum antea dixerat Paulus. Agit enim cap. 6. gratias Deo quod à peccato liberati fuerint Romani, cui ante seruebant. Videmus vt ante regenerationem non carnis reliquias, sed totum hominem addicat seruituti. Qui ergo liberum asserit arbitrium, alio idiomate quam Spiritus sanctus vtitur.

Sanctorum conditio est quàm diu à Domino hic peregrinantur quod detinètur captiuus sub vinculis peccati, vt nec faciant nec facere possint quæ volunt. A multis enim spiritus eorum per molem & legem carnis, impeditur, & multa quæ nolunt patiuntur. Atque hanc tyrannidem etiam in sanctis exercet peccatum. Propter quod ait Aposto. Paulus, Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venditatus sub peccato, vt scilicet carnalis sim, & ad ea quæ carnem oblectant propensus. Quia, inquit, pro ratione, quod operor non intelligo. Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Operor, inquit Augustinus, & facio, non affectu consentienti & implendi, sed motu concupiscendi. Multa enim illicita desideria in me, hoc est, in carne mea, peccatū, me inuito & repugnante operatur: propter quod non ego operor, sed quod habitat in me peccatum. Et hac ratione peccatum in sanctis dominatur, & ipsi subiecti, eius ipsi serui sunt. Ego ipse, ait, mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati, variis concupiscentiæ motibus obnoxius. Sed hæc nihil arguunt necessitatem electionis quæ ex rationis deliberatione procedit, & in qua potissimum voluntatis nostræ libertas consistit: magis arguunt voluntatis infirmitatem & ademptam potestatem, qua omnes vires in officio continere poterat, quàm libertatem. Liberè enim consentiebat legi, quamuis faceret quod nollet: & velle adiacebat ei, quamuis perficere bonum, in se non inueniret. Nec post regenerationem dimidia est libertas, sed impotens & infirma: & ita nec ante eam plena est seruitus, hoc est, necessitas electionis arbitrij nostri, sed miseria magna. Hæc enim libertas electionis non carnis est, sed mentis, requirens quod in nostra sint potestate quæ ex consilio & rationis iudicio agimus, non autem quod nihil inuito patimur ab homine vim extrinsecus inferente, vel à peccato isto inuitis subrepunt contra nostram voluntatem, patimur tantum & non agimus. Non enim quod volo bonum, ait Apost. hoc ago, sed quod odi malum illud facio.

Lib. 1. contra duas epistolas Pelagii, notæ cap. 10.

Rursus

Rursus in Antidoto Caluinus (vbi Concilii Tridentini patres post Concilium Aratificatum 2. caput. 25. docent per peccatum Adæ liberum arbitrium minimè extinctum, licet attenuatum sit & inclinatum) vtrique Concilio se opponit, volens per peccatum Adæ extinctum esse liberum arbitrium. Ita enim habet.

Quum libertatem minimè extinctam esse contendunt, hoc sanè intelligunt, aliquid restare facultatis voluntati humana ad bonum eligendum. Vbi enim non est interitus, illic saltem aliqua est vitæ portio. Tollit deinde omnem ambiguitatem, cum attenuatum dicunt & inclinatum. Ergo si illis credimus, debilitavit nos peccatum originale, vt voluntatis nostræ vitium non prauitas sit, sed infirmitas. Nam si praua omnino voluntas esset, non inclinata modo esset sanitatis & attenuata, sed perditæ, donec noua fieret: Rom. 3. atque hoc postèrius vbiq; scriptura docet. Vt innumera testimonia omittam, Paulus cum de natura humani generis conuincitur non infirmitatis damnat liberum arbitrium, sed omnes esse inuites promittit. 2. Corinib. 3. et aduersos à Deo, & tyrannidi peccati addictos, ita vt idoneos esse neget ad quicquam boni cogitandum. Neque tamen in reuera negamus quin maneat homini voluntas, sed mala. Nam lapsus Adæ non fuit voluntatem, sed ex libera seruum seruit, vt non modo ad peccatum sit procliuus, sed peccato obnoxia.

Istæ argumentationes Caluini & scripturarum quas adducit testimonia, non tam euidentia sunt, vt contra communem omnium sapientum, & vulgi sensum atque iudicium, & perpetuam Ecclesiæ traditionem, imò contra ipsas scripturas, absurdum eius dogma quod non est liberum homini arbitrium, sequamur. Testimonia enim quæ ex scripturis adducit impertinentia sunt, docentq; voluntatis magis impotentiam ad bene iustèque viuendum, vt diximus, & ablatam per peccatum hanc potestatem, potius quàm libertatem, & attenuatum liberum arbitrium, magis quàm extinctum, vt docet & testantur duo illa Concilia. Multum enim facultatis post peccatum humanæ voluntati relinquitur, non solum in rebus quæ ad regnum Dei non pertinent, vt pote ad hominis naturam vel vitam ciuilem, verum etiam ad eligendum bonum pietatis si gratia preueniatur, & operandum quod naturalis ratio iudicat bonum, idque ex viribus naturæ: Et quum per peccatum non interierit natura, sed vulnerata tantum sit, non solum portio vitæ naturalis quam in homine libertas sequitur, sed tota ipsa vita manet salua. Attenuatum tamen & inclinatum dicunt patres liberum arbitrium, quia donis gratiæ quæ in sua conditione acceperat est spoliatum, & vires homini naturales non extinctæ sunt, sed vulneratæ. Peccatum igitur reuera nos debilitauit, roburq; ademittit & fortitudinem animi, (qua continere poterat in sua obedientia vires inferiores) non potestatem liberè cõsentienti & agendi. Est autè voluntatis nostræ & totius hominis hoc vitium ante baptismū quidè peccatum & culpabilis prauitas, post ipsum verò infirmitas tantum & vitium non culpabile, vt diximus circa articulum 2. Quemadmodum & manifestè id docet b. Aug. Restat baptizatis, inquit, cum carne cõflictus, quia deleta est iniquitas, & manet infirmitas. Item, Habemus, inquit, ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatē. Quicquid peccati est à nobis antea, deletū est in baptismo. Nūquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? Et nos confitemur quod praua voluntas, hoc est, peccatis obnoxia, non inclinata tantum est sanitatis & attenuata, sed perditæ donec noua fiat: Verum docemus magnum esse discrimen inter voluntatis sanitate quæ sequitur charitatem per Spiritum sanctum in cordibus nostris diffusam, & eiusdem libertatem, quæ naturam sequitur. Nam sanitatem pœnitens tolli docemus per peccatum mortale, & minorem atque maiorem esse secundum charitatis quantitatem, quæ in hac peregrinatione, quia perfecta non est, nec sanitas voluntatis, nec etiam iustitia est perfecta. Et b. Paul. omnes declinasse, & inuites factos pronuncians aduersos à Deo, & tyrannidi peccati addictos, vt idonei non sint ad quicquam boni cogitandum, docet libertatem bene sanctèque viuendi, imò & salubria cogitandi per peccatum peritisse, non autem eam per quam in potestate nostra sunt quæ agimus. Quemadmodum autem homini manet voluntas ita & libertas, circa media quæ ob finem eliguntur: & ex libera per peccatū sit serua quidem peccati, sed non obnoxia necessitati in sua electione, vt per rationem procliuat ad peccandum non possit resistere, nec se cum Christi gratia à peccato eximere. Non sunt igitur testimonia hæc conuenientia ad probandum post peccatum non remansisse in homine liberum arbitrium. Et quia Caluinus post Martinum Lutherum docet omnia necessariò euenire propter efficacem Dei providentiam, qua omnia in omnibus operatur: ne in ciuilibus quidem aut naturalibus, homini libertatem admittit. Et sequitur ex eodem fundamento quod nec ante peccatum quidem, nec homo, nec angelus, nec Deus, quæ docet omnia necessariò agere, libertatē habeat arbitrij. Præter hanc tamen necessitatis cõmunem omnibus ratione, propria ponit

Circà 1. caput, sexta seß.

Responsio:

Serm. de vobis Apostoli. Tractatus 4. super Ioan. nem.

Rom. 3.

Lib. 2. aduersus Albertum Pighium.

in iusto ad bene viuendum, & aliam in peccatore ad malè viuendum. Illi tanquam equo infidente Deo, huic autem diabolo, quorum nutu moueri & dirigi illos dicit. Quod autem ne in ciuilibus quidem & externis libertatem habeamus electionis, probare conatur ex cap. 20. lib. de gratia & lib. arb. vbi Augustinus dicit, Scriptura si diligenter inspicatur, offendit non solum bonas voluntates, quas ipse facit ex malis, & à se factas in actus bonos & vitam dirigit aternā, sed & illas quæ conferuat seculi creaturam ita esse in Dei potestate, vt eas quò voluerit, quando voluerit faciat inclinari, vel ad prestanda benefacta, vel ad penas infligendas occultissimo quodam iudicio, sed iustissimo. Sed quia hoc facit Deus suafione & consilio efficaci, cuius sequendi potestatem nobis relinquit, non oportet non esse in nostra potestate eas actiones & electiones ad quas efficaciter inclinat & in Dei sunt potestate. Contingit etiam quòd bonam vel malam hominis voluntatem generalem Deus inclinet & determinet, vt voluntatem tyranni de opprimendo Deus determinat ad vnam gentem vel alteram, Israel videlicet vel Ægyptum, secundū quod conuenit occulto eius iudicio. Sed quia hæc inclinatio fit ex suggestione mediocorum conuenientium, in nostra est potestate eam non sequi. Et hic frequenter fallitur Ioannes Caluinus, concludens ex huiusmodi inclinatione, & ex potestate quam Deus habet super corda regum, necessitatem electionis humana voluntatis. Et quamuis nouerit libertatem hanc nostri arbitrii secundum omnium doctorum pariter & indoctorum intelligentiam esse potestatem vtrumlibet eligendi, ait enim.

*Quorsiquisque est qui dum assignari homini liberum arbitrium audit, non statim concepit mentis sue & voluntatis dominum quæstionem se in vram partem à seipso posuit?*

Et Græcos ipsum vocare *ἀνεξαρτήτως*, ac si potestas iuuipius penes hominem esset:

Li. 3. Periarth.

& Originem scribat asserere ipsum liberum arbitrium esse facultatem rationis ad malum & bonum discernendum, & voluntatis ad vtrumuis eligendum: nec ab eo variare Augustinū, cū doceat facultatem esse rationis & voluntatis, qua bonum eligitur gratia assidente, malū ea desistente. Et hanc Augustini definitionem Petrum Lombardum & scholasticos esse amplexos: & scripturas homini tribuere electionem & opinionē non ignoret. Ipse tamen hæc omnia scribens nouam fingit nominis huius rationem: reclamantibus, vt iam diximus, vniuersis, quam audet etiam tribuere magistro sentent. quem tamen malè memor sui dixerat sequi Augustinum in diffinitione liberi arbitrii, qui & post hanc Augustini definitionem manifestè dicit quòd potestas ipsa & habitus voluntatis & rationis quam supra dixerat esse liberum arbitrium, libera est ad vtrumlibet, quia liberè potest moueri ad hoc vel ad illud: & quòd refertur solum ad futura contingentia. Quod enim, inquit, in præsentī est, nec in potestate est vt tunc sit vel non sit quando est. Potest enim non esse vel aliud esse postea, sed non potest non esse dum est, vel aliud esse, dum id est quod est: sed in futuro an hoc sit vel illud, ad potestatem liberi arbitrii spectat: Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrii veniunt, sed ea tantum quæ possunt fieri vel non fieri. Et postea, Si diligenter inspicatur liberum videtur dici arbitrium, quia sine coactione & necessitate potest eligere vel appetere, quod ex ratione decreuit: excludens non solum coactionem, sed etiam necessitatem. Et beatus Augustinus opponens libertatem necessitati intelligit coactionem in necessitate, sed non eam solam. Et idem Caluinus libro 2. aduersus Pighium.

Lib. 3. de lib. arb.

Caluinus. Quid vulgo concepitur quando hominis liberū audiunt esse arbitrium. Responsio.

*Si coactioni opponitur libertas, liberum esse arbitrium & constanter assero, ac pro hæretico habeo quisquis seces sentiat. Si hoc, inquit, liberum vocetur, quia non cogatur aut violenter trahatur exteriori motu, sed sponte agatur sua: sed cum aliud prorsus vulgo concepiant, dum hoc epitheton homini attributum, vel audiunt vel legunt, & ad facultates virtusq; referant: & imaginatio hæc in mentem veniat, habere sub potestate sua bonum & malum, vt alterutrum eligere suapte natura queat. Hæc causa est cur mihi displicat.*

Sed hanc voluntatis libertatem quæ coactionem excludit, & externum motum, quo violenter trahitur voluntas, quæ & in pueris est, in ebriis, dormientibus & furiosis (hoc enim spontè agere docet in 3. Ethicorum cap. 2. Aristoteles) nec Manichæi, nec Valla, nec vlli hæretici negauerunt. Nouerunt enim inseparabilem esse à volūate, Non enim docebat Manichæus quòd voluntas violenter externo motu inuita trahitur ad bonum vel malum, sed quòd homo ea parte quam à malo habebat principio spontè sua & voluntariè ferebatur in malum, partè verò alia quæ à Deo est, in bonum, sed necessariò, ita vt secundum illam bonum eligere non possit, nec malum secundum istam: propter quod dicitur negasse liberum in homine esse arbitriū. Et ideo quando apud Augustinū disputatur an gratia tollat liberum arbitrium, quod credebant monachi Aduemetini (propter

(propter quos scripsit librum de gratia & lib. arbit.) non agitur de arbitrio libero à coactione, quæ naturæ voluntatis repugnat. Non enim ignorare poterant quòd voluntas externo motu inuita non cogitur. Nec intiram velle ex doctrina B. Augustini monachi illi credebant: sed an gratia faciat opera salutis non esse in nostra potestate, quod illi ex ea sequi putabant, vt patet ex duabus epistolis quas scribit Augustinus ad Valentinum, & sunt numero 46. 47. docens simul hanc libertatem concludi ex præceptis & consiliis Dei. Nullam enim hæc quæstio de gratia & libero arbitrio, quam difficillimam dicit B. Augustinus haberet difficultatem, si libertas intelligeretur, coactionem excludere solum & non necessitatē. Et quia ex doctrina beati Augustini multi intelligebant per gratiam induci necessitatem, & tolli libertatem arbitrii. Contra hunc errorem scribit etiam Faustus episcopus Galliarum librum de libero arbitrio & gratia, qui totus est contra Ioannem Caluinum, qui in eodem est errore in quo Monachi Aduemetini. Et voluntatem cogi posse potius est hæresis contra philosophiam, quam contra fidem catholicam.

*Voluntatem autem necessitate in malum trahi vel duci: quamuis libertate abdicata, offendit eos qui inter necessitatem & coactionem distinguere nesciunt. At si quis interroget eos, An non Deus necessariò bonus sit? An non diabolus necessariò malus? Quod respondeant? Sic enim connexa est Dei bonitas cum diuinitate, vt non magis necessarium sit ipsum esse Deum, quam bonum. Diabolus autem per lapsum, sic à boni communionem alienatus est, vt nihil quàm malè agere possit. Quod si quis sacrilegus obganniat, Deo parum laudis ex sua bonitate deberi, ad quam seruandam cogatur, Cui non erit prompta responsio. Inmensa eius bonitate fieri ne malè agere possit, non violenta impulsione? Ergo si liberam Dei voluntatem in bene agendo non impedit, quòd necesse est illum bene agere: Si diabolus qui non nisi malè agere potest, voluntate tamen peccat, Quis hominem ideo minus voluntariè peccare dicit, quòd sit peccandi necessitati obnoxius? Hanc necessitatem quam vbiq; prædicat Augustinus, dum etiam inuidiose Celestij cauillo vteretur, ne tamen quidem asserere dubitauit, in hæc verba, Per libertatem factum est, vt esset homo cum peccato: sed iam pœnalis virtusq; subsecuta ex libertate fecit necessitatem. Ac quoniam incidit eius rei mentio, non dubitat in hunc modum loqui de necessaria peccati seruitute, Hæc igitur distinctionis summa obseruetur, Fluminem, vt vitiatum est ex lapsu, violentum quidem peccare, nõ inuitum nec coactum, affectione animi propensissima, non violenta coactione: propriæ libidinis motu, non extranea coactione: qua tamen est naturæ præuinitate, non posse nisi ad malum moueri & agi. Quod si verum est peccandi certè necessitati subiacere, non obicere exprimitur.*

Nemo tam rudis est, vt inter necessitatem & coactionem, hoc est, inter inuitum externum motu aliquod agere, & spontaneum, distinguere nesciat: nec tamen hi foli offenduntur in eo quod dicitur, quòd libertate, abdicata voluntate, necessitate in malum trahimur, sed vniuersi scriptores ecclesiastici: qui concorditer docent quod nec ad virtutes, nec ad vitia trahimur necessitate, quodq; vbi necessitas est, nec damnatio sit nec corona. Nec tamen dicimus voluntati repugnare necessitatem, (Nam non repugnare libenter agnosimus, & in declaratione articuli docuimus, in quo tamen solo probando laborat Calu.) sed docemus libertati voluntatis repugnare necessitatem. Non enim in omni operatione sua libera est voluntas, sed in electione potissimū, in qua consistunt actus virtutum & vitiocorum. Nam vt diximus, proprius actus liberi arbitrii est circa ea quæ ad finem ordinantur, ipsum autem finem naturaliter & necessariò amat voluntas quem propterea liberum arbitrium non respicit. Et docet B. Tho. post Aristot. quòd electio & liberi arbitrii operationes necessariò præsupponunt aliquem voluntatis actum naturalem & necessarium. Diximus quoque voluntatem non esse liberam, nisi in his quæ agit ex consilio & deliberatione, in qua est origo & radix libertatis eius. Calu. autem hic promiscuè loquitur de voluntate lib. arb. quasi nullum esset inter ipsa discrimen. Libero itaque arbitrio, vt tale est, repugnat necessitas, non voluntati: quoniam necessarium est quòd quædam necessariò velit. Nam (vt inquit B. August.) nemo est qui non velit ob bonam naturæ constructionem esse beatus: Et necessariò ac naturaliter bonus est Deus, & voluntariè: Talis enim esse vult, sed non liberè & ex sua voluntate, vt docet idem Beatus August. & diabolus necessariò ac spontaneè malus est, & talis esse vult ex suæ voluntatis oblatione, sed non liberè talis manet. Non enim (vt ait Aristoteles) si vult, cum est iniustus desinet esse talis, ac iustus erit: Nec enim qui ægrotat, si vult, sanus erit, & forte sua culpa ægrotat, si incontinenter viuerebat, & præcepta medicorum contemnebat. Tūc igitur licebat ipsi non ægrotare, sed postquam valetudinem suam perdidit, non licet: Simili modo & iniusto & intemperanti licebat quidem ab initio talem non fore: quapropter sua sponte est talis, & dignus vituperio: sed posteaquam talis est factus, non licet

Caluinus.

Lib. de perfectione in.

Responsio.

1. par. quæst. 82. 3. Ethic. cap. 5.

Lib. de natura & gratia cap. 46.

Lib. 3. de lib. arb. cap. 3.

Ethi. 3. cap. 3.



Aug. quest. 2  
lib. 4. re-  
spon. 1.

Thom. 1. par-  
te quest. 44.  
art. 1.

Tob. 1.  
Daniel. 10.  
Eiebr. 1.

Lib. 3. de lib.  
arb. cap. 1. &  
sequens.  
Lib. 2. ca. 28.

Ephes. 1.

ipsum iam non esse talem. Non enim in nostra sunt potestate habitus sicut actus. Hic autem alia accedit ratio ex obstinatione voluntatis diaboli in malum. Tamen si enim factus est malus ex libera electione qua voluit Deo esse aequalis, dicendo, Ascendam in caelum & ero similis altissimo: inflatus enim electione sua hoc voluit: non tamen (quodvis spontaneus) liberè malus manet, sed necessario propter obstinatum in malo voluntatem, ex qua necessariò malè vult omnia & operatur: sicut sancti angeli ex confirmatione in bono non possunt malè velle, nec operari. Cuius confirmationis & obstinationis causa, vel natura est liberi arbitrij, secundum quam immutabiliter inhaerent spiritus angelici in quodcumque semel se tanquam in finem inclinaverint: vel ut alij dicunt desertio Dei in malis, & clara eius visio in spiritibus beatis. Quodam etiam docent Deum necessitate voluntatem beatorum in fine boni, & malos in fine mali: & ideo hoc actus qui non sunt in eorum libero arbitrio, sed à Deo voluntatem necessitate, docent non esse peccata in damnatis, nec virtutum actus in beatis, sed primum & supplicium prioris vitæ: de quo multa scribunt doctores scholastici, dist. 7. 2. lib. sentent. Operationes verò bonorum & malorum angelorum quæ sunt circa media ad finem, quasi naturaliter amatum, vel odio habitum, in bonis sunt actus virtutum atque laudabiles non meritorij: & in malis peccata, quamvis nullum mereantur supplicium. Vltima enim lata sententia Iudex est quasi functus officio suo, ut amplius in causa non cognoscat: maximè quando sententia lata est per abdicationem & adiectionem à domo atque familia sua, quasi post hac nolit se intromittere, nisi exequendo suam sententiam. Et inter omnes doctores convenit, quòd actus damnatorum, post sententiam non sunt demeritorij, nec vicissim meritorij quos faciunt beati: An verò peccent damnati in odio Dei & hominù, invidia & superbia sua, variè opinantur doctores scholastici circa dist. 50. 4. sent. Nam Albertus Magnus credit eos, nec mereri poenam, nec peccare. Atque ad sententiam eius satis accedit Robertus Holcot, lib. 2. quest. 4. & Gerson de vita spirituali animæ litera, l. B. autem Thom. aliter sentire videtur. Nam quest. 2. huius dist. art. 1. q. 6. proponit hoc argumentum, Actus inordinatus ex libertate arbitrij procedens, non excusatur quin sit demeritorius, etiam si aliqua necessitas adsit cuius aliquis sit sibi causa. Ebrui enim meretur duplices maledictiones, si ex ebrietate aliquod peccatum committit: sed ipsi damnati fuerunt sibi causa propriè obstinationis, per quam necessitate quandam peccandi patiuntur. Ergo cum eorù actus inordinatus à libero arbitrio procedat, non excusatur à demerito. Ad quod respondet quòd non propter hoc excusantur à demerito quia necessitatem peccati habent, sed quia ad summum malorum pervenerunt: necessitas tamen peccandi, cuius causa sumus, excusat à culpa in quantum est necessitas quedam, quia omne peccatù oportet esse voluntarium: sed quòd non excuset, hoc est, in quantum à voluntate precedente processit, & sic totum demeritum sequentis culpæ videtur ad primam culpam pertinere. Eandem hanc difficultatem Magister sent. tractat ex Augustino prædicta dist. 50.

Quamvis itaque vniuersa damnatorum opera & electiones mala sunt inordinata, & contra legem Dei æternam, nec bona esse possint propter voluntatis eorum in malo obstinationem: Quia tamen singula sunt libera & in eorum potestate (consultant enim & ex deliberatione operantur angeli tam boni quam mali, ut ex multis locis scripturæ est manifestum) nihil impedire videtur quin peccata sint eorum opera & digna vituperatione, & beatorum opera laude & commendatione: quia tamen illi ad summum malorum, hi autem ad summum felicitatis per sententiam Iudicis pervenerunt, & statum merendi & demerendi exceperunt, ad nullam ordinantur remunerationem eorum opera. Nec miseri debet questio de peccato & merito disputationi de libertate arbitrij, quam apud scriptores ecclesiasticos certum est excludere omnem necessitatem. Quantum enim necessitatis & determinationis accedit nostræ actioni, tantum decedit ei libertatis. Libertatem namque & necessitatem in agendo non esse compositibiles in eodem principio respectu eiusdem actionis, clarissimè demonstrat Gregorius Ariminesis, ex Arist. B. August. & Damasceno. An verò omnis necessitas, Item quæ necessitas à peccato excuset diximus supra, nec eius rei tractatio propriè ad libertatem arbitrij pertinet, licet Calvinus ipsa hic & ferè semper confundat. Concedimus igitur diabolo per lapsum sic à boni cõmuniõne esse alienatum, ut nihil quàm malè agere possit propter voluntatis in malo sine obstinatione: quia tamè multa malè agit quæ in eius potestate sunt ut non agat, sufficiens in his libertas est peccandi nulla autè necessitas: & similiter in angelis bonis, voluntas in bono cõfirmata est, ut peccare non possint, multa tamè liberè agit quæ in eorù sunt potestate. Sed & Deus omnia operatur secundum consiliù voluntatis suæ, quæ potest non agere. Potest

Potest enim non elegisse, imo nec eligere quos ab æterno elegit. Propter quod laudandus & glorificandus est Deus in sanctorum predestinatione, ut ait Apost. Paulus: & sanctis angelis multa laus & gloria debetur, & vituperatio magna malis ob ea quæ operantur. Diximus tamen in declaratione articuli, non esse de ratione liberi arbitrij posse peccare, ut etiam docet Magister sentent. lib. 2. distinct. 25. Confitemur etiam quòd liberam Dei voluntatem in bene agendo non impedit quòd necesse sit illum bene agere, eo quòd singula liberè agit ex consilio voluntatis suæ, potestatem habens aliter agendi: sed non liberè est Deus, nec bonus, imò nec in genere liberè bene agit. Nam aperte docet B. Augustinus, quòd non voluntate vivimus, sed necessitate: non voluntate morimur, sed necessitate. Non voluntate autem volumus, quis vel delirus audeat dicere? voluntatem opponens necessitati. Et paucis interiectis, Nec aliud quicquam est in potestate, nisi quòd volentibus adest. Voluntas igitur nostra nec voluntas esset, nisi esset in nostra potestate. Porro quia est in potestate, libera est nobis. Non enim est nobis liberum, quòd in potestate non habemus. Et multa ad hoc propositum. Pro cuius explanatione B. Thom. quest. 4. primæ partis artic. 2. quaerens. Vtrum actus notionales sint voluntarij, dicit dupliciter intelligi posse aliquid esse vel fieri voluntate: Vno modo, ut ablatius designet concomitantiam tantum, sicut possum dicere quòd ego sum homo mea voluntate, quia scilicet volo me esse hominem. Alio modo, ut importet habitudinem principij, sicut artifex operatur voluntate, quia voluntas est principium operis: secundum quem modum dicendum est quòd Deus pater non genuit voluntate filium, nec Deus est nec bonus est voluntate, sed voluntate produxit creaturam. Similiter & diabolus singula ex iudicio & liberè agit, potestatem habens ea non agendi: quamvis in genere necessario malè agat, nec in eius sit potestate aliter agere. Confitemur etiam hominem obnoxium esse necessitati peccandi. Non enim potest non peccare. Nam ut ait Atticus apud Hieronymum libro 3. aduersus Pelagianos, In nostra est positum potestate vel peccare, vel non peccare, & vel ad bonum, vel ad malum extendere manum, ut liberum sentietur arbitrium: sed hoc pro modo & tempore conditionis humanæ: Perpetuitas autem impeditur soli reseruaturo Deo, nec quia ad breue possum, coges me ut possim iugiter: quamvis super hac re disputer B. Augustin. lib. 2. de peccatorum meritis, resoluens quòd hominum cum gratia Dei sine peccato vivere potest. Et per libertatem quidem factum est, ut esset homo cum peccato, & iam poenalis vitiositas subsecuta ex libertate, fecit necessitatem peccandi aliquando: nunquam tamen peccamus sine libero arbitrio voluntatis nostræ assensu, sine quo motus inordinati, ad quos est ex nostra infirmitate necessitas, peccata non sunt: sicut nec vitiositas ista in baptizatis, nisi secundum tropum tantum, ut idem August. docet. Nam sine hoc consensu spontanei quidem sunt & voluntarij, sicut in pueris & dormientibus, sed non liberi. De quibus multa supra diximus in hoc articulo, & articulo secundo, ubi agitur, An concupiscentia in baptizatis maneat peccatum. Vnde clarissimè patere potest non sufficere ad peccandum & Dei offensam, quòd homo ex lapsu vitiatu volens quid faciat, vel moueatur contra legem mentis, quòdque non intuitus vel coactus, sed propensissima animi affectione: non violenta coactione, sed proprio libidinis motu operetur: verum requiritur accessus liberæ consensionis voluntatis, ita ut huiusmodi motus aliquo modo in nostra sit potestate. Propter quod docet B. August. li. 1. de ciuit. Dei, quòd si vlla concupiscentialis inobedientia, quæ adhuc in membris moribundis habitat præter nostræ voluntatis legem, quasi lege sua mouetur, quantum magis absque culpa est in corpore dormientis? Et quamvis homo vitiatu etiam post regenerationem non possit non peccare, & ante regenerationem (nisi respiciat & de peccatis poeniteat) necessario mortaliter peccet, quamvis singula cauere possit: non tamen tanta est naturæ prauitas, sicut ostendimus superius, ut non possit, nisi ad malum moueri & malè agere. Ostendimus etiam hanc naturæ prauitatem inclinare tantum, nullam autem adducere necessitatem operis ad quòd inclinatur: sicut habitus boni & mali inclinatur, similiter consilia, quæstiones & comminationes, quas tamen non necessarìo sequimur. Nam sapiens dominatur astris, & eorum inclinationibus. Prolixè his Calu. argumentis responderet Albertus Pighius lib. 3. de lib. hominis arbitrio, qui cum in omnium manibus sit, non est operæ precium ea hic repetere, & nostram responsonem hac de re latius prosequi & extendere.

CVM igitur Ioannes Calvinus doceat hominem non habere arbitrium liberum, hoc est, in cuius potestate sit non agere quòd agit, non peccare quando peccat, non conuerti quando ad Dominum conuertitur: & eduerso non esse in eius potestate agere quantum non

Lib. 3. de lib.  
arb. cap. 3.  
voluntati op-  
ponit Augu-  
stinus necessi-  
tatem.

Libertum nobis non est; quod in potestate non habemus.

Lib. 6. de iust.  
quæst. 1.

Lib. 3. de lib.  
arb. cap. 19.

Cap. 25.

do non agit, conuerti & penitere quando non conuertitur: sed ex prouidentia efficaci, (qua omnia in omnibus operatur Deus, fortiq; inclinatione voluntatis) omnia fieri necessario, nihilq; relinquere nostrae potestati: doceat praeterea liberum arbitrium tanquam equum a flore in bonum vel malum duci atque trahi: & ideo sicut necessitate a malo quod inhabitat male agere: ita a gratia Dei actum nihil sua virtute agens, necessario operari bene. Nec vllam ad gratiam & remissionem peccatorum admittat praeparationem. Cum haec, inquam, palam doceat, nullas partes habet nostra voluntas, quando nostram operamur salutem, quando etiam a Domino praeparata est, nec in regenerato, nec ante regenerationem, & ita nullus esse potest concursus & cooperatio liberi arbitrij cum gratia Dei. Siquidem scripsit voluntatem nostram non adiuuari diuina gratia, nihilq; boni expressum iri a corde nostro, nisi penitus aliud fiat, ne inter Deum & nos partiamur quod sibi vni vendicat. Hoc enim frequenter inculcat. Nam paragrafo 22. dixerat doctores ecclesiasticos doctrinam scripturae dimidia ex parte cum philosophia conciliare, eo quod aliquid tribuunt libero arbitrio in operibus salutis: reprehendens propterea Chryostomum quod dixerit Deum electionis liberum donasse arbitrium, & bona ac mala in nostra potestate, & inuitos non retinere, sed volentes amplecti. Item alio loco, Saepa qui malus est, si voluerit, in bonum mutatur, & qui bonus, per ignauitatem excidit, & fit malus: quia liberi arbitrij esse nostram naturam fecit, nec imponit necessitatem, sed congruis remedijs appositis totum iacere in aegrotantis sententia sinit. Similiter B. Hieronymum reprehendit quod dixerit nostrum esse incipere, Dei autem perficere: nostrum offerre quod possimus illius implere quod non possumus. Quae certe sententiae nihil habent incommodi, si intelligantur de nobis credentibus & voluntate a Domino prius praeparata, & sancta in inspiratione praeparata: vt docet B. Aug. lib. 1. retract. Offendunt autem Ioannem Caluinum, quod aliquid tribuit libertati nostri arbitrij, quam tolli omnino voluit.

In institutio  
ne 20. parag.

Hom. de pro  
ditione Iuda

Hom. 15. in  
Genes.  
Dialog. 3. con  
tra Pelagianos.

Ca. 22. & 26.

Episto. Ioanis  
ad Bonifaciu  
lib. 3. H. 7.  
pognosi.

Serm. de inue  
ntione sanctae  
crucis.  
Ioan. Calui.  
multorum do  
ctriam carpit.

Ioan. 15.

Gratia comi  
tatur liberu  
arbitrium, et  
ei cooperatur

Addit autem parag. 53. *Erunt forte qui concedent voluntatem a bono suapte ingenio auer-  
sam, sola Domini virtute conuerti: sic tamen vt praeparata suas deinde in agendo partes habeat: quem-  
admodum docet B. Aug. omne bonum opus gratiam precedere, et id comitante, non dicente pedissequa,  
non praenata voluntate. Vbi ab August. sententia recedens eamq; improbandam dicit, Sed quia reformata  
opus est Domini, hoc perperam homini tribuitur, quod gratia praenata pedissequa voluntate obsequatur.*  
Quod tamen clarissime scribit B. August. Vbi ergo nunc est gloriatio Caluini, quod  
suam sententiam prior docuit Augustinus? & quod Chryostomum improbat eodem  
loco idem scribentem quod August. nec gratiam sine voluntate, nec voluntatem sine  
gratia quicquam posse operari. Rursus, parag. 56.  
*Voluntatem mouet gratia, non qualiter multis seculis traditum est & creditum, vt nostrae postea sic  
electionis, nationi aut obtemperare aut refragari, sed illam efficaciter efficiendo. illud ergo toties a Chry-  
stomum repetitum repudiari necesse est, Quem trahit, volentem trahit, Sed intelligit Chryso-  
stomum contra illius mentem, quasi velit volentem esse prius quam ille trahat: cum ipse,  
sicut & Augustinus, intelligat quod tractu fiat volens. Cum igitur Caluinus clarissime  
gratiam Dei sic asserat, vt liberum tollatur arbitrium, quod semper in Ecclesia catholica  
tanquam haeticum est habitum, videlicet quod in operibus nostrae salutis locum non  
habeat libertas arbitrij, sed necessarium, non liberum sit nostrum obsequium. Nec libe-  
rum solum rollat arbitrium, sed & omnem voluntatis nostrae actiuitatem & efficientiam  
in operibus salutis, contra sententias Saluatoris, Omnem palmitem qui fert fructum,  
purgabit, &c. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite,  
sic &c. ex his quae diximus superius absurdus hic error manifeste conuincitur. In nostra  
enim potestate est arborem bonam facere & malam, praeparata prius a Domino volun-  
tate. Haec omnia prolixè tractat Albertus Pighius, lib. 6. de libero hominis arbitrio, vbi  
manifeste falsitatis eadem conuincit. Nec propterea non totum opus est a Domino, quia  
simul a libero est arbitrio virtute Dei praenato. Tradit enim B. Bernardus in fine lib.  
de libero arbitrio catholicam super isto totius Ecclesiae doctrinam, dum ait, quod gratia  
liberum excitat arbitrium cum seminat cogitatum, (Vtitur enim, sicut patres Concilij  
Tridentini, nomine Excitationis) sanat cum immutat affectum, roborat vt perducatur ad  
actum, seruat ne sentiat defectum: Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, vt illud  
tantum in primo praeniat, in caeteris comitetur, ad hoc vtique praenatiens, vt iam sibi  
deinceps cooperetur, ita tamen quod a sola gratia ceptum est pariter ab vtroque perfici-  
tur, vt mixtum non sigillatim, simul non vicissim per singulos profectus operentur,  
non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singulari opere indiuiduo per-  
agunt:*

agunt: totum quidem hoc, liberum scilicet arbitrium, & totum illa: sed vt totum in illo, sic totum ex illa. Credimus placere lectori, quod a sensu Apostoli nunquam recedimus. Quid enim nostra aliud sonant quam illud: Ergo neque currentis, neque volentis, sed miseretis est Dei. Quod sane non ideo dicit quasi quis velle aut currere possit in vanum, sed quod is qui vult & currit, non in se, sed in eo a quo accipit & velle & currere, debet gloriar. Itè paulò ante haec verba, Vtitur, inquit, Deus & angelis & hominibus bonae voluntatis tanquam commilitonibus & coadiutoribus suis, quos peracta victoria amplissime remunerabit. Denique & Paulus de se suisq; similibus auctacter pronunciat, Coadiutores enim Dei sumus. Hinc coadiutores Dei & cooperatores spiritus sancti, promeritores regni nos esse praesumimus, quod per consensum vtique voluntarium diuinæ voluntati coniungimur. Quid igitur? hoc ergo totum liberi arbitrij opus? hoc solum eius est meritum quod consentit? Est prorsus. Haec est verissima sicut Bernardi, ita Augustini & Ambrosij (a quibus tanquam a duabus columnis ille testatur difficulter se posse auelli) concors sententia. Nunquid, ait B. Aug. de Cypriano, iste factus tam memorabilis ecclesiarum in verbo veritatis instructor, liberum arbitrium negat esse in hominibus, quia Deo totum tribuit quod rectè vituimus? & lib. 1. retract. docet nostrum esse credere, sperare & diligere, propter arbitrij libertatem: & Dei esse, propter gratiam qua nostram praeparat voluntatem. Sicut enim voluntas in rebus praesentis vitae tota est a Domino, & nihilominus tota ab homine siue libero arbitrio per naturam a Deo acceptam operante. Nam causa prima efficientiam secundam non excludit, sed opus suum per eam perficit. Calorem enim producit per ignem. Ita per spiritum precum nos precari & ora re facit. Ipse spiritus, inquit Apost. interpellat pro nobis, & idem ipse loquitur in nobis. Vnusquisque, ait Apostolus Petrus, sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrat, vt sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei. Si quis loquitur quasi sermo- nes Dei, si quis ministrat tanquam ex virtute quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum. Ipse producit in montibus faenum & herbam seruitur hominum. & tamen scriptura dicit, Germinet terra herbam virentem, & protulit terra herbam virentem & facientem semen.

In episto. ad  
Hugonem de  
sancto Viso-  
re, quae est 77

Lib. 2. contra  
2. epist. Pelag.  
Cap. 26.

1. Pet. 4.

Psal. 146.  
Genes. 12.

SED quia haec sua dogmata & argumeta prolixè tractat in sua institutione Caluinus, iisque omnibus respondet Albertus Pighius, hoc loco subiiciam ea quae habet in sua Antidoto, quae succinctè complectitur ea quae in institutione adducit contra concursum liberi arbitrij cum gratia, & contra praeparationem ad peccatorum remissionem, de quibus sunt posterioris articuli partes.

Scribit autem contra 6. caput sessionis de iustificatione, quod in articuli probationem supra adduximus. Sexto capite asserunt (patres videlicet) gratia Dei nos praeparari ad percipiendam institutionem, sed huic gratiae partes assignant, excitandi & adiuuandi, vt ipsi libere cooperemur. Nempe puritas mentis hic audimus, quas in scholis deblatere Sophistae solent. Ego autem quaero, Si ne idem excitare voluntatem, & adiuuare per se infirmam, an cor nouum formare in homine vt vellet? Respondent ergo, an cor nouum creare, ex corde lapideo facere cor carneum (quorum vtrumque scriptura testatur Deum in nobis facere) nihil aliud sit quam suppleere quod deest infirmæ voluntati.

Gratia Dei nos praeparari ad iustitiam clarè docet Dominus Saluator in parabola de filio prodigo, qui multis molestiis & incommodis fractus, in se reuersus dixit, Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor. Surgam & ibo ad patrem meum, &c. quae sequuntur. Et alia scriptura testantur quod per timorem & poenitentiam perueniat ad peccatorum remissionem. Poenitentiam agite inquit saluator, & appropinquabit regnum caelorum. Item, Postquam conuertisti me egi poenitentiam, & postquam ostendisti mihi percussus femur meum. Item, A timore tuo Domine cocepimus & quasi parturimus & peperimus spiritum salutis. Et B. Petrus ad Simonem Magum, poenitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. Rursus, Conuertatur vir a via sua mala & ab iniquitate quae est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur a furore ire suae, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt a via sua mala, & miseratus est super malitia quam locutus fuerat, vt faceret eis & non fecit. Et ad Deum placandum viri sancti semper vsi sunt ieiunijs, oratione & elemosyna. Et audeat dicere B. Augustinus, quod rarissime accidit, imò ferè nunquam, vt quisquam veniat ad baptismum volens fieri Christianus, qui non sit aliquo Dei timore percussus. De ipsa quippe seueritate Dei, qua corda mortalium saluberrimo terrore quatuntur; charitas edificanda est, vt ab eo quem timet, amari se gaudens, eum redamare audeat, eiusque in se dilectioni;

Responso:  
Luca 15.

Matth. 3.  
Hier. 31.

Esai. 26.

Act. 8.  
Iona 3.

Ioh. 2.  
Lib. de cate-  
chizandis rti  
dibus cap. 5.

etiam

Proverb. 16. 1. Reg. 7. 1. Ecclesiast. 18. Esal. 9.

etiam si impune posset, tamen displicere vereatur. Et testantur scripturæ quod hominis sit animam præparare: atque ut animam præparet frequenter hortantur. Nam cordis præparationem audit Dominus. Nec in scholis solum Sophistæ docent partes gratiæ, eiusq; officium in excitando consistere, sed & vniuersi episcopi in ecclesiis hoc semper docuerunt plebem sibi à Domino concreditam: nec aliquis scriptorum Christianæ professionis aliter locutus est quàm hic patres: nempe liberum arbitrium per gratiam excitari, & deinde adiuuari eius cooperatione, ut Caluinus ipse fatetur parag. 22. & 28. quomodo statim audiuius loquentem Bernardum, quod gratia comitatur liberum arbitrium, & ad hoc præuenit, ut deinceps ei cooperetur. Et beatus Augustinus, Qui præparat voluntatem cooperando, perficit quod operando incipit: quoniam ipse ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Ut ergo velimus sine nobis operatur, excitando videlicet somnolentos: Cum autem volumus, & sic volumus ut faciamus, nobiscum cooperatur: sine quo tamen vel operante ut velimus; vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus. Vbi aduertendum est dici Deum per suam gratiam nobis cooperari ad bona pietatis opera, tanquam operariis quasi principalibus. Et dum quærit Caluinus, Sitne idem excitare voluntatem & adiuuare per se infirmam, An cor nouum formare in homine ut velit? Respondemus, Nihil horum esse: sicut excitare hominem dormientem, ut surgat & vigilet, non est ipsum adiuuare, ut surgat & ambulet, & medicum accedat pro sanitate: multum diuersa sunt hæc tria, sed tamen se habent ordine quodam. Excitamus enim dormientem pulsando, trahendo & vocando: adiuuamus surgentem & ambulatam cooperando: medicus est qui sanatur. Sic in anima fit (ad quam per Metaphoram hoc nomen Excitationis transfertur). Nam per gratiæ vocationem, pulsus & tractus internus ipsa excitatur ad cogitandum cogitationes pacis & salutis: ad quam gratiam pertinent quæ dicit Propheta, Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus. Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis. Frons mulieris meretricis facta est tibi & noluit erubescere, ergo saltem amodo voca me, Pater meus & dux virginitatis meæ tu es. Scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum præuocata es. Huiusmodi sermones excitatorios in scripturis frequenter est inuenire. Quædo autem iam excitatus est peccator istiusmodi pulsus, incipit de peccatis dolere, & inquirere media, per quæ sanetur, & cor nouum accipiat. Nouitas enim cordis est eius sanitas & vita. Nec propriè in homine cor nouum format Deus ut velit, sed ut sobriè, iuste, & piè viuat in hoc seculo, & per spiritum inhabitantem hoc velit efficaciter. Ut enim simpliciter velit & desideret sanari, & medicum Christum accedere, imò ut accedat, sufficit internæ vocationis & excitationis gratia. Ex quibus patet quodd ad cogitandum & amandum quæ sunt salutis per gratiam excitamur: & excitati ea exequendo & operando adiuuamur: non ut gratiæ liberè cooperemur, sed ut ipsa cooperando nos adiuuet operantes. Ait enim beatus Augustinus. Nec ideo tamen quia à Deo deprecanda est iustitia, de hac re solis votis agendum est, ut non subinferatur ad bene vitendum etiam nostræ efficacia voluntatis. Adiutor enim noster Deus dicitur, nec adiuuari potest, nisi qui aliquid spontè conatur: quia non sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis in quorum natura rationem voluntatemq; non condidit, salutem nostram Deus operatur. Et conuersos, inquit, Deus adiuuat, & auersos deserit. Respondemus igitur longè diuersa esse hæc tria. Et magnum etiam esse discrimen inter cor nouum creare, ac facere cor carneum ex corde lapideo, & supplere quod deest infirmæ voluntati. Nam cor nouum & cor carneum creare, est peccatori spiritum viuificantem infundere, per quem non solum suppletur, quod deest infirmæ voluntati, sed & eius infirmitates sanantur: per quem & vires accipit ambulandi in via mandatorum Dei, & vincendi omnes aduersarias potestates. Cui (inquit, B. Petrus de diabolo loquens) resistite fortes in fide. Omne enim quod natum est ex Deo vincit mundum. Nam sicut creatio hominis facit esse hominem, & vitam largitur naturalem: ita cordis notus & carni creatio dat esse diuinum, & diuinæ confortes facit.

Quod enim dicitur in Genesi, Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, hoc ipsum fit in creatione noui cordis & voluntatis, per quam inspiratur in animæ faciem spiritus vitæ, & fit homo in spiritum viuificantem. In vtroque diuersa sunt excitare dormientem, adiuuare operantem, & supplere quod deest homini & voluntati, vtrisque infirmis. Hoc enim supplementum infirmitatis, siue impotentiae non propriè respicit esse, sed vitalem operationem, quæ ex animo atque corde nouo proficiscitur: respicit etiam opera per quæ

Micr. 3.

Lib. 2. de peccatorum meritis, & de perfectione in stitia in sine cap. 5.

1. Pet. 5. 1. Ioan. 5.

Genes. 2.

quæ præparamur, ut spiritum vitæ accipiamus. Confundit autem hic Caluinus & commiscet quæ sunt à se mutuo diuersissima, quem morem seruant omnes hæretici, quorum figura præcessit in Haliu secundum interpretationem Gregorii, de quo Dominus, Quis est iste, inuolens sententias sermonibus imperitis? Eorum, inquit, qui intra ecclesiam catholicam inani gloria student, nō immerito typum tenent, qui dum se præ ceteris perituros credunt, diuino iudicio de imperitia redarguuntur.

Quod si minus eos mouent illa testimonia, respondeant, An qui efficit in nobis velle, simpliciter voluntatem adiuuet. Paulus totum Deo vendicat, nisi nihil ei præter adminiculum acceptum seruit. Sed in quo homine Deo socium adiungunt? quis gratiæ Dei quem repudare posset liberè recipit, & spiritus sancti illuminationem. Quantum ex Dei virtute deribunt, quæ à propheta describitur, Dabo, inquit, legem Hier. 31. meam in corda vestra, faciatisq; ut in præceptis meis ambuletis?

Nihil nos mouent hæc scripturarū testimonia vt ob ea patrum Concilij Tridentini & totius Ecclesiæ catholicæ relinquamus doctrinā. Ostendimus enim impertinentia esse: quod ipse Caluinus etiam agnoscens ex eis facit interrogationes, quibus iam respondimus: nec quicquid certi ex eis contra nostrā doctrinam concludit. Ita & nūc interrogat, Respondeant, inquit, An qui efficit in nobis velle, simpliciter voluntatem adiuuet?

Cui libenter respondemus quod Deus velle efficiens, hominem excitat & amare ac desiderare facit ea quæ suæ sunt salutis, & vires ministrat illa prosequendi: In quo voluntatem propriè non adiuuat, quia iuxta sententiam Augustini, adiuuari non potest, nisi qui aliquid spontè conatur: sed voluntatem format & afficit ad ea quæ salutem promouent. Sed Paulus, inquit, totum Deo vendicat, & non solum quod simpliciter voluntatem adiuuat: patres verò nihil ei præter adminiculum acceptum seruit. Vbi patribus falsum imponit. Totum enim nos Deo vendicamus: nihilominus totum quod est in opere salutis post B. Bernardum atq; totius ecclesiæ catholicæ doctrinam, tribuimus liberè arbitrio, sed ob virtutem quam accipit à Deo efficiente ut velit. Et mirum quod hæc calumniari audeat Caluinus, quum eadem doceat B. Augustin. Prædicamus enim quod non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed tamen quod sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu, quodque palmes non potest fructum à semetipso, nisi manserit in vite. Quando igitur in vite manet, à semetipso, hoc est, suapte virtute potest ferre fructum: & sufficientes sumus cogitare salutaria, eaque amare, sed sufficientia quam à Deo accepimus: Longè tamen eminentius hæc opera à Deo proficiscuntur, sicut & opera quæ per naturæ vires efficiuntur. Ipse enim sua gratia nos præueniens excitat intellectum pia cogitatione, & affectum format sancto amore, per quem concipere possumus spiritum salutis, & per hunc nostram operari salutem. Declarat enim B. Augustinus, quod non licet dicere: Non est miserentis Dei, sed volentis & currentis hominis: quemadmodum ediuerso dicit Apostolus, Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei, quamuis ex vtroque fiat, id est voluntate hominis & misericordia Dei. Sicut enim non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei, ita non sufficit misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis. Sed propterea, inquit, rectè dictum intelligitur, Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem & præparat adiuuandam, & hoc sine eo, & adiuuat præparatam ad omne opus salutis: quod propterea totum ab ea procedit, sicut à Deo. Nec solum hominem Deo socium, hoc est, cooperarium adiungimus, quia gratiam Dei quam repudiare posset, liberè recipit (in quo propriè non est societas hominis cum Deo, quæ communem operationem respicit) nec in hoc solo communicant, ut calumniatur nos dicere Caluinus: sed in eo magis quod accepta virtute & potestate credendi, sperandi, & diligendi ex gratia patris hæc simul cum Deo operatur. Et Deo cooperante iuste & sanè viuimus, & per dilectionem mandata legis implemus. Hac de re supra allegauimus dogma ecclesiasticum. Docemus enim, quod sicut animam viuentem à Deo accepimus, & illius virtute omnia opera vitæ humanæ operamur, Deo in omnibus tanquam causa prima ac principali cooperante, ita hic accipimus spiritum viuificantem, cuius virtute ea quæ salutis sunt agimus, Deo nobis similiter cooperante. Docemus etiam cum Propheta, quod Deus dat legem suam in corda nostra, hoc est, sui amorem & charitatem per Spiritum sanctum in ea diffundit, per quem facit nos in præceptis suis ambulare, sed liberè & voluntariè, nulla autem impulsio necessitate. Lex Dei, inquit beatus Augustinus, est charitas: huic prudentia carnis non est subiecta, neque enim potest: sed ad hanc prudentiam carnis terrendam, cum in tabulis scribuntur opera charitatis lex est operum & litera

1ob 38.

Caluinus.

Responso.

Cap. 5. lib. 2. de peccatorum meritis.

De gratia & lib. arb. ca. 17. 2. Cor. 3.

Cap. 32. in Eschiria.

De dogmati eccle. cap. 21.

Hier. 31. Lex Dei est charitas.

De spiritu & litera, cap. 17.

litera occidens prauaricatorem : cum autem charitas diffunditur in corde credentium lex est fidei, & spiritus uiuificans dilectorem. Rursus, cap. 21. Quid sunt ergo leges Dei ab eo scripturæ in cordibus, nisi ipsa præsentia Spiritus sancti qui est digitus Dei, quo præsentem diffunditur charitas in cordibus nostris? Item beatus Gregorius circa locum Job, Lex Dei multiplex. Quid hoc loco lex Dei accipi, nisi charitas debet, per quam semper legimus præcepta vitæ in mente, qualiter in actione teneantur? Id quod latius prosequitur & probat, De hac re licet videre B. Thomam in 2. quart. 106.

Calvinus.

Sed hoc est scilicet quod alieni ab Augustino traditum est, Laborant, inquit, homines ut inueniant in nostra voluntate, quid boni sit nostrum quod nobis non sit ex Deo, & quid inueniri possit ignoro. At verè, ut alibi tradit, Si relinqueretur homini sua voluntas, ut in adiutorio Dei maneret si uellet, nec Deus etiam efficeret ipsum uelle, inter tot ac tantas tentationes infirmitate sua voluntas succumberet. Ideo subuenitur est infirmitati voluntatis humanæ, ut diuina gratia indeclinabiliter & inseparabiliter ageretur, & ideo quamuis infirma non desiceret.

Exech. 38. li. 2. de peccatorum meritis cap. 18.

Responsio. Cap. 18.

Et nos cum B. August. confitemur & docemus nihil boni esse nostrum, quod nobis non sit ex Deo. Docuimus enim superius ex 2. eius libro contra duas epistolas Pelagianorum, quod Deus multa bona facit in homine, quæ non facit homo, sed quod nulla facit homo, quæ non facit Deus ut faciat homo. Vbi etiam ostendit quod nec boni quicquam ex nobis incipere possumus, nec perficere quasi ex nobis, nec cogitare, nec cupere, nec operari. Et cap. sequenti per solam gratiam Dei bonum esse in nobis multipliciter ostenditur. Non igitur laboramus nos ut inueniamus in nostra voluntate, quid boni sit nostrum quod nobis non sit ex Deo. Scimus enim huiusmodi inueniri non posse. Disputat autem B. Augustinus eo capite quod citat Calvinus, cum Pelagio, qui docebat bonam voluntatem esse ex viribus liberi arbitrii. Et quia huius capitis solum fragmentum adfert Calvinus, ipsum caput integrum hic inseremus, quum multum illustret nostram disputationem & sententiam. Docens enim quod omne bonum quod habemus, à Deo accipimus, quodque in voluntate nihil boni sit nostrum quod nobis non sit ex Deo, præmonet ne sic gratiam defendamus, ut liberum arbitrium auferre videamur: rursus ne sic asseramus liberum arbitrium, ut superba impietate, ingrati Dei gratiæ iudicemur. Illud namque Apostoli, Quid habes quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti, sic defendere quidam uoluerunt, ut dicerent ideo quicquid etiam bonæ voluntatis habet homo, Deo tribuendum esse: quia & hoc in ipso esse non posset, si homo ipse non esset. Cum vero ut sit aliquid, atque ut homo sit, non habeat nisi à Deo, Cur non auctori tribuatur etiam quicquid in illo est bonæ voluntatis, quod non esset, nisi esset in quo esset? Sed hoc modo, inquit, etiã illud dici potest, malam quoque voluntatē Deo auctori tribuendam esse: quia nec ipsa esse potest in homine, nisi homo esset in quo esset: ut autem homo sit, Deus auctor est, & ita eius quoque malæ voluntatis, quæ nisi hominem haberet in quo esset, esse omnino non posset, ad authorem Deum esse referendum: quod nefas est dicere. Quapropter nisi obtineamus non solum voluntatis arbitrium, quod huc atque illuc liberum flectitur, atque in eis naturalibus bonis est, quibus & malè uti malus potest: sed etiam voluntatem bonam quæ iam in eis bonis est, quorum usus non potest esse malus, nisi ex Deo nobis esse non posse, nescio quemadmodum defendamus quod dictum est, Quid enim habes quod non accepisti. Nam si nobis libera quædam voluntas ex Deo est, quæ adhuc potest esse vel bona vel mala, bona uerò uoluntas ex nobis est, melius est id quod à nobis quàm quod ab illo est. Quod si absurdissimè dicitur, oportet etiam fateantur bonam voluntatem diuinitus adipisci: quanquam uoluntas mirum si potest in medio quodam ita consistere, ut nec bona nec mala sit. Aut enim iustitiam diligimus, & bona est: & si magis diligimus, magis bona: sin minus, minus bona est: aut si omnino non diligimus, non est bona. Quis uerò dubitet dicere uoluntatem nullo modo iustitiam diligentem non modò esse malam, sed etiam pessimam uoluntatem? Si ergo uoluntas aut bona est aut mala, & utique malam non habemus ex Deo, restat ut bonam uoluntatem ex Deo habeamus: alioquin nescio, cum ab eo iustificamur, quo alio munere ipsius gaudere debeamus. Declarans autem quo modo bona uoluntatē à Deo habemus, Hinc, ait, scriptum arbitror, Paratur uoluntas à Domino, Et in psal. A Domino gressus hominis dirigentur, & uia eius uolens. Itē quod Apost. ait, Deus est enim qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Quocirca quoniã quod à Deo nos auertimus, nostrum est, & hæc est uoluntas mala: quod uerò ad Deum nos conuertimus, nisi ipso excitate & adiuuante non possumus: & hæc est uoluntas bona, quid habemus quod non accepimus? Ex quibus manifestum est sententiã B. Aug. esse, quod

Lib. 2. de peccatorum meritis cap. 18.

Nefas est malam uoluntatem ad Deum tanquam auctorem referre.

Psal. 36.

Phillip. 2.

quod ratio liberi arbitrii habeat huc atque illuc liberum flecti, quodque sine huiusmodi libertatis arbitrii præiudicio defendenda est gratia. Item quod nostrum etiam sit, quod ad Deum nos conuertimus, ipso excitante & adiuuante: solum autem nostrum sit quod à Deo nos auertimus. Quæ omnia sunt contra Calvinum doctrinam, sed eadem quæ docemur nos. Altera autem sententia quam ex Augustino citat, non loquitur contra liberam cooperationem liberi arbitrii in opere pietatis cum gratia, de qua tamen agunt patres (contra quos eam adducit) in hoc capite, sed de perseverantia in bono usque ad finem uitæ, ad quam necessarium esse Dei auxilium dirigens & protegens contra tentationum impulsus, supra satis declarauimus: propter quos insultus etiam iustus à Deo petere debet. Ne nos inducas in tentatione, & libera nos à malo. Multis enim datur gratia, quibus non datur in ea perseverare. De quo latè diximus circa propositionem nonam & decimam supra positam. Nos quidem liberè confitemur atque docemus post scripturas, & B. August. uerissimam esse hanc eius sententiam: attamen quamuis infirma hominis uoluntas indeclinabiliter & inseparabiliter diuina gratia agatur: agitur tamen ut liberè agat & prudenter se regat, non ut agantur animalia bruta: & ideo quamuis infirma non deficiat, deficere tamen in sua habet potestate, & auxilium quo sic agitur deserere: ac in eo manere, si uelit. Sic enim habet auctor lib. de uocatione omnium gentium, Certissime non uerimus nullum fidelium à Deo non discedentem relinqui, neque cuiusquam ruinam ex diuina esse constitutione dispositam: sed multis qui iam iudicio rationis utuntur, ideo liberum esse discedere, ut non discessisse sit præmiu: & ut quod non potest, nisi cooperante spiritu Dei, fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit uoluntate non fieri. Item cap. 9. Quod opitulatio gratiæ quæ per innumeratos modos siue occultos siue manifestos, omnibus adhibetur, à multis refutatur, ipsorum est nequitia: quod autem à multis iudicatur, gratiæ est diuinæ & uoluntatis humanæ. Siue igitur initia, siue profectus fidelium, siue usque in finem perseverantium cogitemus genus, nulla species cuiusquam uirtutis occurrit, quæ uel sine dono diuinæ gratiæ, uel sine consensu nostræ uoluntatis habeatur. Et in fine cap. Vniuersis qui in fide & dilectione permanent, ab ipso donatur ne in tentatione superentur, ut qui gloriatur, in Domino gloriatur, ipsamque gloriam eisdem quibus eam impertit ascribit, ut quamuis auxilio Dei steterit, tamen quia in se habebant unde caderent, ipsorum sit meritum quod steterunt. Igitur sicut qui crediderunt uiuantur ut in fide maneant, sic & qui nondum crediderunt uiuantur ut credant: Et quemadmodum illi id sua habent potestate ut exeant, ita & isti in sua habent potestate ne ueniant: Hanc doctrinam omnino eandem tradunt partes Concilij Tridentini, quam hic impugnat Ioannes Calvinus: docent eandem scripturæ sacra. Ait enim Apostolus Paulus, Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non peperit, e forè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem Dei, si permanferis in bonitate, alioqui & tu excideris: sed & illi si non permanferint in incredulitate inserentur. Et alio loco, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar. Item, Qui se existimat stare, uideat ne cadat, Propter quod B. Bern. in serm. de duplici baptismo, tractans locum Apost. ad Roma. 8. Quis separabit nos à charitate Christi? Multa hic ponit Apost. inquit: non tamen adijciens, Nec nos ipsi: Nulla nos creatura ab ipso auellere potest. Soli id deserere possumus propria uoluntate. Et ideo diuina gratia indeclinabiliter & inseparabiliter uoluntas agitur, ut (quamuis infirma) non deficiat, neque aduersitate aliqua vincatur, si tamen diuinæ gratiæ non defuerit. Vigilate, inquit Saluator: & iterum ac tertio dicit, Vigilate. Tunc enim nulla nos vincere potest aduersaria potestas, diuinæ gratiæ uirtute adiutos, quam negligere possumus, hosti cedere atque locum in nobis dare: sed quod tunc vincimur ex nostra est ignaui, nostro uicio, & non ex aduersarii uirtute supra diuinam gratiam. Nunquam enim necessitatem adducit diuina gratia quamuis potentissima. Semper enim sicut uti, ita & negligere eam possumus. Mouet enim liberum arbitrium secundum modum naturæ eius, & relinquit modum liberè uolendi, qui ei est naturalis: quemadmodum Philippus ueritatis euidencia conuictus, frequenter confitetur & repetit in locis posterioribus: Indeclinabiliter tamen & inseparabiliter à diuina gratia, nostra agitur uoluntas: quia fieri non potest, ut declinet ab eo ad quod Deus eam secundum æternum suum propositum flectit, nec ut separet se ab eo aliorum quàm ad quod ab ipso dirigitur. Infirma namque uoluntas hanc uirtutem accipit à Deo ut cõtemnat, & superet uniuersas malorum tentationes, Deo simul seruante & protegente. Fidelis Deus est, ait Apost. qui non patietur uos tẽtari supra id quod

De corrup. 8.

grad. cap. 12.

Augustinus de corrup. 8. gra. cap. 8.

De bono peruen. cap. 7.

Lib. 2. cap. 4. et 9.

Rom. 11.

1. Cor. 9.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere: virtus enim liberi arbitrii, ut ex Apostolo citat Augustinus, hic perficitur per gratiam, non tollitur: & in eius manet potestate ut peccet: quamuis simul stare nequeant, ut scilicet secundum Dei propositum agatur, & ipsum non sequatur. Non enim ex inseparabilitate aut indeclinabilitate sequitur necessitas, quum Dei voluntas indeclinabilis sit & inseparabilis à suo iudicio, quæ tamen liberrimè omnia agit secundum consilium voluntatis suæ. Et sicut virtus moralis non mutat naturalem agendi modum voluntatis, sed magis liberam facit electionem, ita & virtus, robur & fortitudo, quam gratia ei tribuit. Non enim tam vehemens potest esse impulsus ad bonum vel malum, ut ipsum necessario sequamur. Nihil difficultatis adfert hæc Beati Augustini sententia, si legantur ea quæ præcedunt, & quæ usque ad finem capituli sequuntur. Nam cap. 8. eiusdem lib. explicans verba Saluatoris. Rogati pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Quando, inquit, rogauit, ne fides eius deficeret, quid aliud rogauit quam ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, inuictissimam, perstentantissimam voluntatem? Ecce quemadmodum secundum gratiam Dei, non contra eam libertas defenditur voluntatis. Voluntas quippe humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem, & ut perseveret delectabilem perpetuitatem, & insuperabilem fortitudinem.

Luce 22.

Caluinus.

*Excudent autem Neptunij patres in nona officina, quod Augustino fuit ignotum, non esse ex Deo gratia receptionem, quia libero voluntatis propria motu Deo vocanti assentiuntur. At respicit scripturam, quæ Deum auctorem facit bonæ voluntatis. Aliud est moueri à Deo voluntatem, ut obsequatur si libeat, aliud autem formari ut bona sit. Porro non se futurum promittit Deus, ut possimus bene velle, sed ut bene velimus, imò ultra progreditur, cū dicit, Faciā ut ambulatis. Quod diligenter ab Augustino annotatū est, atq; idē Paulus affirmat, cū docet Deū esse qui & velle efficit in nobis & perficere pro suo beneplacito.*

Responsio.

Exod. 22.

Esai. 53.

Proter. 30.

Hic Caluini memorem esse oportebat eius scripturæ quæ dicit, Principi populi tui non maledices. Item illius: Væ qui prædaris, nōne & ipse prædaberis? & qui spernis, nōne & ipse sperneris? Cū ipse fatigatus desieris contēnere ipse tunc contemneris. Et ipse dominus deludet illufores: quia abominatio est domino omnis illufo, & cum simplicibus fermocinatio eius. Magna est autem irrisio reuerendos Episcopos, quos spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, vocare patres Neptunios, quasi idololatras, qui Neptunum colant aut imitentur: quibus insuper falsum imponit. Non enim dicunt, nec etiam nos docemus nō esse ex Deo gratiæ receptionem, sed omnino contrarium, quod nisi à Deo gratia non recipitur. Gratiam enim & gloriam dabit Dominus. Ut enim velimus, inquit B. Aug., multas salutare cogitationes, atq; ex eis sanctos affectus in nobis sine nobis operatur Deus. Nō enim in nostra est potestate quibus visis tangamur. Sunt tamen & aliæ gratiæ, quas solum nostra voluntate accipimus, & libero eius assensu, qualis est gratia iustificationis, fidei, spei, & charitatis. Nam qui creauit te, inquit B. August. sine te, non iustificabit te sine te. Et assentiuntur gratiæ vocanti, trahēti, ducenti & suscipienti, libero atq; proprio voluntatis motu: Hoc patres hic docent, de quo etiam est dogma ecclesiasticum & expressa sententia. B. Aug. libro De spiritu & litera, vbi ait, Consentire vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriæ voluntatis est.

De verbis Apost. Jer. 15.

Cap. 24.

Cap. 4. & 9.

Item libro 83. quæst. 68. Rursus B. Ambro. lib. 2. de vocatione gentium. Quæ omnia supra latius declarauimus: vbi etiam hoc diximus quo sensu B. Ambro. dicat, ca. 9. eiusdem lib. quod gratiæ sit diuinæ & volūtatis humanæ, quod opitulatio gratiæ à multis suscipitur. Ideo quod B. Aug. in locis nunc citatis, tantū ad nostrę voluntatis potestatem refert. Quod enim pars aliqua salutaris eligatur, & ad eam se voluntas inclinet, ad solam libertatem referri potest, hic scilicet modus, vnū libere præ alio eligendi. Non enim referri potest, nisi ad voluntatis libertatem, quamuis ex gratiæ persuasione & cooperatione fiat omnis electio sancta ac libera. Atq; hoc intellectu solius liberi arbitrii est consentire, Deoq; vocanti acquiescere, ita vt Dei vocationem non negligat, sed apprehendat, iuxta dogma Ecclesiasticum. Nec hoc dicentes facimus nos bonæ voluntatis auctores: sed docemus quod Deo in nobis operante velle, eadem voluntate & eodem velle liberè volumus, & in his quæ Deus agit in nobis nos liberè cooperamur: & hoc nostrum esse est ex natura liberi arbitrii, quam Deus in nobis plantauit & condidit. Multæ tamen bonæ cogitationes, affectus & desideria in nobis sunt à Deo solo, in quibus locum non habet liberum arbitrium. Ea autem voluntas de qua sancti angeli in suo cantico: Gloria in excelsis Deo, & pax hominibus bonæ voluntatis, esse non potest sine nostræ voluntatis assensu libero. Docemus etiam nos, aliud esse moueri à Deo voluntatem, vt obsequatur si libeat, & aliud esse formari ut bona sit. Addimus & tertium, aliud esse volun-

De dogma. eccl. cap. 21.

voluntatem moueri ut libeat & velit: tamen ad præsentem disputationem nihil pertineant. Formatur aut voluntas ut bona sit, quando accipit charitatē Dei per spiritum viuificantē, quo potens efficitur, ut mandata Dei impleat, & Deū toto corde diligit. Hic enim spiritus est forma faciens hominē consortem diuinæ naturæ & filium Dei. Mouetur autem voluntas à Deo, ut obsequatur vocationi si libeat, quādo immittuntur sanctę cogitationes sanctęque affectus quibus obsequi potest si velit. Si autē velit & libeat obsequi, ad hoc diuinitus etiam mouetur. Huius diuersitatis causam refert Aug. ad diuersam hominum affectionem & persuasione. Quosdam enim vocat eo modo quo modo aptū est eis vt sequantur: alios verò non sic vocat, ut ibi prosequitur. Nec solum mouetur à Deo voluntas hominis iusti, vt iuste operetur & viuat, sed & impii, vt conuertatur, seq; ad iustitiam præparet. Adiuuat enim nos, & spiritus nondum inhabitans: Voluntatem autem bonam non facit nisi Dominus infundēdo spiritū nouū, & cor mundū atq; rectum in visceribus nostris creando, ac sine nobis eam operando: quamuis nostrā requirat preparationem, iuxta mandatū Domini, Proiicite à vobis omnes iniquitates vestras, & facite vobis cor nouum & spiritum nouū. Conuertimini & agite penitentiam. Fallitur hic Ioannes Caluinus in eo quod arbitratur, non posse fieri quod Deo faciente bonā in nobis voluntatē, & nos ambulare in mandatis eius, hoc ipsum & nos liberè velimus & ambulemus in eis, quum tamē nihil tam sit in nostra potestate (ait frequētē B. Aug.) quā ipse voluntas. Promittit autem se facturum Deus, imo & facit non tantum vt possimus bene velle, & possimus ambulare, eiusque voluntatem facere: sed hæc operatur secundum modum & conditionem naturæ humanæ, qui est liberè velle, liberè ambulare, & reliqua facere, ita vt in manu atque potestate habeamus agere hæc contraria, multa autem opera pietatis nos posse facere quæ non facimus: Nec facere omnia quæ facimus, & multo plura nos facere posse quæ non facimus superius ostendimus ex ca. 19. Math. & capitulo vltimo epistolæ ad Ephesios & locis aliis. Deus itaque velle efficit in nobis & perficere, sed non sine nobis nostræque voluntatis libera cooperatione.

Li. 1. ad Simplic. quæst. 20. August. epist. 150. ad Sixtum.

Eszech. 18.

Lib. 3. de lib. arb. cap. 3. li. 1. retract. ca. 9. & cap. 22.

*In eo hallucinatur, quod motum nobis offerri somniant qui mediam electionem nobis relinquat: nihil autem de efficacia illa cogitant, quæ cor hominis renouatur, ut ex prauo fiat rectum. Hæc verò efficax spiritus sancti operatio ab Hiere. cap. 32. describitur, cum ita loquitur in persona Dei, Ponam timorem nominis mei in cordibus eorum, ne declinent à mandatis meis. Denique in eo falluntur quod nullam obseruant inter regenerationis gratiam quæ nunc miseris nostræ subuenit, & primam quæ Adæ data fuerat, discrimen: quod diligenter Aug. exponit, Per mediatorum Christum, inquit, ex malis Deus facit deinceps in æternum bonos. Ista gratiam non habuit primus homo, quæ nunquam vellet esse malus. Tale quippe erat adiutorium quod desereret cum vellet, & in quo permaneret si vellet: non quo fieret ut vellet. Sed potentior est gratia in secundo Adam, quæ sit etiam ut velimus: tantumq; velimus, ac tanto ardore diligamus, ut carnis voluntatem contraria concupiscentem voluntate spiritus vincamus. Paulo post. Est in vobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo & perseveranter tenendo non solum posse quod volumus, verum etiam velle quod possumus.*

Caluinus.

Responsio.

Nos non hallucinatur, sed secundum scripturam docemus motionem Dei sæpe nobis offerri, hoc est gratiam Dei nobis paratam esse & exhibendam, si nos aptos & idoneos exhiberemus, & per nostram culpam non impediretur: quamuis multis etiam indignis non solum eam offerat, sed & exhibeat Deus bonas cogitationes, quibus penitentiam & sancta opera exerceri possent, inspirando, qui tamen eam negligunt, & in vacuum recipiunt. Relinquunt igitur motus Dei, libertatem sequendi, eligendi, & resutandi ea ad quæ inspirantur. Docent istud, ut diximus B. Amb. B. August. locis paulò supra citatis, & post eos patres, quibus se opponit Ioannes Caluinus. Sic enim Deus liberum mouet arbitrium, ut saluum relinquat naturalem modum eligendi & operandi, hoc est vt relinquat potestatem ad vtrūq; se flectendi. Quomodo cūque enim moueatur arbitrium ad bonū vel malū, potest nō sequi: Nam qui cum gratia Dei perseverat in bono, eam peccando abiicere & nō perseverare potest. Eademq; libertate sequimur, quando nos efficaciter ad aliquid mouet suo sancto spiritu persuasos. Indicibiliter quidem persuasibilia sunt verba, quibus Deus electis ad cor loquitur: & semper ea sequimur, relicta tamen potestate non sequendi. Nullam enim persuasiones afferunt necessitatem. Alio verò alia sit Dei motio, & efficacia præueniens in eo qui eam non sequitur, alia gratia & efficacia in obsequente, in genere causę efficientis: sicut certum est aliam esse efficientiam in eo qui sequitur, tractauimus in superioribus, & diximus probabile esse quod non oporteat aliam esse motionem aut nouam gratiam, voluntatem siue actionem præcedentem, quodq; ex sola voluntatis libertate omnino eodem & æquè efficaci in eis existentē

Li. 2. de vocatione gentium cap. 4. et 9. li. 83. q. 64.

principio vnus gratiam sequatur plerunq; & alter non sequatur. Nam liberum arbitrium positis omnibus ad volendum & agendum requisitis, potest non velle & non agere: sicuti quando igris calefacit Deus ei cooperatur tanquam causa vniuersalis, calorem vnâ cum igne producendo & aliquid facit quod non faceret igne à calefaciendo imposito, eodem tamen & inuariato principio caloris. Et probabile est quod in genere cause efficientis prius natura quam ignis calefacit, non aliter Deus moueat igne calefaciente, quam eo impedito. Et idem dicendum esse videtur de voluntate efficacie aliquid volente, quod in ea nihil prius natura requiritur quod nō est in non volente. Et probabiliter in vtramq; partem disputari fortassis istud potest, vt liceat vnicuique in suo sensu hic abundare. Quod autem Caluinus hic proponit quod scilicet motio Dei electionem excludat, improbable est, & scripturis & patribus aduersatur. Efficacia autem diuinæ motionis qua cor hominis ex prauo fit rectum sine hominis fit cooperatione. Solius enim Dei potentia spiritus rectus innouatur & infunditur visceribus nostris: requirit tamen preuiam hominis preparationem. Efficax verò spiritus sancti operatio, de qua Hic remias, non est ea qua ex prauo fit rectum, sed hac illam præsupponit. Timorem enim nominis sui castum, ne à mandatis eius declinent tatum ponit in cordibus filiorum, quæ recta & noua prius facta sunt per eiusdem spiritus in habitationem. Nec ponit Augustinus discrimen inter regenerationis gratiam Adæ datam & nobis. Idem namque est spiritus viuificans, eadem vita, & idem naturæ diuinæ consortium in eo & in nobis: Nos tamen per hanc gratiam ex mortuis regeneramur, & ex vetustate pristina restitui mur nouitati. Adam verò qui nunquam in morte nec vetustate fuerat per eandem gratiam, eundemq; spiritum accepit esse diuinum, creatus in consortio naturæ diuinæ. Est autem præcipuum inter Adam & nos discrimen in ea gratia, per quam est obedientia, pax & tranquillitas omnium virium animæ sub voluntate, & voluntatis sub Deo, per cuius defectum secuta est infirmitas, & rebellio ac inobedientia omnium virium, postquam ipse fuerat Domino suo inobediens: Ex qua infirmitate secuta est necessitas peccandi, & im potentia in bono vsque ad finem perseuerandi sine singulari protectione & directione gratiæ diuinæ. Adam verò creatus est in ea virtute & fortitudine, qua perpetuò perseuerare poterat per sola dona quæ acceperat. Non autem est differentia in posse resistere, & ad tempus perseuerare contra particularem aliquam tentationem, qualem patiebatur à sua vxore, & hac à serpente. Resistere enim possunt sua virtute diuinitus accepta & perseuerare homines iusti contra tentationes multò grauiores, si tamen velint. Sicut enim Adam neglexit vti virtute sua & perseuerare, ita iusti sæpè se negligunt, & arma in quibus est eorum virtus sponte abijciunt, & se voluntariè tradunt in laqueos diaboli. Et ideo quod dicit B. Augustin. cap. citato de Adam, verum est etiam de quolibet homine iusto non perseuerante in bono.

De corrup. et gratia, ca. 11  
& 12.

Caluinus. Hiere. 31.

Lib. ad Bonif. 2. cap. 8.

De bono perseuer. cap. 13.  
De gratia & lib. arb. ca. 13.

Responso. De gratia & lib. ar. ca. 15.  
Zach. 1.  
Psal. 79.  
Psal. 84.

Aug. ca. 2. 4  
& 5. de grat. & lib. arb.

At scripturam sibi quoque suffragari obtendunt. Nam cum dicitur, conuertere me Domine, & conuer tar, ex eo colligunt præueniri homines Dei gratia. Rursus ex his verbis, Conuertimini ad me, & ego con uertar ad vos, liberi arbitrii vim eliciunt. Scio alicubi Augustinum hac distinctione vti: Sed longe diuer so sensu. Diserte enim testatur, idque plurimis locis, gratiam Dei sic operari in nobis, vt ex nolentibus vo lentem faciat. Vnde etiam concludit, nihil hominem boni facere quod Deus in ipso non faciat. Quid ergo, inquit, sibi vult Augustinus, cum de libertate voluntatis loquitur? Nempe quod toties reperit, non cogi homines inuitos Dei gratia, sed voluntarios cogi, & spontè pareant ac sequantur: ideo tamen quia eorum voluntas ex male versa fit in bonam. Vnde illud, Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur & velle: Nos operamur, sed Deus efficit & operari. Item, Bonum quod non tenemus nisi propria voluntate, non tamen tenebimus, nisi operetur in nobis & velle. Item, Certum est nos velle cum volumus: sed ille facit vt volumus: Certum est nos facere cum facimus: sed ille facit vt faciamus, prebendo vires efficacissimas vo luntari: Hæc sit summa, Perperam eos facere qui sic inter Deum & nos partimur, vt obedientiam piæ voluntatis que Dei gratiæ assentitur ad nos transferant, cum propriam sit ipsius Dei opus.

Reuera eis suffragatur, & quidem hæc ipsa quam citant. Nam eandem B. August. scribit Pelagium citasse contra gratiam pro libero arbitrio, qui credebatur se per eam probare quod secundum merita nostræ conuersionis ad Deum detur gratia qua ad nos ipse con uertitur, & ob hoc dicit, Conuertimini ad me, & conuertar ad vos. Qui, inquit, non attendunt quod nisi donum Dei esset ipsa nostra ad Deum conuersio, non ei diceretur, Deus virtutum conuertit nos: & Deus conuertens viuificabis nos. Non hic negat beatus August. ad liberum pertinere arbitrium, quod ad Deum conuertimur, sed negat id fieri nisi ex præcedente dono Dei. Atque ex hac & similibus scripturis post B. August. patres verè eliciunt vim liberi arbitrii. Et agnoscit Caluinus B. Augustin. hac eadem distin-

distinctione vsum esse ante patres synodi, sed contendit diuerso sensu eundem hac esse vsus: quod persuadere nititur ex eo quod diserte testetur plurimis in locis gratiam Dei sic operari in nobis, vt ex nolentibus volentes faciat: quia docet hominè nihil fa cere quod Deus in ipso non faciat: quasi necessario velimus & faciamus atq; operemur id quod Dei dono facimus, & quod ipse nos velle & operari facit: perinde ac si nō pos sit voluntatem ad opus mouere, nisi violando naturalem operandi modum quem ei cō creauit. Facit quidem Deus nos multa velle, multa facere: in nostra tamen relinquens potestate hanc Dei gratiam abiciere, & nolle facere illud cuius nobis inspirat voluntatē. Sciens autem Caluinus ex huiusmodi præceptis B. August. frequenter colligere arbitrii voluntatē, sibi obijcit. Quid ergo sibi vult August. cum de libertate voluntatis loquitur? Non cogi, inquit, homines inuitos Dei gratia. Certè plus requirere libertatē arbitrii, se cundum B. August. & vniuersos christianæ professionis patres, ipsam quoque nominis rationem, nimirum vt huc atq; illuc flectatur, ipse Caluinus in sua Institutione testatur: nec vllus vnquam hæreticorum arbitrii libertatem negans, spontaneitatem negauit, aut spontè agere pueros, amentes & ebrios, non autem libere, docet vt diximus Aristoteles 3. Ethic. Et ideo omnium doctorum & indoctorum communi animorum conceptione alia est electionis libertas, quam spontaneitas: quemadmodum id supra declaratum est. Et efficit in nobis Deus velle & operari, sed liberè, vt in nostra sit potestate aliò flecti: in quo est præcipuus totius huius disputationis status. Nec hæc docentes inter Deum & nos partimur. Nam obedientiam piæ voluntatis, quæ Dei gratiæ assentitur, totam Deo ascribimus: quod tamen voluntas assentiat potens dissentire, quodque se ad obedi entiam determinet, ad libertatem arbitrii pertinet: hoc est modus iste liberè assentiendi ad arbitrii libertatem spectet.

In vitæque epistola ad Valentinum, et ca. 2. & 4. de gratia & lib. arbitrio.

Sed insistant propheta verbis quod conuersionem à nobis exigendo liberū arbitrium compeller: quod Caluinus frustra faceret, corum quidè opinione, nisi aliquid esset liberum arbitrium. Fateor sanè absurdas fore eiusmodi locutiones nisi esset aliqua in homine voluntas: Non tamen propterea concedo liberam obse quendi facultatem inde posse colligi, Valde enim nouitios esse oportet venerandos istos patres, si ex præcep tis estimant quid valeat homo: cum ideo potius requiratur à nobis Deus quod supra vires nostras est, vt imbecillitatis nostræ coniecta superbia omnem excutamus. Meminerimus ergo aliud esse voluntatem in homine, aliud liberam boni ac mali electionem, sublata enim post lapsum primi hominis eligendi liber tate, sola voluntas relicta est, que sub peccati tyrannide captiua vsque ad deū tenetur, vt non nisi ad ma lum feratur.

Caluinus.

Non voluntatem, sed voluntatis arbitrium, quod huc atque illuc liberum flectatur, requirunt propheta verba, secundum concordem B. Aug. & omnium patrum Ecclesiasticorum doctrinam. Nam pueri & furiosi ex hac causa non magis sunt præcepti capaci, quam animalia bruta: quæ, sicut illi, non coacta nec inuita, sed sponte multa operan tur. Et vniuersi patres sacris scripturis edocti, ex scripturarū præceptis voluntatis liber tate concorditer cōcludunt. Atque Cicero, vt inquit Augustinus, maluit negare Deum futurorū esse præscium, quam negare esse in nostra potestate: Quia, inquit, frustra leges dantur & exhortationes adhibentur, si in nostra nō sunt potestate quæ agimus, hæc omnia in superioribus prolixius tractauimus. Et ex præceptis rectè colligitur quid valeat homo, non ex suis viribus, sed ex gratia Dei, viribusque adiutis ac preparatis à domino. Non enim à nobis per sua præcepta exigit Dominus quod est nobis impossibile. Nam vt dicit B. August. nec impossibile aliquid potuit impetrare, quia iustus est: ne damnaturus est hominem pro eo quod non potuit vitare, quia pius est. Item alibi, Non igitur inquit Deus impossibilia iubet, sed iubendo admonet & facere quod possis, & petere quod nō possis. Rursus, Magnum aliquid Pelagiani se scire putant quando dicunt. Non iuberet Deus, quod scire non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo iubet aliqua quæ non possimus, vt nonerimus quid ab illo petere debeamus. Ipsa est enim fides quæ orando impetrat, quod lex imperat. Et post pauca, Certum est nos mandata seruare, si volumus: sed quia preparatur voluntas à Domino, ab illo petendum est, vt tantum velimus, quantum sufficit vt volendo faciamus. Ac B. Hieronymus, Deus homini possibili lia mandauit: Hoc, inquit, nemini dubium est. Et Origenes de præceptis dilectionis Dei & proximi loquens, Non est, inquit, inordinatus sermo diuinus, nec impossibilia præ cepit. Meminerimus & nos aliud esse voluntatem in homine, aliud liberam boni ac mali electionem. Quod autem post lapsum primi hominis sublata sit eligendi libertas, & relicta sola voluntas, qua tanquam bruta animalia necessario feramur in commoda quæ proponuntur, & omnia incommoda fugiamus, nec sit in potestate nostra vitare men-

Responso.

Lib. 5. de ciu. cap. 9.

Sermo. 61. de tempore: & lib. de natura & gratia cap. penul. De gratia & lib. arbitrio cap. 16.

Lib. 3. aduersus Pelag. in titio Homil. 26 in Cantua.

dadium, fornicationem aut peritium, nec per Dei gratiam de peccatis penitere, ad Dominum conuerti, & Deo eiusque ministro peccata confiteri, palam reclamant scripturæ. Et audeat pronunciare B. August. quod hæc dicens catholicus non est. Quod autem dicit Calvinus voluntatem post lapsum primi hominis sub ea captiuitate tyrannidis teneri, vt non nisi ad malum feratur, multis Apostoli Pauli sententiis aduersatur. Ait enim, Peccatum vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Et qui secundum spiritum sunt quæ sunt spiritus sentiunt. Et alio loco, Non sumus ancilla filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Nec secundum spiritum & totam voluntatem captiuus est homo, sed secundum carnem duntaxat. Ego ipse, inquit Paulus, mente seruuus legi Dei, carne autem legi peccati. Item lib. expositionis quatundam præpositionum ex epistola ad Rom. distinguit August. varios status liberi arbitrij: & dicit perfectum fuisse in primo homine, in nobis autem ante gratiam non esse liberum arbitrium vt non peccemus, sed tantum vt peccare nolumus, & gratiam efficere, vt non tantum velimus recta facere, sed etiam posimus: non viribus nostris, sed liberatoris auxilio, qui nobis etiam perfectam pacem in resurrectione tribuit, quæ pax bonam voluntatem consequitur.

Rursum idem in Enchirid. quatuor differentias hominis ponit: & Magister in sententijs lib. 2. distinet. 25. Falsum est igitur quod voluntas nostra post peccatum Adæ non nisi ad malum feratur.

Porrò ne longius hic immoremur, dico aperte pugnare quod hic pronunciant Tridentini patres, cū illa sententia, Quisquis audivit à patre meo, venit ad me. Nam, vt prudenter animaduertit Augustinus, inde sequitur nullum à Deo audire & discere, quin simul in Christum credat & veniat ad eum: sed ad Christum nemo venit, nec in eum quisquam credit, nisi libera voluntate sua volens, imò nemo in schola patris discit, nisi liberè aduertere ad eius verba velit. Potest enim obturare aures cordis sui ne audiat. Propter quod propheta dicit, Audiam quid loquatur in me Dominus. Et nos docemus motum spiritus sic esse efficacem, vt in electis fidem gignat: sed non semper, nec in omnibus. Atque ad eum veniunt quotcumque audiunt & discunt à patre, qui tamen vt diximus liberè veniunt & discunt. Nec mirandum est, quod in hominis potestate & optione constituamus, vt Dei inspirationi si velit auscultet, eamque rejiciat si nolit, quado scriptura testatur multos resistere spiritui sancto, multosque spiritum extinguere, gratiam Dei in vacuum recipere, gratiæ Dei quosdam deesse. Frequenter enim sanctas cogitationes & desideria immittit Deus, quibus contemptus nostri cordis sequimur concilia. Attamen omnis qui audit à patre & iam persuasus didicit ab eo venit ad filium. Valde remota est, inquit beatus Augustinus, à sensibus carnis hæc schola, in qua pater auditur & docet, vt veniatur ad filium. Iterum misit hic Calvinus inspirationem cum doctrina patris, per quam discimus & venimus ad filium, quasi nihil discriminis haberent. In eo enim qui à patre didicit persuasus vt auscultet, semper operatur Deus vt velit, non ita in eo cui sanctos affectus inspirat. Nec difficilis est conciliatio inter hæc duo, Omnes qui à Deo didicerint Christo credunt. Et, Non aliter rata est Dei inspiratio, imò nec interna doctrina, nisi homines ei assentiantur: non ex seipsis, sed moti hac inspiratione & doctrina: tum quod nemo discat nisi auscultare & discere velit, tum quod postquam didicerit liberè veniat. Quis, inquit Augustinus, non videat & venire quenquam, & non venire arbitrio voluntatis? sed hoc arbitrio potest esse solum, si non venit: non autem potest, nisi adiutum esse si venit: Et Beatus Thomas annotauit in commentariis super Iohannem post hanc beati Augustini doctrinam, quod in hac Saluatoris sententia discere pertinet ad liberum arbitrium, & eius assensum.

Diximus

Lib. 1. de gratia Christi cap. 14.

De prædest. sanctorum cap. 8.

Responso.

Calvinus Ioan. 3. Lib. 1. de prædest. sanctorum cap. 8.

Cap. 118.

Galat. 4.

Rom. 8.

Rom. 6.

Lib. 3. Hypo.

Diximus tamen quod Deus ita inuitare potest intellectum illuminando, & voluntatem inspirando, vt non solum indeclinabiliter & inseparabiliter sequantur, verum etiam necessario, vt non sit in nostra potestate non cogitare, aut non velle diuinam inspirationem suscipere: vt si fiant sine rationis deliberatione reuelatio & inspiratio: & fortassis si etiam fiant ex pleno rationis iudicio, ratio tamen & voluntas à reflexu super se actusque suos impediatur, vel à cogitationibus per quas iudicium immutari posset impediatur ratio, & quidem ita impediatur, vt occurrere vel potius assumi non possint. Quod si fiat aliquando, raro certe fit. In electis autem impeditur ne huiusmodi cogitationes se ingerant, occurrant aut assumantur: non tamen hoc agitur, vt occurrere aut ab eis assumi non possint. His autem qui credunt & ad filium veniunt, datur à patre vt discant, & non occurrant quæ à discendo impediunt, nec tamen tollitur eis illa cogitandi potestas, nec auditum auertendi ac relinquendi vltimum iudicium practicum de veniendo ad Christum. Deinde circa 8. cap. eiusdem 6. sels. pergit Calvinus inuehi in patres Concilij Tridentini.

Ac ne parum sint in prædicandis hominum viribus liberales, iterum in hoc capite repetunt Spiritum Dei agere in nobis secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem. Qualem obsecro dispositionem inueniet spiritus Dei in cordibus lapideis? An non pudet eos dispositionem fingere, vbi spiritus ipse vbiq; in scripturis pronunciat omnia esse contraria? Nam hoc gratiæ initium est, vt ex nolentibus adeoque repugnantibus faciat volentes: vt fides tam in suis exordiis, quam incrementis ad vltimam usque perfectionem, Dei sit donum, & gratuita Dei electio sit suscipienda gratiæ præparatio, vt ait Augustinus. Et clara sunt Pauli verba, Deum nos benedicere omni benedictione spiritali, quem admodum nos elegit in Christo, secundum placitum voluntatis suæ. Quibus certe nos obibet, ne in tanto beneficio gratiæ Dei, placito gloriemur voluntatis nostræ, inquit idem Augustinus. Itane? vt quod Deo acceptum referre homo debeat, id illi quasi meritum opponat? Nam vnde prima dispositio, nisi quia sumus Christi oues? Quis porro sibi tantum ausit sumere vt se ouem faciat?

Secundum propriam vniuersumque dispositionem & cooperationem, quæ tamen ex Dei vocatione & tractu procedunt, spiritus Dei in nobis agit. Dum autem quærit iterum Calvinus, Qualem, obsecro, dispositionem inueniet spiritus Dei in cordibus lapideis? respondemus quod eam inueniet, quam ipsemet prius est operatus, nostra plerique cooperatione. Nam scriptura hortatur: Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circumcidimini Domino, & auferete præputia cordium: Facite vobis cor nouum. Appropinquate Deo, & appropinquate vobis. Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices animo. Hæc autem operamur diuina vocatione præuenti. Ipse enim, inquit beatus Augustinus, vnumquenque vocare nouit, prout nouit affectibus eius conuenire vt sequatur. Quis audeat dicere Deo defuisse modum, quo etiam Esau (cuius cor erat lapideum) ad eam fidem mentem applicaret voluntatemque coniungeret, in qua Iacob iustificatus est? Mille modos habet Dominus quibus nouit lapidea corda contere, & mollia reddere, idque subito vel paulatim secundum beneplacitum voluntatis suæ. Nam verba sapientum stimuli, & quasi clauis in altum defixi. Nam & ferrum calore ignis liquefcit, & durissimi lapides mollescunt in lenissimam calcem. Exemplum huius præparationis manifestum est in publicano & filio prodigo. Cor namque lapideum non nisi durissimam voluntatem & aduersus Deum omnino inflexibilem significat. Talis autem voluntas variis cogitationibus quas Deus immittere nouit remitti potest & mollescere atque in contrariam mutari. De huiusmodi præparatione infidelium ad fidem & tridentium ad penitentiam prolixè agit Magist. noster Ioannes Driedonis, li. de redempt. generis humani. Sed spiritus, inquit Calvinus, vbiq; in scripturis pronunciat omnia esse contraria. Intelligit credo, Omnia quæ sunt in corde lapideo, Deo esse contraria: Sed non puto ei sic esse contraria, vt neque contere neque flectere ea possit, & hoc ipsum per voluntatis nostræ, id est ipsius cordis nostri ministerium. Quod certe in scripturis ipse spiritus frequenter testatur, quarum quædam statim supra sunt citatæ: Et quævis sapietia carnis Deo sit inimica, & legi eius non subiecta, imò nec subiecta esse possit, nec Deo placere possint ij qui in carne sunt: spiritum tamen suum in fundere potest atque ad hunc præ suscipiendum præparare, per quem incipient esse in spiritu, vt parati sint ad omnem spiritus motionem. Atqui liberè confitemur quod sola virtute liberi arbitrij se ad gratiæ præparare non possint: Nec gratiæ initium est quod ex nolentibus ac repugnantibus faciat volentes, sed est magnus in ea progressus. Præcedunt enim sanctæ cogitationes mortis aut gehænæ, quibus terrore concutitur peccator. Cōfitemur præterea quod fides facta in suis exordiis quæ incrementis sit Dei donum, sed dignatur in multis vti nostra cooperatiōe.

Calvinus.

Li. 1. de prædest. sanctorum cap. 10. 11. Epihes. 1. cap. 8.

Responso.

Hier. 4. Iacob. 4. Ezechie. 18. Lib. 1. ad Gal. q. 2.

Ecclesiastici vltimo. De gratia & li. arb. c. 14.

Ca. 3. tr. 11. 7.

com. 8.

Et recte ait August. quod gratuita Dei electio suscipienda gratia sit preparatio: sed procedente vocatione. Docet enim Apost. Paulus electos prius vocari à Deo quam iustificari: sicut prius iustificat quam magnificat. Quos, inquit, prædestinavit hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit: quos autem iustificavit, illos & magnificavit. In vocatione verò est eorum preparatio. Nec dubitatur quin Deus nos benedicat omni benedictione spirituali, sed disputatur an huius benedictionis usus in nostra sit potestate: id quod nos cum his patribus constanter ex scripturis affirmamus: & tamen nõ nisi in domino gloriari possumus. Item quod querit, Vnde prima dispositio, nisi quia sumus Christi oves? Idem repetit quod dixerat gratuitam Dei electionem esse suscipiendæ gratiæ preparationem. Nam intelligere videtur oves secundum æternam Dei electionem: quam & nos libenter confitemur esse ex mera Dei misericordia, segregante à massa damnata: si tamen intelligat oves secundum promptam obedientiam, & innocentiam vitæ, quisque se oves facere poterit. Qui enim perdidit animam suam, teste Salvatore, vivificabit eam. Et B. Aug. Facit homo arborem bonam, inquit, quando Dei accipit gratiam: non se ex malo bonum per seipsum facit, sed per illum & in illo qui semper est bonus.

Lucæ 17. De gratia Christi cõtra Pelag. ca. 19. Calvinus.

Itaque Lucas cum de efficaci vocatione loquitur, credidisse eos docet: non qui à seipsis erant dispositi, sed qui ad vitam erant præordinati.

Responsio.

Diximus neminem à seipso disponi posse, vt credat vel cõvertatur ad Dominum, sed ex Dei vocatione, in qua eius cor aperit, vt intendat his quæ dicuntur. Arque ex hac Dei præordinatione procedunt omnes præparationes, quibus ad iustitiam præparamur.

Calvinus.

Atque vt eiusdem Augustini verbis concludam, Voluntas humana non libertate gratiam consequitur, sed gratia libertatem: & vt perseveret, delectabilem perpetuitatem, & insuperabilem sortitudinem.

Responsio.

Libertatem intelligit beatus Augustinus facultatem iuste viuendi, & perseveranter implendi Dei mandata. Hanc per gratiam Christi consequimur. Est enim fructus gratiæ: & naturam liberi arbitrij longè superat Christi gratia: quare ad eam consequendam non sufficit.

Calvinus. Matth. 7.

Obijcit etiam Calvinus contra Canonem septimum, qui habet, Si quis dixerit, Opera alia quæ ante iustificationem fiunt, quacunq; ratione facta sint, verè esse peccata, vel odium Dei mereri: aut quantò vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum grauius peccare, anathema sit. Contra hunc inquam canonem sic obijcit.

Corrè arbor mala nõ potest nisi malos fructus producere. Quis autem, nisi perditus, necet nos malas esse arbores, donec insiti in Christi sinu? Ergo si quis bonus fructus in homine laudatur, in fide quærat, ut dixit Augustinus admonet. Deinde toties clamat Deus, se non morari externas larvas, per fidem cordis inspicere: & nominatum per Hieremiam. Qualis autem erit cordis mundities aut veritas, quod non nisi fide purificari docet Petrus? Ergo præclare Augustinus ad Bonifacium. Religio nostra, inquit, in istos ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit: sine qua, quæ videntur bona opera, in peccata revertuntur. Ad hæc, ideo peccant infideles quicquid agant, quod facta sua non ad legitimum finem referunt.

Præfatione in psal. 31. Cap. 5. Act. 15. Lib. 3. cap. 5. Cap. 3. Præfatione in psal. 31.

Qua de re copiose disputat idem scriptor libro adversus Iulianum 4. Vnde & eleganter alibi errorem vocat illorum cursum, in quo vt quisque magis est strenuus, longius à meta recedit, ideoq; fit inferior. Ac tandem concludit, melius esse in via claudicare quam extra viam currere. Et quid plura volumus? Apostolum anathematizent, qui negat absque fide posse quempiam placere Deo: Christum & Paulum anathematizent, qui omnes infideles mortuos esse pronuntiant, ac per euangelium à morte suscitari.

Hebræ. 11. Ephes. 2. Ioan. 5.

Responsio.

Secundum sententiam B. Augustini duæ arbores bona & mala, duo sunt homines, bonus & malus. Quid est, inquit, bonus homo, nisi voluntatis bonæ, hoc est arbor radicis bonæ? Et quid est homo malus, nisi voluntatis malæ, hoc est arbor radicis malæ? Fructus autem harum radicum atq; arborum facta sunt, dicta sunt, cogitata sunt: quæ bona de bona voluntate procedunt, & mala de mala. Suas hæc arbores habent radices: bona, charitate: mala, cupiditate: nõ eandem, vt docebat Pelagius. Habemus, inquit iste, possibilitatè vtriusque partis ab eo insitam, velut quandam radicem fructiferam atq; fecundam, quæ ex voluntate hominis diuersa gignat & pariat: & quæ possit ad proprii cultoris arbitrium vel nitere flore virtutum, vel sentibus horrere vitiorum. Vbi, inquit B. August. contra euangelicam veritatem vnam eandemq; radicem constituit bonorum & malorum? Arbor itaque bona, bonos dumtaxat fructus facit, nec malos facere potest: & mala malos. Quicquid enim ex cupiditate, quæ ex Deo non est, proficiscitur, malum esse oportet, & bonum quod ex radice charitatis. Non enim harum arborum fructus sunt quæ ex earum radice non procedunt. Opera autem quæ fiunt ante iustificationem,

Contra Pelagium & Celestium lib. 3. ca. 18 & 19. Matth. 7.

& ad

& ad iustitiam disponunt, non sunt fructus bonæ arboris, nec etiam malæ, sed ex dono Dei sunt illuminantis & vocantis: non ex cupiditate, cui omnino aduersantur. Non igitur sunt fructus arboris malæ, sed gratiæ per arborem malam operantis in ea poenitentiam actusq; salutis. Nec habet euangelium quod arbor mala non possit nisi malos fructus facere. Facit enim ramos, folia, & flores: quæ tametsi mala sint, si ex malæ huius arboris radice proficiscantur: laudabilia tamè esse possunt, si ex naturæ talentis solum procedant, vel ex gratis quibus peccator à Domino præuenitur. Sunt autem propriè fructus boni secundum B. August. fructus veræ vitis (quæ est Christus) quos eius palmites proferunt, quos alibi vocat fructus iustitiæ. Huiusmodi fructus, arbor mala facere non potest: Et arbor bona solum fructus bonos facit ex propria sua radice: mala tamen multat ex cupiditate, sine qua non est charitas in hac peregrinatione. Non enim est homo iustus in terra qui faciat bonum & nõ peccet. Sunt igitur arbores malæ quotquot Christo nõ sunt insiti, qui eius nõ sunt vicia membra, quos Christi spiritus non inhabitat, in quibus propterea nõ inuenitur fructus bonus: multa tamen in eis operari Deus per naturæ & gratiarum dona, quæ secundum iustitiæ regulas non solù vituperari nõ possunt, sed & laudari debent, aliena omnino à radice cupiditatis: per quæ Christus eos disponit ac præparat ad iustificationem: & sunt fructus non arboris bonæ aut palmitum Christo insistorum, sed naturæ ac donorum Dei. Boni quidem fructus in fide quærenda est radix: sed sana manent fides in multis peccatoribus, qui palmites sunt à vite amputati, vel adhuc ei adherentes, sed non vitaliter. Docemus autem Deum hæc opera non spectare ad propitiationem, si ex solis naturæ talentis proficiscantur: respicit tamen quando ex fide, vocatione & benedictione sua oriuntur. Nam cor contritum & humiliatum Deus despiciere non potest. Fides enim qua Deus cognoscitur propitius & propitiabilis in peccatores, salua in eis post perditam munditiam & purificationem manere potest. Et rectè dicit B. Augustinus, quod nostra religio discernat iustos ab iniustis per fidem, sed non opera iusta ab iniustis. Et quicquid fuerit de infidelibus, manifestum est quod fideles in peccatum mortale lapsi ea quæ agunt, referre possint ad finem legitimum. Ac beatus Augustinus docens infidelibus atque impiis nulla esse opera bona, quo sensu id dixerit in fine capituli declarat. Scito, inquit, nos illud bonum hominũ dicere illud opus bonum, per quod solum ad æternum Dei regnum homo perducì potest. Atque verè erroneus est eorum cursus, qui Christum ignorant quia extra viam currunt, & ideo veræ vitæ scopo frustrabuntur. Et cum Apostolo dicimus anathema his qui dicunt absque Christo quenquam Deo placere posse: Item docemus omnes infideles, nec hos solos, sed omnes qui Christi spiritum nõ habent mortuos esse, & per euangelium à morte suscitari, sed paulatim: sicut apud Marcum cæcus quidam illuminatus legitur.

Ioan. 1. 15. De spiritu Epistolæ prior vi ad Valentium. Ecclesiast. 7. 2. Reg. 3. Paralip. 6.

Lib. 4. contra Iulianum cap. 12.

Marc. 8.



## Sequentes Articulos quam breuissimè

feri poterit, ad modum præcedentium, aut simul aut successiue in lucem edemus, similibus tomis distinctos, prout nobis videbitur.

### Articulus VIII.

Ad iustificationem necessaria est in adultis fides, qua certò credimus, Christum Iesum Dei filium, nobis propitiatorem à patre propositum esse pro peccatis nostris in sanguine ipsius, sine qua nullis nostris operibus, nullaque penitentia iustificatio obrineri potest. sicut nec fide sola, sine penitentia & proposito viuendi secundum mandata Dei.

### Articulus IX.

Fides qua quis firmiter credit, & certò statuit propter Christum sibi remissa esse peccata, seque possessurum vitam æternam, nullum habet in scripturis testimonium, imò eisdem aduersatur: etiam si firma & certa spe expectare debeamus, in hac quidem vita, per Sacramentum Baptismi & penitentia peccatorum remissionem, in seculo autem futuro, vitam æternam.

### Articulus X.

Itaque, quamdiu inter hostes nostros & aduersarias potestates hic viuimus, nulla nobis est securitas: sed cum timore & tremore (iuxta sententiã Apostoli) nostram salutem operari debemus. Et secundum varias animorum nostrorum affectiones, nunc magis sperare, nunc magis timere, simpliciter tamen magis & frequentius de misericordia Domini sperandum est, quam formidandum de seueritate.

### Articulus XI.

Opera bona omnibus adultis sunt ad salutem necessaria: & cum ex Fidei & Charitatis spiritu proficiuntur, ita grata sunt Deo, ut eis tanquam iustam mercedem, vitam retribuat æternam.

### Articulus XII.

Confirmatio & extrema Vnctio, Sacramenta sunt à Christo instituta: sed non de duo præcedentia ad salutem necessaria: ex contemptu tamen illa omittere mortale peccatum est.

### Articulus XIII.

In Eucharistia Sacramento est re ipsa Verum corpus Domini nostri Iesu Christi, illud ipsum quod de Virgine natum, & in cruce passum est.

### Articulus XIII.

In Eucharistia non manent panis & vinum, sed hæc in corpus & sanguinem Christi admirabili potentia verbi ipsius sunt conuersa: manentibus tantum panis vniue speciebus: vnde certa fide tenendum est sacrã Eucharistiam sanctè à nobis adorari, siue in Missa, siue extra Missam, vbicumque reposita fuerit: aut quoties in supplicationibus publicis à Sacerdote circumfertur.

### Articulus XV.

Non est laicis necessaria ad salutem communiõ sub vtraque specie: iustisque de causis ab ecclesia sancitum est, ut illis sub vna tantum panis specie Sacramentum communicetur: in quo carnem & sanguinem, atque ita totum Christum sub vna specie sumunt.

### Articulus XVI.

Sacrificium Missæ ex institutione Christi, tam viuus prodest, quam defunctis.

Arti-

### Articulus XVII.

Solis sacerdotibus secundum Ecclesiarum ordinatis, data est à Christo potestas consecrandi Verum corpus Christi & sanguinem.

### Articulus XVIII.

Matrimonium contractum & consummatum inter Christianos, est indissolubile: quãlis cumque fiat alter coniugum, siue adulter, siue sterilis, siue hereticus.

### Articulus XIX.

Nunquam licet Christiano post duortium contrahere matrimonium, viuentem eo cum quo prius legitime contraxerat.

### Articulus XX.

Matrimonia contracta contra canones ipsa diuinctes, simpliciter sunt irrita & nulla.

### Articulus XXI.

Firma fide tenendum est, vnam esse in terris Veram atque catholicam Christi Ecclesiam, eamque visibilem, quæ ab Apostolis fundata, in hanc usque nostram ætatem perdurans, retinet & suscipit quicquid de fide & religione tradidit, tradit & traditura est cathedra Petri: super quam ita à Christo suo sponso est adificata, ut in his quæ fidei sunt & religionis, errare non possit.

### Articulus XXII.

Extra hanc nulli speranda est salus: sunt quæ extra eam heretici, scismatici & excommunicati: vnde vehementer formidanda est excommunicatio: nec humana, sed diuina est excommunicandi potestas.

### Articulus XXIII.

Vnus est Ecclesie summus pastor, cui omnes obedire tenentur: ad cuius iudicium controuersie, quæ super fide & religione existunt, sunt referendæ.

### Articulus XXIII.

Summam hanc præposituram primus omnium gessit sanctus Petrus, Verus Christi in terris Vicarius, & totius familie eius pastor. Post Petrum verò ex Christi institutione omnes deinceps Pontifices, Petri in cathedra successores.

### Articulus XXV.

Certa fide tenenda sunt, non solum quæ scripturis expressè sunt prodita, sed etiam quæ per traditionem Ecclesie Catholice credenda accepimus, & quæ definita sunt super fidei & morum negociis per cathedram Petri, vel per concilia generalia legitime congregata.

### Articulus XXVI.

Constitutiones Ecclesiasticae de ieiuniis, festis, & abstinentia ciborum, aliisque multis, obligant in conscientia: etiam extra casum scandali.

### Articulus XXVII.

Rectè fit in Ecclesia, quòd sanctos in cælis cum Christo agentes veneramur & inuocamus ut pro nobis orent: quorum etiam meritis & intercessione Christus nobis hic multa largitur, alias non largiturus: per quos etiam miracula multa in terris operatur.

### Articulus XXVIII.

Quapropter sanctè & religiosè faciunt, qui loca eis dicata vna cum ipsorum reliquiis religiose pietate visitant, & hoc modo ab ipsis opitulationem querunt.

### Articulus XXIX.

Gratus est etiam Deo imaginum usus: rectèque coram eis procumbimus, inuocaturus sanctos quos representant.

Articulus

Articulus XXX.

*Ermite credendum est, post hanc vitam purgatorium esse animarum: in quo soluitur pœna peccatis adhuc debita. Eisdem tamen subuenitur sacrificio altaris, oratione, ieiunio, elemosina, alijsq; bonis operibus viuorum, sicut & indulgentiis, quò citius ab ea liberentur.*

Articulus XXXI.

*Anima defunctorum purgata, mox regnant cum Christo in cœlis. Et anima impiorum hinc migrantes, sempiternis inferni traduntur suppliciis.*

Articulus XXXII.

*Rectè vota Deo facimus, tam monastica quàm alia: & facta obligant apud Deum: nec aduersantur libertati Evangelicæ: quæ à peccatis libertas est, & iis quæ spiritum nostrum quoquomodo impediunt, quo minus totus Deo seruiat: non autem à voti vel iuramenti obligatione, nec ab obedientia magistratus Ecclesiastici vel secularis.*

